

D. Ioan. Chryso

STOMI ARCHIEPI.

SCOPI CONSTANTINOPOLITANI

Conciones, in celebrioribus aliquot  
anni festiuitatibus, habitæ.

HOMILIAE IX. DE LAVDIBVS

D. Pauli, & in nonnulla eiusdem  
loca obscuriora.

Contentorum Indicem sequens pagina exhibebit-



ANTVERPIÆ,  
In ædibus Ioannis Steelsii  
M. D. LIII.

Cum Priuilegio.

CATALOGVS EORVM QVÆ IN  
hoc volumine continentur.

De proditore et mysteriis cœnæ dñicæ Sermones VI.	19
De prodictione Iudæ Homilia.	31
De Latrone sermo.	34
De Cruce et latrone in die paraseues Homiliae II.	34
In laudē S. Crucis Hom. Godefrido Tilmāno interp.	50
De Resurrectione Sermones IX.	59
De Ascensione Domini sermo.	95
De Pentecoste sermo.	106
In Pentecoste de sancto Spiritu sermo.	115
De sancto et adorando Spiritu Homilia.	126
De Fide et lege naturæ et sancto Spiritu sermo.	148
De sancta viuificacij ac inseparabili Trinitate sermo.	160
De Eu charistia in Encæniis admonitorius serm.	176
De præmiis sanctorum, diuersisq; honoriibus Apostolorum, et de gehenna si sit, et ubi sit. Sermo.	179
De Martyribus sermo.	184
De Maltyrib. q; aut imitādi, aut nō laudādi sint ser.	188
De beato Philogonio episcopo Oratio.	192
In Iuuentinum et Maximum martyres Sermo.	203
De laudib; D. Pauli apostoli Homiliae IX.	211
De verbis Pauli: Non solum sed et gloriamur etc.	290
In locum Pauli: Salutare Priscillam et Aquilam, et de co- lendis Sacerdotibus Homilia.	302
De libello repudii, in dictū Pauli: Mulier alligata etc.	318
In dictū Apostoli: Nolo vos ignorare fratres, etc. Hom.	328
In dictū Apostoli: Oportet hæreses esse etc. Homilia.	343
Ex Apostolo, de Fide, Spe, et Charitate, sermo.	354
In dictū apostoli: Cū aut subiecta fuerit illi oia etc. Ho.	359
De Ecclesiisynæ et collatione in sanctos Homilia.	373
De verbis Apostoli: Habentes autem eundem spiritum fidei sicut scriptū est. Item de his verbis: Credidi proper quod lo- catus etc. Sigismundo Celenio interp. Hom. III.	387
In dictū apostoli: Vt in tolerassetis paululum etc. Hom.	419
De profectu euangelii, in dictum apostoli: Siue occasio ne sive veritate Christus annuntiatur Homilia.	442
In dictum Apostoli: De dormientibus nolo vos ignorare fratres etc. Homilia.	456
Missa S. Ioannis Chrysostomi ab Erasino Roterodamo gratiam episcopi Roffensis versa.	469
Sophronij in laudem S. Crucis, Homilia.	474

# D. Ioannis Chry

## SOSTOMI ARCHIE- PISCOPI CONSTANTINOPOLI- tani De proditore & mysteriis cœnæ domini- ca, in quinta feria passionis.

### SERMO PRIMVS.



D HODIER NVM CON-  
uiuum qui solenni frequētia con-  
uenistis, & cum Christi discipu-  
lis in immolatione agnī Pascha fa-  
cere festinatis, syncera queso &  
plena charitatis pectora diuinis  
exhibete mysteriis. Nulla sit in  
mēte duplicitas, nec liuoris libidine interior homo  
fuscetur. Agnum coimesurus, agni innocentiam præ-  
ferat, nec immaculatæ ouis membra lupina malig-  
nitate transfiguidat in viscera. Quoniam qui sacratæ  
huius cœnæ indigno participatur accubitu, nō cum  
Petro perueniet ad salutis portum, sed sustinebit cuī  
Iuda sine reparatione naufragium. Habebit debitā  
cum proditore peccnam, qui ad bonum malam attu-  
lit conscientiam. Deniq; Iudas non syncerus, sed si-  
mulator accubit, & post buccellam Christi, in cū  
diabolus introiuit. Accepit, inquit, buccellam, & Ioan. 13  
intravit in eum satanas. Sed delectat fratres præsen-  
tis exordium lectionis pia vobiscum recordatione  
transcurrere. Cu recumberet, inquit, Iesus cum discipulis  
suis, sedentibus illis ait: Anen dico vobis, quoniam ex vobis  
unus tradet me. Et contristati nimis, ceperunt ad eū suis  
guli dicere: Nunquid ego sum Dñe? O beati apostoli,  
felicius vestra innocentia contristata est, quām pœ-  
nalis Iude audacia, quæ non est confusa. Cum enim  
noueritis nihil tale vos contra dominum cogitasse,  
extimescētes tamen & propriæ fragilitatis consci-  
tristes dominū interrogatis de peccato, quod in eos

## 4 DE V. FERIA PASSIONIS

scientia nō habetis: & plus creditis magistro; quād  
vobis. Nam in illo vos contumio iudicariā patimis-  
ni quæstionem, & Iudas hōn vult sentire compuni-  
ctionem. Terret vos talis auditus, & illum non ter-  
ret tanti sceleris cogitatus. Consulte ergo dominū  
più, interrogate magistrū: tespōdeat, quæ vera sunt,  
veritas. Delignetur abotinanda persona, ne rema-  
neat crimen in turba: monstretur vobis, quæ fugere  
debeat: publicetur filius perditionis, ne maculetur  
corona benignitatis. Respondens, inquit, Iesus ait:  
Qui necum manū mittit in paropside, ipse me tradet.] Cœpit manifestius aliquid dici: adhuc tamē nome  
proprienō video designari. Et ecce parentibus, &  
reticetibus cunctis, et interdicetibus ori suo, ille te-  
meritate & impudentia, qua proditur erat, manū  
cū magistro in paropside mittit: vt audacia bonæ  
conscientiae mentiretur. O obdurata frons, talia de-  
se audit, & recubuit. Videt publicari suā cōscientiā  
& adhuc manū porrigit ad buccellam. Nec primo,  
nec secundo correptus à proditione retraluit pedem:  
& patiētia dei nutrit impudentiā suā, & seruat sibi  
irā in dñe iræ. Ecce iam & poena illi prædictitur, vt  
quæ non correxerū miracula, corrigant denunciata  
supplicia. Eilius, inquit, hominis vadit: sicut scriptum  
est de eo, V& autē homini illi per quem filius hominis tra-  
deretur. Bonum illi erat non nasci. Respondens, inquit, Iu-  
das qui eum tradidit, dixit: Nunquid ego sum Rabbi? ] Iu-  
da, cui dieis, nunquid ego sum? Iam dicit: ego sum.  
Scit enim ab initio te esse. Nam q̄ non loquatur, nō  
est obliuio nescientis, sed pietas miserantis. Corus-  
pte prædicator & miser, si redires ad cor, recoleres  
magistrum, quæ didicisti præsciu futurū, & cui ni-  
hil potest esse nō cognitu: quoniā per huiuscmodi  
colloquiū nō se facit ignari, sed peccatiq̄ tibi vult  
exhibere suffragiū. Tu autē, cuiuscupiditas sensu  
eripuit, & avaritia cordis oculos excæcauit, interro-  
gare te fingis, utrum ipse sis, qui traditionis nephos  
conceperis. Omnia quæ in te sunt, nouit eius diuis-  
tias; sed vñ tibi, in quo nulla inuenta est charitas.  
Hymnus

Mat. 26

## SERMO PRIMVS.

Hymno, inquit, dicto, abierunt in montem Oliveti, & ait  
Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in hac no-  
cte. Respondit Petrus, & dixit: Et si omnes scandalizati  
fuerint, ego non scandalizabor. Dicit illi Iesus: Amen dio-  
co tibi: quia hac nocte antequā gallus cantet, ter me nega-  
bis. Dicit ei Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum,  
noue te negabo.] Cœperunt altercari duo, medicus &  
ægrotus. Hic sine ægritudine se esse putabat: & ille  
etia futurā accessionem hinc prænunciabat. Sed in-  
teriorum hoc negotiū paululū sequestremus, donec rei  
exitum cōprobemus. Iudas, inquit, qui tradidit eum  
dedit eis signū dicens: Quem osculatus fuero, ipse est, te  
nrete enī.] Quid auditis fratres, quis sensus hoc sine  
sui horrore consyderet, & quæ aures hæc verba re-  
cipiant, quæ nō præcordia dictis talibus contremi-  
scant? Dedit eis signum dicens: Quem osculatus fuero,  
ipse est, tenete eum.] O signum sacrilegii, ô cōuentus  
nepharij, ô placitum puniendū, vbi ab osculo inci-  
pit bellum, & per pacis indicium, pacis rumpitur  
sacramentū. Et per quod confuerunt gentes bella  
finire: per hoc prophanus Iudas bellum voluit in-  
choare: Dedit eis, inquit, signū dicens: Quem osculatus  
fuero, ipse est, teriete eum. Hoc signū Iuda tu dedi-  
sti, hoc pactum in tuo mangonicio posuisti: vt cum  
quo faceres pacē, ipse raperetur ad crudelissimā pas-  
sionem. Milii crede, habebunt per te multi terrorē:  
ne quando cū proximis simulatā habeant charitatē  
Guttur euīm prophani, quod hodie Christo exten-  
dis ad osculum: crastino illud es extensurus ad laqueū  
Malo tuo didicisti argentum expendere: mox inci-  
pies, & corpus proprium ponderare. Tenetur inten-  
rea Dominus ad sacerdotum príncipē perducendus  
& cum ceteri discipuli laberentur in fugā, Petrus  
ille promislor egregius cepit ambulare longinqui-  
us: peruenit eandem & ipse ad principis domum, et  
expectans rei exitum foris obseruabat in atrio. Sed  
quia iam prædictæ accessionis eum rigor vrgebat,  
cū calefacientibus ad carbones stabat. Negat terri-  
tus Christum, pro quo se animā promiserat positus.

A 3 rura

## 6 DE V. FERIA PASSIONIS

*Mis. tor-  
pore.* rum. Iacet elisus in corpore obliuionis, quasi in quodam lecto doloris. Prostravit eum decrepita anicula, quasi quedam grauis febricula. Opprescit eum lethargicus somnus, & coepit eum preco impungere matutinus. Expercifetur aliquando, audit gallum cantantem, videt se grauia vulnera sustinentem. Dirigit preces ad medicū per nuncios lachrymarum, & diuinum confessum recipit antidotum. De ipso enim scriptum est: Amici mei, & proximi mei aduersum me, appropinquauerunt & steterunt. Et proximi mei a longe steterunt. Et illud quod dicitur est: Meliora sunt vulnera amici, & voluntaria oscula inimici. Iudas enim sicut de apostolo proditor, ita inimicus factus ex amico. Nam & de illo scriptum est: Homo pacis meæ in quo sperabam: qui edebat panem meum, amphauit super me calcaneum. Et iterum: Inimici hominis domestici eius. Vnde et nos fratres, vnam miter fugiamus iniquorum subdola colloquia, & cum sanctis participemus gratiam sempiternam, veram pacem, & trinitatis perpetuam unitatem teneamus: ut cum sanctis omnibus in regnis coelestibus triumphemus.

## SERMO SECUNDVS.

*Psal. 37.* *Prou. 27.* *Psal. 40.* *Mich. 7.* Ecundum salutaris positi munus, & spirituālis remedij sacramentū diuina dispensationē cōpletur, dum Christus ad passionis triumphantum ab impiis prouocatur. Nam cum discubaret cū duodecim discipulis suis, & manducantibus eis diceret: Amen dico vobis, quia vnuis ex vobis tradet me: ascendit Christus propriā deitatis tribunal, & illud conuiuitū velut catastam ante se constitutens, conscientiā tormento confiteri copulit reū: vt in auctionem, conceptum posset reuocare peccatum. Turbatur discipulorum omniū sensus: & hec noscent propriam conscientiam, timuerunt tamen Christi sententiā. Iudas tamen impudenti fiducia aūsus est interrogare Saluatorem, quia implere possit euidentissimum traditore. Verecunda Christi sententia ostendit suā maiestate, nec refugit pallionem Mira

## SERMO SECUNDVS.

*Mat. 26.* Mira patientia, Petrus condemnat Ananiam mentientem: Saluator Iudam patienter sustinet traditorem. Duplicat sacrilegi principatū: dum propositū festinat implere peccatum. Et quem sceleris poenitere oportuerat, vrgerat conceptū implere cogitatum. Quemcunq[ue], inquit, osculatus fuerit, ipse est, tenete eum.] *Ioan. 3.* Defuit Iuda aliud tuis sceleribus argumentum, vt instrumento pacis, traditoris impleres officium. Sed plus patientia diuina condemnat obnoxium, vt officio pacis ostenderet reua. Venerunt, inquit, cum fusilibus, & comprehendenderent eum.] Non sic comprehenditur iustitia, nec sic alligatur sapientia. Volentianus iniiciuit manus: cui, si euadere placuisse, nunq[ue] angelorum officia defuissent. Et eduxit, inquit, Petrus gladium, & percussit auriculam principis serui.] Seruum dixit: non conditione, sed culpa. Deniq[ue] ita scriptum est: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Nam si audiisset aliquando verba sapientiae, nec cruentum vulnus exciperet, nec peccati seruus testimo[ni]o scripturæ mansisteret. Iubet tamen Dominus in vaginā gladium retrorqueri, ne forte agnita legis patientia possit acquiri. Abducto Saluatore, sparsis vniuersis discipulis, Petrus sequebatur a longe. Si enim prope sequeretur, semper dominum fateretur. Negat Petrus se esse discipulum Saluatoris, quādo nulla pœnas, nulla tormenta pertinuit. Quærendum tamen est, vbi negauerit. Ibi negauit, vbi Christus tenetur inclusus. Negat in domo Caiphæ, ibi negat, vbi potest valere mendacium. Et tamen secutus est per amorem, quem negauerat per timorem. Cum respexisset, inquit, eum Iesus, fleuit amare.] *P*retiosus est fratres charissimi pœnitentiae fructus: quia quod defendi non potest, ablui potest. Lauant lachrymæ congeriem peccatorum. Quam preciosæ lachrymæ, quae extergunt culpam, & exigunt veniam. Profuit illi vere ista amaritudo: quoniam quicquid in eo delicti tabidum fuit, ferramento pœnitentiae refecauit.

## SERMO TERTIVS.

**E**vangelicæ series lectionis, qua per ordinem passionis dominicæ gloriæ didicistis, credo q[uod] affatim non solum aures, sed & corda vestrae devotionis expleuerit. Nos quoq[ue] quantu[m] tenuissimæ capacitatis vires admittunt, cum diuinis vocibus verba nostra iungamus, atq[ue] candide nostri redemptoris inclytæ passionæ veritatis indagatione retractemus. Sed nescio quo pacto charissimi, vbi sermo se prodere incipit, causam sensus horreficit. Quomodo enim animus non turbetur infirmus, in quo totus territus & cōturbatus est mundus? Condemnatur ecce in cōcilio Iudeorum Dominus, Pilato traditur alligatus, et sacras manus sacrilegas cætanæ vinxerunt. Ad tribunal dehinc præsidis fistitur: nō vt reatus in illo, sed vt innocetia panderetur: vt reportaret testimonium iudicis, qui sub crudelibus vinculis, meritu[n] nō amiserit innocetis. Cōsistit me cu[m] in hac actione minus Iudea, cōsistit. Dic mihi litis tux tituli, accusationis tuq[ue] genus, crimenq[ue] denuncia: producito testes in mediū: & tales, qui præsenti causa sint necessarii, adhibeto. Nihil cognitio ni iudicis desit, nihil præsidis subtrahatur examini: paratus sum pro domino meo concubitus ipse dñani. Ecce interim in facto præiudicata es traditoris. Aut tor tuus cōfugit ad laqueu[m], ultimum capiens expœna solatiu[m]. Reum se sibi ipse constituit, & post iudiciu[m] tuu[m] de seipso cōtinuo iudicauit. Remansit ecce cu[m] voce imp[ro]ni traditoris, inefficax pœnitudo facinoris: nec cōfessionis meritum obtinuit, sed magis sceleris sarcina impenitentie cumulum congelet.

*Mat. 27.* Peccavi, inquit, tradens sanguinem iustum: & proie<sup>fla</sup> pecunia in templu[m] abiit, & laqueo se suspendit. ] P[ro]p[ter]e[nt] inter ecelum terraq[ue] medius vagus funere suffocatus, & cu[m] flagitio suo tumefacta noxia viscera crepuerunt, nec cadaveri terra solita exhibuit lepultus. Habes Iudea quod vere imiteris exemplum: sed digna nō eris, quia coceptum perfidis sacrilegiūm. Sedente, inquit, Pilato pro tribunali misit ad eum vxor eius.

## SERMO TERTIVS.

eius, dicens: Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum bodie in sonnis propter eum. ] Ecce iudex terretur in consuete: & vt criminis Iudeorum non præbeat in iudicando cōsensum, pertulit in vxoris afflictione iudicium. Iudicatur ipse, qui iudicat: torquetur, antequam torqueat: et vt nihil mali in pernicio[n]e operetur insontis, insomniis exagitatur vxoris. Iā quid ibi ageret iudicis conscientia, si sic torquebatur & costa. Deo nique, quæ vultis, inquit, dimittam vobis, Barrabam, an Iesum, qui dicitur Christus? At illi dixerunt, Barrabā. Disicit illis Pilatus: Quid ergo faciat de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt illi: Crucifigatur. ] Quid agis synagoga damnabilis? Iustum sanguinem ducis ad victimam, & absolu[m] manifestu[m] postulas homicidam? Latronem iudicas innocentem, & innocentem poscis ad crucem. Ille qui te occidit, tuo suffragio morte subtrahitur: & qui mortuos ab inferis suscitavit, te insistente damnatur? Reus fit, qui reus nō fuit: & indemnus evadit, qui olim damnari iam debuit. In utroq[ue] rea teneris, & exitio innocetis, & absolutione latronis. Et quanq[ue] sacrilegiū impactu crucis omne nephas excedat: tamen & illi aduersum te iudicium, die scilicet ultionis expectant, quorum Barrabas latro sanguinem fuderat: q[uod]a participalle est scelus homicidii, veniam meruisse latroni. Tunc, inquit, accepit a qua, & lauit manus coram populo, dicens: Mundus ego sum & sanguine huius iusti, vos videritis. Illi autem dixerunt: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. ] O quam bene furor cæcus est, quam digno præcipitio iactans in infantiam. Quænam execratio est pertinacissima mentis sic velle aliu[m] perdere, vt prior malis ipsa perire? Sub alieno exitio tuos impia iugulas, et in tuam sobolem parricidalem vibras dexteram. Ecce currit per tuu[m] generis prosapiam nunquam expians di vena facinoris, & cum crimine radicis suu[m] pullulant iniqua plantaria. Egreditur ex metallo vteri sunta cruenta progenies: & infecta sanguine nascitur infausta posteritas. En quæ bona ad haeredes tuos quodam sacrilegiū testamento transmittis; macula san-

*Vxor Pilati  
ti sub alijs  
one ad He-  
uam, nomi-  
ne co[n]sue-*

## 10 DE V. FERIA PASSIONIS

quinis innocētis te perfundis, & posteros perimis.  
Pertinaciter quidē in mortē nostri redēptoris insis-  
tis: sed crudeliter tuos natos muerone insperatis  
extinguis. Quare iam cui possis videri nō noxia, que  
erga filios tuos extitisti pertinax parricida. Tunc dī-  
misit illis Barrabā: Iesum vero flagellis casum tradidit il-  
lū, ut eū crucifigeret.] Heu me miserū, qbus auribus  
hoc audio: vel qualiter sensibus meis tā funesta cō-  
mendo? Ecce dñs meus aptatur ad verbera, ecce iā  
cāditur: rūpit sanctā cutē violentia flagellorū, & re-  
petitis iictibus crudelia vulnera scapularū terga cō-  
scindunt. Proh dolor, facit extensus ante hominem  
deus, & suppliciū patitur rei, in quo nullū vestigium  
peccati potuit inueniri. Ad victimam vita dicitur,  
& ad crudelissimū mortis occasum addicta pietas:  
euocatur. Ambitus sacrū caput aculeis spinarū, et dā-  
uinū verticē penalis coronæ pōpa circūdat. Sed in  
spinis illis, nostra eum peccata pungebant. Ventū  
tandē est crucis ad campū, vbi pias manus terce-  
brant sācra vulnera, & copaginem palmarū rumpio  
violentior foratura clauorū. Crux clavis cōfigitur,  
& effossa vestigia, pēnalibusq; alligata īpedimē-  
tis pedum officia perdiderunt. Adhēsit quietū cor-  
pus stīpiti, & immobile lignū incōclusa mēbra por-  
tauit. Fert pena ipsa pendente, & tormentis suis ne-  
xi artus incubunt. Sed festinate, oro: & citatis curlio-  
bus properate. Sentio enim moliri nescio quid crea-  
turam: & intestinis motibus nonnihil elementa in-  
telligo parturire. Minatur ecce propria mundus ex-  
cidia, & rerū natura inusitato pauore terretur. Dies  
medius tenebrarū tyrānide discluditur, & perdidit  
cursum fugitiua luce fraudatū. Sol abscondit radis  
os suos, & orbem globus luminis obscurauit, atque  
incubatricem noctem dissimulato iure contradic-  
onis admisit. Dies enim non dies, & nox repentina  
non nox est. Importuna tenebra aliena temporā per-  
uaserunt: moriente vero die, nouū dies sensit occa-  
sum. Expectabant cuncta elemēta exitū propriū cō-  
ditoris; axem suū mundus extremū Vergere cupie-  
bat

## SERMO QVARTVS.

ii

bat in limitem. Volebat, credo, seculū ire protinus  
in ruinā, ne autoris sui tacens præteriret iniuriam.  
At vbi cōsummatis omnibus sacramentis, sua spon-  
te spiritū quiete cū victoria mortis exposuit: illico  
rumpuntur sacrario dicata velamina, & in publicū  
templi secreta mittuntur, vt admissi sacrilegū clan-  
destina machinatio panderetur. Agitur internis ter-  
ra concussibus: & molis suę nutante fundamine, flu-  
ctuabunda cōmotione iactatur. Dederunt petre cre-  
pitum fragore sonigero, & viscerali motu disrupta  
fāxa crepuerunt. Patuerunt portæ protinus infero-  
rū, & monumentorum secreta claves proprias per-  
diderunt. Vacui facti sunt carceres sepulchrorum,  
& rediūia corpora dominum agnouerunt.

## SERMO QVARTVS.

**S**Vficiunt quidem fratres ad testimonium ve-  
nerandæ passionis elementorū inopinata tur-  
batio, fuga syderum, terræ inexpertus tremor.  
solidoru fractura saxorū, paucorū insolitus infe-  
rotum, & spontanea referatio sepulchrorum: Hæc  
sola publicant dominum nostrum, hæc maiestatis  
eius testantur arcam. Ecce insuper infelix Iudas,  
etiam traditor, tibi reliquit testimonium facinoris  
iūi, qui suppliciū non potuit videre dānati. Et cum  
admissum nō potuit excusare peccati, ad se reuoca-  
uit cum pecunia sacrilegium. Dixit enim: Peccauittra Psal. 108.  
dens sanguinem iūiū.] Sed non potuit vitare peccati Pénitentia-  
tum. Sic enim de eo ait sp̄ritus sanctus: Et oratio intelligit se  
elus fiat in peccati: vt in eo q; pénitentiae festina- ram, illā dā  
uit ad portū, ibi incideret aternū & sine reparatio- natis assis  
ne naufragiū. Resp̄ndit igitur oīs turba Iudeorū: milem.  
Sanguis huius super nos, & super filios nostros. Ma Mat. 27.  
gna plane vis criminis, qua nec prolixitate temporis  
aboletur, nec seculorū obliuiose repellitur. Sanguis  
hic dñi nostri polluit in præsenti reos, de futuro ob-  
ligat uascituros. Enī Iudea crudelis, te perpetratum  
nephas innexuit, & natos tuos elogio criminis im-  
plicauit. Et cū soleat crime cū persona deficere: in te  
magis crescit, & in posteros tuos sine fine redundat.  
Ecce

12 DE V. FERIA PASSIONIS

Ecce dominicus vultus sputamine sacrilego illimitatur: maxillas eius impiorum verberant palmae, cerebri tundit ictus arundinis, & per omnes currit iniurias atrocitas saeuientis. Portans humeris crucem prætorium egreditur, & tali onere colla innocua prostrata grauatur. Lætus quidem & absq; illa suspicione formidinus moriturus ibat, & nostra peccata in illa cruce portabat. Deinde fel in escam pendentem offertur, & aceti potio in patibulo propinatur. Mirum sane. Hoccine de te Iudea dñs noster promeruit, qui te in deserto per quadraginta annos panibus angelicis annonauit, & ex petra visceribus, cum sitiens, aque posuus salutaris exhibuit. Et qui aquam in nuptiis pretiosum mutauit in vinum: meruit ne vt in siti sua abs te acciperet acerum. Inter haec ecce subito tenebra tu caligine tota passionis indignitas tegitur: & omnibus iniuria nouæ noctis obscuritate cælatur. Indixit sibi mundus inopinata autoris sui morte funereum luctum, cunctarumq; confusio naturarum: & sacilegium suum non agnoscit cœcitas Iudeorum. Rumpuntur sanctuarii scissæ velamina, & sacrarij facies sacrilegio spoliante detegitur. Reddunt inferi corpora rediuiva sanctorum: & in occursum autoris inferos penetrantis, temporelam accipiunt beatæ amæ commenstrum. Conuenite iam Christianæ gætes, cōcurrите fidelissimæ nationes. Dñs enim noster non in patibulum crucis, sed in tribunal ascendit: expandit ecce manus, & alas extensas aperuit: non vt crucis supplicio satisfaceret, sed vt nos ex omni orbe ad credulitatem ecclesiæ congregaret.

SERMO QVINTVS.

Mat. 20. Postq; virginæ partus orbe toto miraculū cœlesti resplenduit, & gaudia dominicæ nativitatis sunt exulta, epiphania quoq; procurata est veneranda solennitas: Dominus discipulis suis passionis suæ prædictit ordinem, eloquitur qualitatem. Ecce, inquit, ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur summis sacerdotibus, & condemnabitur eum morte, & tradent eum gentibus.

SERMO QVINTVS.

13

confinxerit eum, & post tres dies resurget.] Qui futura prædicere potuit, & cauere. Ignaros aduersa præveniunt, non scientes. Pati voluit, qui sponte locū, vbi pateretur, ascendit. Mors inuitis imperat, voluntibus seruit. Ergo q; volens moritur, non casus est, sed potestas. Potestatem habeo, inquit, ponendi animam meam, & potestatem habeo sumendi eam. Nemo tollit eam a me.] Vbi animam ponendi potestas est, & sumendi: ibi moriendi non est necessitas, sed voluntas. Nemo, inquit, tollit eam a me. Si nemo, utique nec mors. Deniq; nec mors tollere, nec infernus potuit hanc tenere: qua iubente tremens, etiam vincetas animas, quas tenebat, amisit. Et monumenta, inquit, aperiuntur, & multa corpora sanctorum resurrexerunt.] Sicut nascente Christo conceptus nesciuit ordinem, suum partus non agnouit usum, non tenuit ius natura: ita moriente eo, ditione tartarus perdidit, quos tenebat. Abiecit infernus eius potestatis antiquæ: inueteratae legis decretum novo sanctionis ordine mors amisit. Sed ad cœpta redeamus. Ecce, inquit, ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur sacerdotibus, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & cetera.] Sciens scientiarum Deus, præsciebat: quia quæ præuiderat futura, verteretur ad crucis scandalum, ad passionis procellam, ad autoris iniuriam: vt quod terra tremeret, paueret cœlum, aufugeret lux, refugeret sol, horreret infernus, tota moueretur, secp; ipsa confunderet creatura. Mūdus enim, qui corpore nostro tecum non potuit suffrare deitatem, nec uadam quidem carne portatus ruserat, præuidebat: cum cognouisset præsertim ratam, quæ in hominem sunt commissa piacula, putabatur exercitam in ipsam fuisse diuinitatis iniuriam. His discipulos suos dominus semel & iterum præmonebat: ponens ante oculos eorum, & velut arenam suæ constituens passionis, & inducens in eam quot contumeliarum genera, tot genera bestiarum. Quot spectatores, tot persecutores affuturos esse significabat, qui de conflictu non victoriam, sed voluntatem

Allusio ad theriomachiam.

14 DE V. FERIA PASSIONIS

tate quærentes de sola morte vincentis acclamaret?  
Crucifige, crucifige. Sic truces oculos, sic voces fuisse  
nestas ad celum, immo in celum usq[ue] leuaturi, donec cruci  
delis natio & ac posteros pio dimicatis inuoluerent  
*Mat. 27.* & volutareret in sanguine vociferando: Sanguis huius  
ius super nos, & super filios nostros. *Filius, inquit, hominis tradetur summis sacerdosibus, &c.*] Depingebat  
d[omi]n[u]s Iesu[m] passionis suæ spectaculu[m] sepiissime sic di-  
cendo: vt hac diu expectata, expectantes discipuli  
non subiti ponderis fasce premerentur, non rep[et]ino  
obruerentur occursu. Animu[m] præcognita p[re]parant, co-  
firmant prænunciata, morent expectata, & nos redi-  
*Simile.* dunt per omnia fortiores. Sicut miles de superuentu  
hostis habet periculum: ita si hoste præsciat, fert tristia-  
phu[m]. Rex fortis quāuis fortiū munitur accinctu, non  
valet cauere ignota: nora agmina etiam singularis  
nescit timere bellator. Hinc d[omi]n[u]s discipulos suos te-  
pestatem tota passionis suæ ante scire voluit, vt in  
ipso turbine magnanimes faceret, redderet fortio-  
res. Ecce ascendimus Hierosolyma, &c. Sicut qui  
vna vice lapsu[m] magne domus suscipit, & ruinant  
ita & Christus post magna & multiplicia passionis  
suæ pondera, vnu[m] resurrectionis sue supposuit fulci-  
mentu[m]: vt apostoloru[m] fidè iā iamq[ue] lapsuram susci-  
*Argumen-  
tū à simili.* ret, & ad æternam dirigeret firmitatem. Post tres, in-  
quit, dies resurget. ] Nō satis est abscessus tristis, vbi  
velocissimus est regressus. Post tres dies hoc abire,  
sic sicut et redire, vt ibi eū nō defuisse perluceat. De-  
us cū vadit, hic est: & cū hic est, nusquam deest. Iuit  
Christus, sed ab apostolis nō abiit. Accessit ad motu[m]  
te, sed avita d[omi]n[u]s nō discessit. Descendit in infernum,  
sed non defuit cœlo, ipso probante cum dicit: Ne-  
*Ioan. 3.* mo ascendit in celum, nisi qui descendit de cœlo, filius  
hominis qui est in cœlo. Nolle mori, est timor  
humanus: mori & resurgere, est solius deitatis infla-  
gne. Et post tres dies: Quare non post quatuor, qua-  
re non post quinq[ue], sed post tres? Ut in passione filij,  
totius trinitatis monstraretur ascensus. Triduum  
trinitatis loquitur in figuram: quia trinitas, quia per  
op[er]e

SERMO SEXTVS.

*Gen. 1.  
Mat. 28.  
Ioan. 2. 6.  
Mat. 12.*

Operationem in principio fecerat hominem, ipsa in  
fine hominem per Christi reparat passionem. Faci-  
amus, inquit, hominem. Ita, inquit, baptizate omnes  
gentes in nomine patris, & filii, & spiritus sancti in  
remissionem peccatorum. Si in remissionem pecca-  
torum cōmuni pietatis trinitas: quomodo nō in pas-  
sione filij totius via est voluntas trinitatis? Sicut Io-  
nas fuit in ventre cœti tribus diebus, inquit, & tri-  
bus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ.  
In corde dixit: Non dixit in potestate scilicet terræ:  
vt terra suum sentiret, agnosceret, tremeret, sed non  
teneret autorem: obscura susciperet, non de corru-  
ptione pulsaret: nec dominici corpus, parte sui esse  
iuris crēderet terra, sed supernæ socium susciperet  
maiestatis. Sed mouetur animus, cur pater filiu[m] mor-  
te voluerit, vel permiseric sic subire: cur dominus ta-  
li & tam contumeliosa morte vitam voluerit repa-  
rare mortalium: cur spiritus sanctus consenserit di-  
uinitatem descendere ad tantam carnis iniuriā, adeo  
vt plures de scandalo pereant, quam de credulitate  
saluentur. Nasci & mori dominum, non capiet mēs  
humana. Fratres h[oc] si scire volumus, hodie diffe-  
ramus: vt inquisitio hi maximæ sermo latior, ipso  
Christo satisfaciente respondeat.

SERMO SEXTVS.

P Róxime cum dominice passionis multas &  
acerbas contumelias audiremus, cogitatione  
subito incidimus in illud: Quare Deus, qui to-  
tum quod habet cœlum, quod terra portat,  
quod capit mare, quod terrarum, sciebat: iuslu[m] fecit.  
imperio distinxit, mundum totum composuit ad de-  
corum: & hic, vt sententiam mortis solueret, im-  
brem sacrati sanguinis desudauit. Origo rerum, au-  
tor naturæ, quare nasci voluit, nisi quia mori vo-  
luerit. Quare deus carnis imbecillia suscepit, nisi  
quia carnis elegit iniurias? Quare totius dominus  
creature, formam seruitutis intravit, nisi vt totas  
seruitutis iniurias sustineret? Adiudicari iudex,  
cognitor diligit addici, quando se a perditis  
passus

## 46 DE V. FERIA PASSIONIS

passus est iudicari. Quæ patientiæ necessitas, vbi saluandi inest & possibilitas & potestas? Aut quæ ibi moriendi causa est, cui viuificandi virtus est & facultas? Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur summis fæceralibus, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & cōspicuerent eum, & post tres dies resurget.] Ascendimus Hierosolymam, vt in die Paschæ ad passionis pompa, et ad spectaculū mortis, atque scandalum crucis, Iudaicæ virbis vniuersitas conueniret. Non sufficit passio communis, non mors secreta, non mors simplex, non mors morti similis: nisi vt quanta erat patientia singularitatis, tanta esset & singularitas passionis. Actum est, vt autor seculi, seculo teste more retur, & a mundo mundi dominus ante per poenam quam per gloriam nosceretur. Pax celi traditur dolis osculo, tenetur tenens omnia, alligatur omnium nexus. Dicitur attrahens vniuersa. A falso veritas accusatur: sistitur, cui assistunt omnia. Iudei gentibus tradunt, reddunt gentes Iudeis. Herodi mittit Pilatus, remittit Herodes Pilato: sicut commercium fit inter pietatis pietas, sanctitas in nundinam crudelitatis perducitur. Flagellatur remissio, condemnatur vexatio: illuditur maiestas, irridetur virtus. Perfunditur largitor imbrum sputis: clavis ferri cæli strator affigitur. Mellis dator, cibatur felle: propinuator sotium, um, poratur aceto. Et cum iam nil restet ex poenis, mors refugit, mors moratur, quia suu ibi esse nihil sentit. Suspecta est vetustate nouitas: hunc enim prius, hunc solum vidit: homo peccati neliciu, noxam liberi, iuris sui legibus nil debentem. Miratur in terra, quem de terrenis conspicit nil habere. Primus, inquit, homo de terra terrenus: secundus homo de cœlo cœlestis. Accedit tamē cōsiderata Iudaico mors furori, & desperata tunc vita, & angit, & inuidit autorem, volens potius se perire tota, q̄ tantam perdere prædā. Sed iam quæ promissa sunt, inchoamus: quare ad mortem, & ad talēm mortem Deus pater misericordia filium suu: quare tam cōtumeliosæ luccubatione

*Prophœtia  
peia mor  
tis.*

*1. Cor. 15.*

## SERMO SEXTVS.

17

Et passioni: quare spiritus sanctus contegnantem vnam sibi deitatem Christum, ad tantam carnis iniuriam permiserit peruenire. Orate fratres, vt dignatione qua passus est, passionis suę reuelet arcanū, & causam nobis omnibus tam sacrate mortis inspireret. Primum quidem nobis est intuendum: Rex quando gloriosior, quando induitus purpura, diadema decorus, aspersus auro, folio sublimis, ad pomum tamen non parat ire, sed haec in secreto fiunt: an Quando in campum conniuens vultu & honore ultimus, periculis primus, onustus ferro, grauis armis, pro patria, pro ciuibus, pro liberis, pro vita omnium premit hostem: discrimina despicit, contemnit vulnera, ipsam libens mortem suorum suscipit ad salutem: vt maiores contemptū mortis, quam de ipso hoste victoriani referat & triumphum? Et quare displicet, si Christus de sinu patris, de deitatis secreto ad nostram seruitutem venit: vt nos suæ redderet libertati, nostram mortem suscepit, vt nos eius morte viueremus? Quandoquidem per despectum mortis mortales in deos retulit, nos celestibus astimans.

Et quoniā deus Christum ad iniuriam vocat tantam: si homines tantam tollit & extollit ad gloriam. Sed dicit alius: Habet hoc necessitas humana, diuina non habet hoc potestas. Verum dicis: Diuina non habet hoc potestas, sed necessitudo habet, & recipit hoc diuina. Nemo, inquit, habet maiores charitatem, quam vt quis animam suam ponat pro amicis suis. Miraris si pro nobis posuit, quod suscepit ex nobis: qui fecit propter nos tanta, & talia largioris est nobis: Quantum virtus, potestas ac magnitudo creatis operum contemplatione lucebat: tandem iarebat dilectio dei, tantoq̄ dei charitas habebatur obscurior. Subiectis dare, donare seruis, est assuetum donantis indicium: pati pro subiectis, pro seruis mori, insigne est charitatis immensæ documentum. Singularis est hoc amoris argumentum. Commendat, inquit Apostolus, charitatem suam deus in nobis; quia cum impij tantu essemus, Christus pro

*Ioan. 1.10*

*Rom. 5.*

) B nobis

## 18 DE V. FERIA PASSIONIS

**Ioan. 3.** nobis mortuus est. Et alibi: Sic dilexit Deus hunc mundum, ut filium suum unigenitum traderet. Prestat quiuis beneficia, largiatur dona, sit benefactor in prosperis, diligit obsequentes: nunquid illi poterit comparari, qui in se suorum suscepit necessitates, qui se periculis anteponit suorum, qui se pro suis, dat peccatis, corpus obiectat morti, ut illos neci subtrahat, illos referuet ad vitam? Aduersis probatur amor, affectio pensatur periculis. Peccatis examinatur dilectio, morte perfecta charitas innuitur. Hinc est quod Christus intrat carnis iniuriam, subit contumelias passionis, peccatarum genera percurrit, mortem suscepit per amaram: quia damnari voluit, qui quod fecerat, sic amauit. Deitatis autem non est voluntas haec noua. Antiquæ legis prima vox hoc queuit. Diliges, inquit, dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: quia vera dominatio est ipsa: quæ amore imperat, non timore: quæ per affectum sibi, & corpora subdit & corda: quæ amando non inuitam, sed voluntariam, sibi instruit seruitutem. Ergo haec prima causa est dominice passionis: quia sciri voluit, quantum amaret hominem Deus, qui plus amari voluit, quam timeri. Secunda causa est, ut sententiam mortis, quam iuste dederat, iustius aboleret. Statim suum Deus patiendo implere voluit, ne cöpelleret imperando, sicut facetur ipse: Non veni legem soluere, sed adimplere. Irrita videtur bonorum promissio, quæ a Deo velut ex pacto bonis facta est: si quæ ab ipso malis constituta sunt, peccata euanescunt. Porro iota unum, inquit, aut unus apex de lege non peribit, donec omnia sint. Aperte sibi persuadeat, quicunque sapit: qui sentit, intelligat: Si propter sententiam suam proprio filio non pepercit, contra sententiam suam cui posset ignorare: qui mentiri nescit, nec nouit contra quæ prescripsit legem ignorare. Ergo, quia primus homo adiudicante Deo de reatu incurserat morte, & eam delegauit suo generi, trasmisit ad posteros: quia corpore iam mortalibus generaret, mortu obnoxios, non liberos,

**Deut. 6.** **Mat. 5.**

**Rom. 8.**

## SERMO SEXTVS.

19

beros, non absolutos, sed additos: venit de celo secundus homo, venit solus peccati nescius, venit solus reatus nostri alienus, venit qui peccato nihil debet & morti, venit ut fieret inter mortuos liber, ut mors morte damnaretur. Quæ rapere iussa reos, innocentiae ipsum persuadere presumpsit autorem: ut sic transiret ad mortem reatus hominis, hominum innocentia rediret, & mors prævaricatrix facta ad diceretur Christo: cui ante Adam fuerat prævaricator additus: esset Christi origo noua, origo vitæ, pater viuentium, sicut dixit Apostolus: Sicut in Adam omnes moriebamur, sic omnes vivamus, & viviscemur in Christo. Et quia multæ causæ sunt dominicæ passionis, & noster ita claudendus est sermo: hodie differamus, ne obscuret festina discussio, Quod latior poterit aperire tractatus.

**i. Cor. 15.**

**DE PRODITIO NE IUDAÆ HOMILIA.**  
**P**AUCIS hodie necessariis est fratres tractare vobis. Et ideo paucis, non quia vobis latus sermo sacerdotis horrescit, nec enim aliam verbum tam aidam spiritualium reperies lectio num: sed quia ad mysteriorum sacram ac venerabilem celebrationem festinare multos inspicio. Ut igitur & ecclesiæ mensæ satietate perfruantur, & nostro sermone non careant, tractatus congrue temporatur, ut mea verba vestris cordibus sociantes, cum debita reverentia mysterii deitatis arcanum audiatis. Hodie dilectissimi fratres, Dominus noster Jesus Christus traditus est: nam proximante vespere Iudei eum ceperunt. Sed te no verbi traditionis cotristes audistu, nec cu percepesis quod Jesus traditus est, dolore movearis: immo & doleas suadeo, predico ut lachrymis, & ut nimia te lamentatione cotristes exhortor. Sed ne proditum lugeas, ne traditum fleas, sed proditoris factum ingemisce, & futura eius lametare supplicia. Nam proditus Christus orbem liberauit universum, proditor gehennam meruit possidere. Traditus in celis patratus sedet in dextera: traditor autem apud inferos collocatus, tormenta debita sceleratus expectat, & ideo

B 2 lugens

20 DIVI IOAN. CHRYSOST.

Ingenitus est. Nam & Dominus noster illius deſtum lachrymatus est, ut ait Euangelista: Et cū videsſet eum, turbatus est, & dixit: Vnus ex vobis tradet me. Quanta misericordia domini? traditus pro traditore dolet, proditus pro proditore turbatur.

*Ioan. 13.* Et cum videsſet eu, dixit: Vnus ex vobis tradet me. Simul & suæ misericordiæ ostendit potestatem, & nos docet non eos qui mala patiuntur, sed eos qui mala cōmittunt, debere miseros & dignos fletibus estimari. Hoc enim peius est, imo illud penitus malum non est. Nam malum pati, malum non est: malum facere, malum est. Et ideo malorum sustentatio, coeſorium regnum nobis pollicetur: malorum autem cōmissio gehennam minatur, & tormenta promittit.

*Mat. 5.* Beati nanq; ait, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quia pſorum est regnum celorum. Vides, q; malorum perpeſſo mercedem sperat, & ſufferentiæ ſuæ præmium celorum meruit regnum. Audi malum cōmittere quanta ſupplicia preparare conſueuit. Nam Paulus dicens de Iudeis, quoniam quidem Dominum occiderunt, & Prophetas perſequiti sunt, in ſequentiibus ait: Quorum finis erit ſecondum opera illorum. Vides, q; regnum perſecutionem perpeſſi ſortiuntur, & iram perſequutores promerentur, & nec ſine ratione proceſſit oratio, nec inaniter verba prolata ſunt, ſed ut circa aduersarios nostros iracundiam temperemus, & patienter eos toleremus, & magis eorū gesta doleamus. Illi enim vere mala patiuntur, qui nobis mente insidiantur aduersa: ſed & pro illis diuina clementiam exorare poterimus, ſi tamen talis anima noſtra preparatur, ut poſſit conuerſationis ſuæ merito aliis quoq; prodeſſe. Et ut pro inimicis vestris oretis, quaerida na cōmonitione depoſco, ut aliudia perſuadione verba mea cordib; vestris inhærent, ut cōtinuatione sermonis pectoribus vestris ira ſublata, furoris tumore ſedato, benignitatis remedio temperetur.

Nam Christus non tantum inimicis noſtriſ conſultuit, ſed & nobis voluit eſte conſultum. Cum aduerſarius

DE PRODITIONE IVDAE HOMI. 21

fariis noſtriſ peccata laxamus: maſus enim benefi-  
cium, cum concedis, agnoscis: & cū de inimici cul-  
pa diſſimulas, de tuis delictis ſolita benignitate do-  
minus exoratur, & inimici peccata ſolarium venie-  
promerentur. Et audi Heli dicentem ad filios ſuos:

*l. Reg. 2.* Si peccans peccauerit homo in hominem, orabunt  
pro eo ad dominum: ſi autem in deum peccauerit ho-  
mo, quis orabit pro eo? Vides, q; illud vulnus faci-  
le nec oratione sanatur. & quod oratione non ſoluſ-  
tur, cum peccati concesseris inimico, tibi quoq; do-  
natur. Vnde dece milia talentoru in deū peccata di-  
cta ſunt, & centū denarij ita nuncupantur. Dimitte,

inquit, centū denarij, vt decem milia talenta di-  
mittrantur tibi. Sed de ratione inimicoru abūdanter  
hucveſque proceſſit oratio: ſed ſi placet, ad tractatu

proditionis redeamus. Tunc abit vnuſ de duodecim  
*Mat. 26.* Iudas Iſcariotes ad principes ſacerdotu, & ait

*illis.* Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam  
eum? Hæc verba percepta ſimpliſciter aperta moni-  
ſtrantur, & auribus minus curioſiſingesta, plana pu-

tantur. Sed ſi quis ea diligenti ſollicitudine ſcrutari  
tentauerit, in ſingulis multam reperiret queſtione, &  
primiti tempus inficiendum eſt: nec enim illud

inaniter Euangelista moſtrauit. Non enim ſimpli-  
citer abiit, ſed addidit, & tunc. Tunc, inquit, abiit.

Tunc quando audiam. tunc, quando cognofcam, &  
cur tempus diligenter oſtendis, quid me docere diſ-  
ponis? non enim, Tunc, verbum, inaniter addidisti,

ſpirituſ admonitione loqueris, diuino pte uocariſ  
iñſtinctu, nec a te verba paſſim funduntur. Quid igi-  
tur, tunc, eſt? Ante proditionis tempus, ante traditi-

*Mat. 26.* onis horam accessit meretrix, yaſ alabaſtrum mani-  
bus portans, & vnguentum Domini ſupra caput ef-  
fudit. Grande in fidem, multam reverentiam, miran-

dam correptionem, oſtendit. Pauloante meretrix ſu-  
bito pudica proceſſit, & profundis obruta peccatis,

portum ſerenitatis agnouit. Et quando proſtituta

lupanar exiuit, tunc diſcipulus gehennam intravit:

quando illa mercedem ſui corporis abdicabat, tunc

*Mar. 14.*

*Luc. 22.*

## 22 DIVI IOAN. CHRYSOST.

iste precium magistri sanguinis postulabat: quando illi osculabatur pedes ut fusciperetur, tunc iste domini labia osculabatur ut proderet. Ideo dixit, tunc, ut non magistrum infirmitate accuses, quando discipulum reperis proditorē. Magis etenim virtutem doctoris ostendit, qui & meretricem ad obediendum suo magisterio conuolare perfecit. Quid igitur: Qui meretricum mores voluit commutare, discipulum non potuit retinere? Valde, inquam, & incunctanter valuit retinere, sed necessitate nolebat bonum efficere, nec vi trahere ad se curabat. Tunc abiit, & hoc dabat nimiam difficultatis questionem, & ignaros profunda disputatione conturbat. Abiit, inquit, non inuitatus a principibus sacerdotum, nulla necessitate constrictus, sponte processit, & propria malignitate consilium genuit sceleratae mentis nullo particeps conudato. Tunc abiit unus ex duodecimi. Et hoc auget delictum detestabile proditoris. Nam & alii discipuli erant, qui fuerūt numero septuaginta, sed illi non tam manifeste, nec tanta confidentia sociati, nec illis interiora decreta cōmissa sunt. Illi autem duodecim fuerunt probati, hæc erat caterua regalis. De hoc choro Iudas egressus est, de hac cōversatione proditor malignus exiuit. Et ideo ne quemlibet discipulum arbitriteris, dicto numero, gradum discipulatus ostendit. Et non puder Matthēum sita conscribere, vt discas eum in omnibus seruare veritatem, nec celare ea, quæ iniuriā referre putauit. Ea vero quæ vel injuriosa demonstrātur, ipsam dominī misericordia, clementiamq; declarant: qui proditorem suum, larronem sceleratum tatis beneficis ampliauit, & usq; ad ipsum proditionis tempus, solitus admonitionibus tolerauit. Nā admonebat, sua debat, & omni studio cum sanare curabat: sed si ille sermonē respuit, si tanti magistri verba cōtempnit, Christus cauſatio est, & meretrix testis est, quæ de sua fuit liberatione solicita. Non ergo videndo meretricem de tua liberatione desperes, sed & Iuda cogitando no debes esse securus. Vtrūq; enim periculosa

## DE PRODITIONE IUDÆ HOMI. 23

Iosum est, & confidentia & desperatio. Nam confidētia stantem euerit, & iterum desperatio post lapsum nō admittit exurgere. Et ideo Paulus exhortatur, dicens: Qui se putat stare, videat ne cadat, habens exemplum virtusq; personæ. Discipulus cum se stare putaret, cecidit: meretrix, cum se cecidisse arbitraretur, exurrexit. Mens humana facile labitur, & omnibus mutabilis sensus est, & ideo nos vnde que tutari properemus. Tunc abiit unus ex duodecim Iudas, qui dicitur Iscariotes. Quid mili eiūs patrīam dicas? Utinam ipsum quoq; nescire licuisset. Iudas qui dicitur Iscariotes. Alter erat discipulus, qui Iudas Iacobi zelotes dicebatur. Et ne appellatio cognominis, fiat confusio personarū: nec error nominis proditor protegatur, propterea hunc ab illo separauit: & illum quidem de animi sui virtute nuncupauit, istius malitiæ nomen abscondit. Et ideo non dixit Iudas proditor, vt te doceat detractiones nescire, & accusations declinare. Tunc abiit unus ex duodecim ad principes sacerdotum, & dixit eis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? O puniēt vocis temeritas. O supplicium voluntatis. Prodictionis verba funduntur, de quaestu pacta tractantur. Quid vultis mihi dare, et ego vobis tradam eum? Dic Iuda omniū sceleratissime, hæc te magister edocuit: hæc tibi tantus doctor ostendit! Ideo diuitias debere te cōtemnere prædicabat: ideo admonebat, dicens: Ne possideatis aurum, aut argentū, aut æs in zonis vestris: vbiq; tibi audiām cupiditatē pecuniarum excludens, nō hæc tibi periuadebat dicens: Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & aliam. Quid vultis mihi dare? O crudelitas, Et ego vobis tradam eum. Dic mihi, quæ causa prodictionis est? Tradis magistrū, scilicet laceratus, audiām lassitudinem tua. Forſitan quod tibi dæmonū tradidit porestatē, quod fecit languentibus subuenire, quod mortuos resuscitare didicisti. Has beneficiorū vice exoluis. Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? O demetia imo cupiditas proditoris.

1. Cor. 10.

Luc. 6.

Mat. 10.  
Mar. 6.Mat. 5.  
Luc. 6.

**24 DIVI IOAN. CHRYSOST.**

Cuncta enim mala cupiditas procreauit, hac affectus magistrum tradidit Iudas. Nam cupiditas huiusmodi sortita est natura, captiuas animas retinet, & omnibus nodis alligatas adstringit, & reru obliuionem imponit, & alienationem mentis ostendit. Et aude Iudas captus cupiditatis insania, quata beneficia respuit, conuersationis, mens, discipulatus, admonitionis, suasionis oblitus est, frenis cupiditatis impeditus. Et ideo Paulus radicem omnium malorum cupiditatem nominat. Quid vultis mihi dare & ego vobis tradam eum? O verbum totius superbie, quod non habet in fauibus: tradis eum qui cuncta conseruat, qui dæmonibus imperat, cui obtemperant maria, cui omnes subiacent potestates? Ve igitur ultra se traditum fuisse demonstret, audi quid fecerit eodem tempore: cum ad inuestigandum eum venerant cum faculis & lampadibus, ab ipso interrogantur, ut quem quererent demonstraretur, & eum scire non poterant: & Iudas qui ad demonstrandum venerat, etiam tanta flamma lucente prodendum videre non valuit. & ideo Euangelista ait: Lampades & lumen habuerunt, & non videbant eum. Et Christus eis diebus singulis prædicabat, quod eum late re non poterat proditurus, sed nec aperte eum omnibus publicabat, ne impudentiorem faceret: nec penitus silentio præteribat, ne celari arbitratus, audacter ad proditionem properaret. Et ideo frequenti admonitione clamat: Vnus ex vobis tradet me. Nec tam magister piissimus publicabat, & de gehenna fuit sepulchre loquutus, & de coelorum regno traetauus assidue, utriusque meritum frequenter edocuit: & quod peccatoribus constitutu est, & quod non peccantibus præparatum ostendit. Sed hæc omnia crudelis ille contempnit, & Deus illum non traxit inuitum. Et quoniam bona atque mala in nostra deus posuit potestate, electionis liberum donavit arbitrium. Et nos inuitos non retinet, sed volentes amplectetur. Nam non sponte bonus malitia non amittit. Et ideo Iudas nimis cupiditatis præcipitatus ardore,

*I.Tim.6.*

*Ioan.8.*

*Ibid.13.*

*cœca*

**DE PRODITIONE IUDÆ HOMI. 25**

cœca quadam improvidence deceptus, suam vendidit animam. Et suæ salutis mercator extitit, & ait: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? Et ut virtutem Christi etiâ in hac parte cognoscas, cum ad capiendum eum aduenissent, vocem eius misericordie tolerare potuerunt, sed omnes territi ceciderunt. Et quoniam nihilominus in sua impudenter perdurabant, ipse se ultra cōmisit, ipse se tradidit. Et hæc diximus, ut Christum nullus accuset, cur Iude cogitationem non mutauit aduersam: sed si quis hoc dixerit, audiet: Iudas quemadmodum corrigi potuit, sponte an inuitus? Si inuitus, nulla correctio est, nam mentis malitia necessitate non tollitur: si sponte omnia quæ meliorare animum poterant, audisse cognoscitur. Et si remedium respuit, non medici vitium est, sed languentis. Et ut scias eius crimen esse quod prædidit, non magistri, saepius Deus de proditione prædixit, & torus eum philosophiæ præcepto & sermone docuit, & rebus ostendit. Dederat ei demum potestatem, gehenne tormenta monstrauit, cœlorum regna promisit, secreta mentis eius & prædictabat, & non publicabat. Pedes eius cum aliis lauicemini fecit partipem, nihil penitus prætermisit, sed ille in malitia sponte durauit, & omnibus admonitionib. spretis, proditor malignus emerit. Et ut cum posse mutari, sed corrigi noluisse cognoscas postquam eum tradidit, iactauit triginta denarios, & ait: Peccavi, tradens sanguinem innocentis. Quid est quod ab eo mirabilia gerebatur, & rebus ostenditur, non dixisti, peccavi, tradens sanguinem: sed quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? Et post factum scelus, post commissum delictum, post completam proditionem, post perfectum peccatum, cognovisti peccatum. Ex hac re dilectissimi fratres edoceantur, quod negligenter & desidiosus facile admoritio prodesse non poterit: studiosis autem etiâ admonitione cœlante, multum commoditatis accedit. Nam & iste quando magister admonebat, non flectebatur; & quando nullus admonuit, excitata

*Mat.27.*

B 5 cor

## 26 DIVI IOAN. CHRYSOST.

conscientia, scelus cognovit admissum, & proiecis  
triginta denarios. Quid vultis mihi dare, & ego vos  
bis tradam cum? Et statuerunt, inquit, ei triginta de-  
narios. Dederunt precium sanguinis, qui precium non  
habebat. Quid accepisti Iudas triginta denarios?  
Christus gratis aduenit sanguinem suum pro comit-  
ni salute fufurus, & tu de sanguine crudelia pactacō  
ponis? quid enim crudelius isto contractu? Tunc ad-  
uenerunt discipuli, tunc haec gerebantur, quando Iu-  
das de traditione tractabat, proximat discipuli eius,  
*Ibid. 26.* & dicunt: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?  
Vide discipulos, vide discipulum. Ipsi sunt de prepa-  
ratione solliciti, ille dominici sanguinis mercator ex-  
sistit: illi cogitabant obsequium seruitutis, iste sceles-  
ris sponsiones exposcit. O discipuli perditis mens-  
Vna cum illis magistri admonitionis præcepta di-  
cunt, pariter beneficia perceperunt, simul eius mira-  
cula cognoverunt. Et iste solus crimen sua sponte  
concepit. Vbi vis paremus tibi manducare Pascha?  
Hodierna vespera tunc fuit. Et quia dominus habi-  
taculum non habebat, ideo ad eum dicunt: Vbi vis  
paremus tibi comedere Pascha? Non habemus do-  
mum, non habemus tabernaculum præparatum,  
susceptaculum non est. Audiant quibus ædificanda  
rum domorum cura est, & ambitionis porticuum  
cogitatur instructio, quos preciosorum marmororum  
pompa delectat, & laquearium fulgentis auri con-  
clusio. Cognoscant Christum omnium dominum,  
quod locum in quo caput reclinaret, non habuit. Et  
ideo eum discipuli interrogant, & dicunt: Vbi vis  
paremus comedere Pascha? Non illud quod nostrum  
est, sed interim Iudeorum. & illud quidem discipu-  
li præparabant. Istud autem quod nostrum ipse con-  
stituit, & non solum constituit, sed & ipse factus est  
Pascha. Vbi vis paremus tibi manducare Pascha?  
Illud Iudaicum fuit Pascha, illud in Ægypto sum-  
mit exordium. Et illud Christus manducauit & scilicet,  
quia omnia quæ sunt legis adimplevit. Nam quan-  
*Mat. 3.* do baptizabatur, dicebat: Sic enim decet nos im-  
plere

## DE PRODITIONE IUDÆ HOMI. 27

plete omnem iustitiam. Veni, inquit, de legis male-  
dictione eximere homines. Nam deus misit filium  
suum natum de muliere, factum sub lege, ut eos qui  
sub lege erant, redimeret: & ipsi legi requiem daret.  
Et ut nemo dicat, quod ideo eam euacuavit, quia ea  
complere ut molestatam & ardum non valuit, ipse prius  
eam complevit, & sic fecit requiescere. Ideo & Pascha  
fecit, ex ipsis enim præceptione causa fuit, & cuius  
causa lex præcepit manducari Pascha, audiamus: Iu-  
dei circa Deum honorum sibi omnium largitorum fuerunt  
effrenata dissidentia contumaces, & eius beneficia  
obliuione præteribant. Nam post Ægypti profecti  
onem, viderunt consindi maria, & denuo conueni-  
re, & alia multa mirabilia, & dicunt: Faciamus nos  
bis deos, qui nos antecedant. Adhuc inspicis quod  
miraris, & oblitus es largitoris? Quia igitur insens-  
ati & contumaces erant, festiuitatis celebratione  
beneficiorum memoriam roborauit, & ideo Pascha  
sacrificari præcepit, vt si filius tuus ipsis Pascha  
interrogauerit rationem, respondeas: quod aliquan-  
do in Ægypto cum mortis portitor speraretur, ma-  
iores nostri ne euersionem sustinerent, postes hu-  
ius agni sanguine linierunt: & vastator angelus  
adueniens, cum videret illatus plagam, non  
audebat intrare: & illa festiuitas perpetuam be-  
neficii memoriam tribuebat. Sed per hoc etiam ali-  
ud maius beneficium monstrabatur, quod ille agnus  
sustiri agni fuit typus: & ille sanguis, dominici san-  
guinis monstrabat aduentum: & ouis illa fuit spiritua-  
lis ouis exempli ille agnus umbra fuit, hic veritas.  
Sed postquam sol iustitia radiauit, umbra soluitur  
luce. Et ideo in ipsa mensa utrumque Pascha & typi  
& veritatis celebratum est. Nam sicut pictores pin-  
gendarum tabulam vestigijs quibusdam adumbrare  
consueverunt, & sic colorum varietate perficere: ita  
& Christus fecit in mensa: & typum Pascha descri-  
psit, & Pascha veritatis ostendit. Vbi vis paremus  
tibi manducare Pascha? Iudaicum Pascha erat,  
sed umbra lumini cedat: adiectata imago veritate  
supere,

*Galat. 4.**Exod. 12.**Ibid. 12.*

## 28 DIVI IOAN. CHRYSOST.

superetur. Hæc ad Iudæos dico, qui se Pascha celebrente arbitrantur, qui impudenti menti proponunt azyma tanquam qui corda non habebant circumcisæ. Responde mihi Iudæe, qua fronte celebras Pascha? Templum eversum est, ara confrastra, conculata sunt sancta sanctorum, omne sublatum est sacrificium & tu nimia temeritate cõmittis illicita? Ingressus fuisti aliquando Babylonem, & captiuantes te dicentes audisti, Cantate nobis canticum Domini, & non obtemperabas. Hæc ostendens David dicebat:

**Psal. 13e.** Super flumina Babylonis ibi sedimus & fleuis mus, in salicibus in medio eius, ibi suspendimus organa nostra, id est, citharam, psalterium, lyra, &c. His enim Iudæi vtebantur, & psalmos istorum sonno coniuncto cantabant. Et hæc si a captiuitate portabant, non ad usum consuetum, sed ut conuer sationis patriæ monumenta retinerent. Nam ait. Ibi interrogauerunt nos, qui captiuauerunt nos, verba cantionum. Diximus, quemadmodum cantabimus canticum domini in terra aliena. Quid agis? Cantandum domini non cantas in terra aliena? Vidisti contumaciam, vidisti dementiam, vidisti mentis infaniam? Quando preceptis hostium cogebantur, nec psalmū dicere ausi sunt in terra aliena, & nunc nullo cogete, suo arbitrio propria voluntate contra deum præparant bellum. Vides, quod immunda sunt eorum azyma, quod illicita festiuitas, quod non Pascha Iudaicum: & fuit quidem aliquando Pascha Iudaicum, sed exemptum & euacuatum est Pascha spiritualis aduentu, quod Christus tradidit. Nam cum manducarent, inquit, & bibherent, accepit panem, & fregit, & dixit. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Agnoscent quid loquor, qui sunt diuinis consecrati mysteriis. Et iterum accepit calicem, & dixit: Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et praesens Iudas erat ista Christo dicente: Iste est sanguis. Dic Iudas, quæ tristitia denariis vendidisti, iste est sanguis de quo ante cum Pharisæis pacta fecisti. O Christi miferor dia

**Mat. 26.****Luc. 22.**

## DE PRODITIONE IUDÆ HOMI. 29

dia, o Iudæ dementia. Ille triginta denariis pacificatur, ut cum venderet, & Christus ei sanguinem quem vendidit offerbat, vt haberet remissionem peccatorum, si tanien impius existere noluisset: nam affuit Iudas, & illius sacrificii communicationem meruit. Et pedes eius quando aliorum discipulorum lauit, vt excusationem suæ malitiæ non haberet, sed ille detestandus suæ mentis insidias cogitabat. Sed iā nos ad terribilem mensam cum debita reverentia, cum congrua vigilancia oportunum tempus inuitat: nullus ibi Judas reperiatur, nullus malignus accedit, nullus veneno pungatur, nec sucata verba lingua proferantur, nec infida mente condantur, sed quod voluntas possidet, sermo declareret. Et nunc ille præsto est Christus, qui illam ornauit mensam, ipse istam quoque consecrat. Non enim homo est, qui proposita de consecratione mensæ domini corpus Christi facit & sanguinem, sed ille qui crucifixus pro nobis est Christus. Sacerdotis ore verba proferuntur, & dei virtute consecrantur, & gratia. Hoc est, ait, corpus meum: hoc verbo proposita consecrantur.

**Gen. 4.**

Et sicut illa vox quæ dicit: Crescite & multiplicamini, & replete terram. semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum ad generationem operante natura ita & vox illa semel quidem dicta est, sed per omnes mensas ecclesiæ usque ad hodiernam diem, & usque ad eius aduentum præstat sacrificio firmitatem. Nullus igitur fictus accedat, nullus fucato animo tantis audeat in mysteriis proximare, ne comedinetur, & sententiam mereatur, & quod Iudas iustinuit, patiatur. Nam in illum post communicationem mensæ diabolus intravit, non quia contempserat dominicum corpus, sed quia impudentia Iudæ & malignitas mentis, ut aduersarius in eo habitaret, effecit. Ut dicas quod indigna, & fucata mente mysteriorum secreta celebrantibus, a diabolo præparatur insidie, & magis ac magis assimilantur eis, qui non aequo animo communare festinant & hæc dico, non vos terream, sed ut cautores efficiam. Nemo sit Iudas

## 30 DIVI IOAN. CHRYSOST.

Iudas in mensa, hoc sacrificium cibus spiritualis est.  
Nam sicut corporalis cibus cum ventrem iuuenit  
aduersis humoribus occupatum, & amplius laxat,  
magis nocet, & nullum praestat auxilium: ita &  
iste spiritualis cibus, si aliquem repererit malignitate  
pollutum, magis eum perdet, non sua natura, sed  
accipientis vitio. Pura igitur mens in omnibus, pu-  
ra cogitatio, quia & sacrificium purum est. Sancta  
animam præparemus: & hoc non multo tempore,  
sed vna corrigitur die. Nam si tibi contra inimicum  
tuum dolor est, solue iram, inimicitias laxa, ut reme-  
dium de mensa percipias. Ad sanctum ac terribile  
sacrificium properas, erubesce oblationis arcana, oc-  
cisis propositus Christus est: & cur occisus est vi-  
deamus: ut cœlestia pacifet, ut in terra reconciliet  
vniuersa, ut amicum te constituat angelorum, ut  
Deo societ habenti omnium potestatem. Animam  
suam pro te dominus dedit, & tu inimicus conseruo  
perduras, & cum hoc animo ad mensam pacis acces-  
dis. Ille ne mori quidem pro tua vtilitate recusauit,  
& tu nec iram tuam conseruo pro tua liberatione  
concedis. Sed forsitan dicis: Ab inimico fraudatus  
sum, multis me læsit dispendis, magnis me detri-  
mentis onerauit. Quicquid dixeris: pecuniarum ver-  
titur causa. Non te crucifixit, sicut Iudei Christum,  
& tamen ille effusum sanguinem ad salutem eorum,  
qui effuderunt, larga pietate concessit. Inimicum  
Deo est tumidum pectus, & audi quid ait: Quando  
offers munus tuū super altare, & ibi memor fueris  
adstans in altari, quia habet frater tuus aliquid ad-  
uersum te, dimite donum super altare, & vade recō-  
ciliare fratri tuo. Merito nostræ reconciliationis cau-  
sa hoc sacrificium constitutum est. Et si sacrificii pre-  
cepta contempseris, sacrificii remedium sentire non  
poteris. Comple illud, cuius causa sacrificium factum  
est, ut sacrificio perfruaris. Ideo Dei filius aduentus  
vt humanam naturam dominica reconciliet pietas  
tui: ideo & nos cum hæc facimus, suo facit vocabulo  
*Ibid. 5. nuncupari. Beati, inquit, pacifici, quoniam filii Dei  
vocab*

*Mat. 5.**Ibid. 5.*

## DE PRODITIONE IUDÆ HOMI. 31

Vocabuntur. Hoc enim facis, quod Dei filius fecit, si  
& tibi, & alijs pacis volueris autor existere: ideo te  
vocat filium Dei, ideo in sacrificii celebratione ni-  
hil aliud, nisi de fratribus reconciliatione commonuit.  
Adhuc vellem dilectissimi fratres plura tractare, &  
extenso sermone orationis meæ verba protrahere,  
sed hæc dicta sufficiunt suis cordibus volentibus in-  
timare. Hac igitur mentibus inhæreat, & in animis  
vestris glutinata perdurent. Sanctum osculum tene-  
amus, quod animas sociat, reconciliat mentes, &  
vnū corpus ostendit. Quia vnum corpus omnes  
videmur esse sortiti, & ideo misceamus nos in vno  
corpo: non corporum commixtione, sed animarū  
charitate deuincti, ut sic diuinæ mensæ possimus  
fructibus sociari. Nam & si multis bonis conscienc-  
iis abundemus, reconciliatione contempta, nullum  
possimus solatium promereri. His igitur animad-  
uersis cum omni simplicitate mysteria celebremus,  
& accedamus ad mensam Christi, cum quo patri  
omnis gloria, honor, virtus, &c.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI  
de latrone Sermo.

**L**ectio Euangelij docet nos, quemadmodum  
multi peccata sua domino confitentes cito  
possint veniam promereri. Vnde exemplum  
accipiamus fratres charissimi latronis illius,  
qui cum domino fuerat crucifixus. Qui cum in pœ-  
nis esset pro suis facinoribus affixus: non sui curam  
habebat, sed domino propria peccata pandebat:  
dicente scriptura, Confessio & pulchritudo in con-  
spectu eius. Feedauerant illum propria facinora:  
sed confessio ei paradisum patefecit, dicente dos-  
mino: Amen dico tibi, hodie tecum eris in para-  
diso. Paradisum enim fratres mei quinque, vel eo  
amplius milia annorum fusse præclusum, scriptu-  
ra testatur. Et illa primi hominis transgressione  
procurante, exinde non projectum, sed dimissum  
scriptura restatur. & immortalitate carens factus  
est mortalis, morti subiectus; nunc autem dominus  
noster

*Psal. 95.**Luc. 23.*

## 32 DIVI IOAN. CHRYSOST.

noster, qui propria morte mortem occidit, latroni paradisum patefecit. Vno enim tempore duo beneficia videmus esse concessa. Vnū, in quo paradisum patefecit: alterum, quo latronem in eum introduxit. Hodie namq; die antiquam nobis patriam reddi paternam ciuitatem ostendit, domum pristinam redonauit. Hodie namq; ait, mecum eris in paradiſo. Quid aſ o Christe? Crucifixus es, clavis retineris, & paradisum tam facile polliceris? Volo, inquit, vt inde possint meam omnes inuenire virtutem, vt in ligno mea largitas demonstretur. Et quoniam crux dedecoris fuerat signum, & apud omnes ignominia putabatur: crucis infamiam mirandis beneficis decorauit, & ex hoc magis magisq; virtutes eius ostenduntur. Non enim illo in tempore mortuum aliquem reddit luci, nec mare a suo tumore cōpescuit, nec expulit dæmones, sed cruci suspensus, clavis affixus omnibus subiugatus, dedecoris succumbens infamiae, insultantium derisione delusus, latronis auersam mentem valuit comunitare, vt ex omni parte eius diuinitas sentiretur. Etenim vniuersam terruit creaturam, & ad meliora conuertit, & honore summo decorauit. Hodie, inquit, mecum eris in paradiſo. Sed framea totius ignis ardore succensa versatur. Sed ipse qui & ignis, & ipsius gehennæ, & vitæ mortisq; imperium tehet, ingrediendi concessit potestem. Si enim homines quibus corporibus mendendi cura est, amplius admiramur cum ægrotos omni spe destitutos arte propria curauerint, & summa reddiderint sanitati: quanto iustius est Christi nostrum admirari, donantem vulneribus sanitatem publicano & meretrici remedium pollicente, & eis salutem perpetuam largientem, dignos eos cœlorū amœnitate donare? Sed dicit aliquis: Vnde tanta beatitudo latroni? Quid egit tale, vt post crucem paradiſum mereretur? Vis eius citius audire virtutem? Quando eum Petrus negabat in terra, latro confitebatur in cruce: primus discipulus puellæ vilissime popu-

## DE LATRONE SERMO.

populum circumstantem despiciens, oculis fidei coelorum dominum pura mente cognovit, dicens: Memento mei domine, cum veneris in regnum tuum. Nec transitorie istum prætereamus latronem, neque erubescamus tales accipere magistrum: quem non erubuit dominus noster primum introducere in paradisum. Nec pudeat nos eius magisterium, qui coelestem conuersationem ante omnes meruit primus. Non dixit ad eum, sicut dixit ad Petrum: Veni, se quere me, & faciam te pescatorem hominum: nec dixit ad eum, sicut ad duodecim discipulos: Sedebatis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Nihil admirationis ostendit, non mortuos resuscitauit, dæmones non fugauit, non martyres prouocauit, nec vllum ei fecit dominus de cœlorū regno sermonem, nihil de gehenna locutus est: & ante omnes eius imperium confitetur. Nam Iudei famam gloriamq; ejus infamare cupientes, & ex omni parte tentantes vniuersa peruerterebant: sed vndiq; veritas præfulgebat, & illis insultantibus insulrah; bat & latro. Vidisti latronem & latronem, vterque penderet in cruce, vtriq; facti similes. Vna in eis conuersatio, sed non vna mentis confessio. Nec eodem vtrique sensu perdurant; nec eis similis donatur euctus. Sed bonus ecclii beatitudinem iure hereditario promeruit: alter inhæsit gehennæ tartaris deputatus. Duo etenim latrones cum domino erant crucifixi: ut impleretur scriptura. Et cum inquis deputatus est. Vnde vnus insultat, alter adorat. Vnus blasphemat, alter benedicit, & blasphemantem prohibet dicens: Nec deum tu times? Vidisti credulitatem in cruce, vidisti perseverantiam in tormentis, & in peccatis pendente vidisti magistrum. De cruce subito euoluit ad cœlum, & in peccata positus celestis iudicis secreta narrabat. Quod enim sui memor fuit, quod sana mente vigilauit, quod clavorum confixaione constrictus alium increpabat dicens: Nos quidem suſt, nam digna factis recipimus: hic autem nihil mali fecit: nobis fidei magisterii demonstra-

Mat. 4.

Esa. 53.

Luc. 23.

( C uit.

## 34 DIVI IOAN. CHRYSOST.

uit. Ait ergo: Domine memento mei, cum veneris  
in regnum tuum. Nisi confessione peccati sarcinam  
dimisisset, indulgentiam non meruisset. Deniq; audi-  
re meruit. Hodie tecum eris in paradyso. Ecce quā-  
tum præstítit confessio, vt sine dilatione introduci  
latro mereretur in paradyso.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE  
cruce & latrone in die paræcues, Homil.

**H**odierna die noster dominus pependit in cru-  
ce, & nos festiuitatem eius nimia lætitia cele-  
bremus, ut discamus crucem totius spiritua-  
lis gratulationis esse substantiam. Etenim  
ante ipsum vocabulum crucis poena fuit, sed nunc  
ad gloriam nuncupatur. Antea condemnacionis fe-  
rebat horrore, nunc salutis indicium est. Crux enim  
nobis totius beatitudinis causa est. Hæc nos à cæcio-  
tate liberauit erroris, hæc è tenebris reddit luci,  
hæc debellatos quieti sociauit, hæc alienatos Deo  
coniunxit, hæc longè cōstitutos Deo proximos pre-  
sentavit, hæc peregrinantes ciues ostendit, hæc dis-  
cordiæ amputatio est, hæc pacis firmamentum, hæc  
bonorum omnium abunda largitio. Istius causa nul-  
lis angustiis deserti erramus, quia iam nobis cam-  
pi monstrati sunt veritatis. Nec aulis regalibus ha-  
bitare prohibemur, quia aditus iam videtur inuen-  
tus: nec ardentes sagittas diaboli formidamus, qui  
fontes inuenimus, quibus earum flamma facile pos-  
sit extingui; ideo viduitate caruimus, quia sponsus  
expectatus aduenit. Lupum non possumus formida-  
re, bono & diligenti muniti pastore. Ego, inquit,  
sum pastor bonus. Tyranni impij crudelitate non  
terremur, mansueti regis vestigiis inhærentes. Hac  
causa hodie gratulamur, quia crucis beneficia mes-  
moramur. Sic & Paulus præcepit propter crucem  
festiuitatem celebrari: Pascha nostrum immolatus  
est Christus: diem itaque festum celebremus, non in  
sermento veteri, neque in fermento malitia & ne-  
quitia, sed in azymis synceritatis & veritatis. Et sic  
**i. Cor. 5.** adiunxit causam, quia Pascha nostrum pro nobis  
immolatus est Christus.

Ioan. 10.

## DE CRUCE ET LAT. HOM. I.

immolatus est Christus. Vides crucis intuitu perce-  
ptam lætitiam? In cruce enim immolatus est Chris-  
tus: & vbi immolatio, amputatio peccatorum: vbi  
amputatio peccatorum, reconciliatio domini, vbi  
reconciliatio domini, ibi festiuitas, & omnis gratia  
lætitia. Pascha nostri pro nobis immolatus est Chris-  
tus, & immolatus in excelsa cruce. Nouū altare co-  
stitutum est, quia & sacrificium nouū, atq; omnibus  
inopinatum: nam ipse & sacrificiū fuerat, & sacer-  
dos. Sacrificium secundum carnem, sacerdos secun-  
dum spiritum sanctitatis. Idem ipse & offerebat, &  
offerebatur. Offerebat secundum spiritum, offereba-  
tur secundum carnem, & audi quemadmodum Pa-  
lus vtrunque monstrauit: Omnis, inquit, pontifex, qui  
de hominibus accipitur, pro hominibus statuitur.  
Vide necessariū est & istum habere aliquid, quod  
offerat. Vide sacramentum. Ecce ipse se offert. Et ali-  
bi ait: Quia Christus semel oblatus multorū absti-  
lit peccata. Ecce hic oblatus est, ibi se obtulit. Vides  
quemadmodū fuit et sacrificiū, & sacerdos, & altare  
crux fuit? Et quare, inquires, nō in templo sacrificiū il-  
lud offerebatur, sen extra ciuitatem? Ut illud imple-  
retur. Quia inter iniquos deputatus est. Et ob quam  
causam in excelsō ligno, et nō sub tecto immolatur?  
Ut etiā ipsius aeris natura mundetur. Hac de causa  
in excelsō & non sub tecto, sed sub cœlo, vt vniuer-  
sus aer in excelsō immolatæ ovis à tetro odore mun-  
detur. Sed & terra simile beneficium sentiebat decur-  
si de latere sanguinis stillatione mundata: ideo non  
sub tecto, non in templo Iudaico, ne Iudæi subtrahe-  
rent sacrificium, & sibi metu vendicarent. Ne putares  
pro illa tantū plebe oblatum, ideo foras ciuitatem,  
ideo foras muros, vt scias sacrificium esse cōmune,  
qd̄ torius terræ oblatio, quod cōmuniis deploratio,  
nō partis, sicut Iudæis cōsuetudinis fuit. Iudæis eten-  
tim ideo iussit oēm terra deus dimittere, & uno in  
loco sacrificiū, atq; oblatione celebrare: quia tūc om-  
nis terra immunda fuit fumo, & odore, & alia conta-  
minatione polluta, quæ ex sacrificiis gentium super-

35

Heb. 8.

Heb. 9.

G 2 ipam.

## 36 DIVI IOAN. CHRYSOST.

ipsam celebrabantur. Nobis autem quoniam Christus adueniens omnem terram emundauit, omnis locus orationi vacat: ideo Paulus cum omni confidentia exhortatur, dicens: Volo ergo orare viros in omni loco, leuantes manus sanctas. Ecce totus mundus emundatus est, elementa purgata sunt; ut ubique nobis deum liceat praedicare, & omnis terra sanctior illo loco est, qui illo in tempore praedicabatur sancta sanctorum. Nam ibi pecus irrationale oblatum, hic spirituale immolatum est: & tanto maius est sacrificium, quanto & sanctitas de sacramento praeferitur, hac de causa laetitia nostra crux est. Vis quantu[m] nobis prestatuerit & aliunde condiscere? Paradisum quinque & eo amplius annorum milibus praeculsum hodie nobis patefecit: hac enim die, hac hora latronem Christus in paradisum introduxit, & eius amcenitates ostendit. Et uno tempore duo beneficia vidimus esse concessa. Unum, quod paradiis patefacta est: aliud quod latro in eam meruit introduci. Hodie dies antiqua nobis patria reddidit, paternam cuitatem ostendit, domum pristinam redonauit. Hodie namque, ait, mecum eris in paradiſo. Quid aies? Crucifixus es, clavis retineris, & paradiſum tam facile polliceris? Volo, inquit, ut in cruce possint omnes meam inuenire virtutem, ut in ligno mea largitas demostretur. Et quoniam crux dedecoris fuerat signum, & apud omnes ignominia putabatur, crucis infamiam mirabilis beneficiis decorauit, & ex hoc magis magnitudo virtus ostenditur. Non enim illo tempore mortuus reddidit luci, nec mare, fluctusve copescuit, nec mautu[m] expulit[us]ve daemonia: sed cruce suspensus, clavis affixus, omnibus subfugatus iniuriis, torus dedeciri succubens infamiae, insultantium derisione delatus, latronis adulteram mente valuit commutare, ut ex omni parte eius diuinitas sentiatur. Etenim vniuersam terruit creaturam, & petras saxaque dispergit, & omnium lapidum insensibilitate animam duaciorem ad se traxit, & ad meliora conuerit, & honore summo decorauit. Hodie namque mecum eris, ait, in par-

1.Tim.2

Luc.23.

## DE CRUCE ET LAT. HOM. II. 37

In paradiso. Et Cherubin custodietibus paradiſum, latro ad paradiſum inducitur. Sed non mireris, a domino inuitatur. Sed dicens: Sed ibi framea totius iugis ardore succensa verlatur. Sed ipse qui & ignis, et ipsius gehennae, & vite, mortisq[ue] imperii tenet, ingredienti potestatem concessit. Et imperatori quem vel culibet habentib[us] potestatem iniuriosum putatur, si personam vilissimam participem sui actus accipiat: Christo autem nostro non iniuria fuit sacram ingredienti patriam, facere ingressus sui latronem participem. Nam secum eum perduxit, non confundens calcatibus latronis pedibus paradiſum, sed honorem praestans paradiſo. Honor etenim loci est talem dominum promerer, qui & latronem dignum reddiderit paradiſo. Nam & cum publicanos & fornicarios ad celorum regnum introduxit: non celorum regnum infamauit, sed etiam magis honoribus ampliavit, ostendens talem dominum regni esse celorum, qui & indignas intantum fecit meliorari personas, ut etiam illius dignitatis gloriam mererentur. Nam sicut homines, quibus corpora medendi cura est, amplius admiramur, cum ægrotos omni spe defolatos arte propria curauerint, & summa reddiderint sanitati: sic & Christum nostrum iustu[m] est admirari donantem vulneribus sanitatem, publicano, & meretrici remedium pollicentem, & eis salutem perpetu[m] largientem, ut & dignos eos celorum amicitate donaret. Sed dicens: Vnde tanta beatitudo latronis? Quid ergit tale, ut post crucem paradiſum mereatur? Vis eius citius audire virtutem? Quando Petrus eum negauit in terra, latro eum confitebatur in cruce. Et haec non me ad accusationem beati Petri aliquis dixisse suscipetur, quod longe a mea conscientia sit, sed latronis admirandam volo animam declarare. Primus discipulus puellæ vilissimæ minas tolerare non valuit, & latro suspensus tormenta spores, vndeque populū inspiciens circumstante, clamans, ingenti ardente[r] rabie omniu[m] iniquitatui, furente, blasphemis inflammante no[n] timuit, nec crucifixi

C 3 vilitatem

Gen.2.

## 38 DIVI IOAN. CHRYSOST.

vilitatem quæ videbatur inspexit, sed ipsius fidelis oculis hæc cuncta transluit: & humilibus spretis cogitationibus celorum dominū exaltatum pura mente cognovit, & ipsius misericordiam in cruce flagitauit, dicens: Memor esto mei domine in regno tuo. Nec transitorie istum prætereamus latronem, neque erubescamus accipere magistrū, quem non erubuit noster dominus primum introducere in paradisum: nec pudeat eius sequi magisterium, qui coeleste conuersationem meruit ante omnes, sed diligenter singula requiramus, ut crucis inueniamus virtutem. Non dixit ad eum, sicut ad Petru: Veni, sequere me, & faciam te pescatorem hominum: non dixit ad eum: siccut ad duodecim: Quia sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel: imo nec verbo eum dignum aestimauit, nihil admirationis ostendit. Non mortuos refuscitauit, dæmones non fugavit, non mare prostravit, nullum et fecit de celorum regno sermonem, nihil de gehenna locutus est, & ante oēs eius imperium confiterit, & hec dicebat alio latroni, aduersus eum plura dicentem, & sapienti insultantem. Nam & altera ex parte latro cum eo fuerat crucifixus, ut illud impleatur: Et cum iniquis reputatus est. Nā ludāi eius famā gloriamq; infamare cupiebant, & ex omni parte captabant, & tentabāt vniuersa peruertere: sed vndiq; veritas presulgebatur, & his aduersantibus augebatur. Insultabat ei igitur alter latro. Vidisti latronem & latronem? uterq; p̄det in cruce: uterque furacis vitæ, similis vtriusque conuersatio, sed non in vtroque mens vna, nec in eo sensu mens vna perdurat, nec in eis similis dominatur euentus: sed unus beatitudinem cœli hæreditatio iure promeruit, alter ad gehennam mittebatur & pœna. Sicut hesterno die discipuli & discipulus, Iudas & vndecim. Sed illi quidem dicebant: Vbi vis parenus tibi manducare Pascha? Iste aut proditoris stimulatur ardore, & dicebat: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? Illi ad diuinoru[m] mysterioru[m] lese officia præparabant, iste traditionis me ditabatur

Luc. 23.

Mat. 4.

Psal. 53.

Mat. 26.

## DE CRUCE ET LAT. HOM. I.

39  
ditabatur officium. Sic & hic latro unus insultat, alter adorat, atq; veneratur: unus blasphemat, alter benedicit, & blasphemantē prohibet, dicens: Nec deū tu times? Vidisti libertatē in cruce, vidisti philosophiam in tormentis, in pena prudentiā? Quod enim sui memor fuit, quod mente sana vigilabat, clauorū confixione constrictus, quis est qui poterit non mirari? Sed iste non solum intra se fuit, sed & suas necessitates prætermittens, aliorum utilitate cogitabat, & magister pendebat in cruce, & sanis persuasiōnibus alium inuitabat ad vitam, dicens: Nec tu times deum! Non igitur q; deorsum est adiudicatus in spicias, sed sursum alia sunt iudicia constituta. In terreno namq; iudicio & iusti nonnunq; cōdemnatur illicite, & iniusti declinat poenas, & rei liberantur, & int̄oxij prægrauantur. Aut enim sponte, aut iniuti iudices errare consueuerunt, aut ignoratione iustitiae, aut pecunia corruptione, aut iniqua gratia sententiā protulerūt. In coelesti aut iudicio nihil tale esse consuevit. Nam deus iudex iustus, & iudicium eius ut lux procedit, non habens tenebras, nec ignorantia. Et ne dicat, quia iudicatus deorsum est & cōdemnatus, coeleste ei iudicium memorat, tribunal istud terribile nominat, & incorruptū, tanq; dicens: Illic oculos tende, & condemnationis sententiā minime sustinebis, nec stabis deorsum cu corruptis iudicibus, excipies sursum verum iudiciū. Vidisti philosophiā latronis, vidisti prudentiam, vidisti magistrū: de cruce subito euolauit ad cœlum, & in pena poenitentia iudicis secreta narrabat, & abundanter eum persuasionē compescens: Non times, inquit, quia in eodem iudicio sumus, in eadem pena, in pati discrimine? Nunquid & tu in cruce non es & cu illum lacestas iniuriis, tibi supplicium præparas. Et sicut is qui peccato carnis prægrauiatur, si alios peccati accusauerit, semetipsum prius accusat: sic & qui in calamitate est, si aliorum calamitates irriserit, siibi prius insultat. Quoniam in eodem iudicio sumus: apostolica illi verba monstrabat, euangelio

## 40 DIVI IOAN. CHRYSOST.

**Mat. 7.** cos sermones enatrans, qui dicunt: Nolite iudicare, & nō iudicabimini. Quia in eodem iudicio sumus.

**Luc. 23.** Quid facis latro, defendere eum volens participem fecisti latroni? Non, inquit. Excusor hac suspicione sequenti sermone. Et ne communione participem eum etiā peccati fecisse arbitreris, sequentibus declarauit, dicens: Et nos quidem iuste, digna enim his quae fecimus, passi sumus. Vidiisti plenam confessio nē, vidiisti latronem in cruce suis renunciasse peccatis?

**Esa. 43.** Dic namq; ait, tu iniquitates tuas prior, vt iutificeris. Nullus impulit, nullus necessitate costrinxit, sed ipse sponte sua peccata publicabat, dicens: Nos quidē iuste, digna enim his quae fecimus passi sumus, ille aut nihil tale fecit: & postea ait: Memento mei in regno tuo. Nō est auctor dicere, memēto mei, nisi cōfessione peccati sarcinā remisisset. Inspice quā tum p̄st̄at confessio. Confessus est, & paradisum patet fecit, & totā confessus fiduciam meruit, vt regnū post latrocinium postularet. Vides quantorum honorum nobis materia crux est? Dic mihi, regnum commemoras, quid enim regni vides? clavi, & crux est quod inspicis. Sed ipsa crux, inquit, regnum est, & ideo eum regem nomino, quia crucifixum inspicio. Imperatorū est pro omnibus mori, & regis optimi pro cōmuni vtilitate nunquā recusare supplicium. Ipse dixit, q̄ pastor bonus animā suā ponit pro ouibus suis. Et ideo imperator bonus animam suā pro his quos regit, offerre festinat. Quonia igitur animam suā pro nobis posuit, ideo eum imperatorem voco. Memento mei in regno tuo. Vidiisti q̄ tunc regnum est: volo & alia ratione cognoscas. Crucem solam non reliquit in terra, sed secum eam leuauit ad cōlum. Sed aīs, hoc vnde demonstratur? Et ideo audi, quod cum ipsa veniet, cū ipsa secundam gloriosam suam præsentiam faciet, ideo glorioiam crucem nuncupauī. Sed videamus si cum cruce veniet, & hoc firma probatione monstrandum est.

**Mar. 13.** Si dixerint, ecce in promptu est Christus, ecce in deserto est, nolite ire: de secundo eius gloriolo dicens aduentus

## DE CRUCE ET LAT. HOM. I. 41

aduentu, propter pseudoprophetas, propter Antichristum, vt nullus errore confusus, eum Christum esse arbitretur, quia Christum ille præueniet: & ne pastorem querens, lupum incurras, ideo pastoris aduentus signa prædicto, vt quia prior eius aduentus clam, & latenter ostensus est: ne & futurum callem arbitreris, signum tibi futurum monstrauit: & ille ideo fuit latenter aduentus, quia venit quod perierat quæsiturus. Secundus autem non ita est. Nam quemadmodum exit coruscatio ab Oriente, & videtur vsq; ad Occidentem: sic erit aduentus filii hominis, & subito ab omnibus videbitur, vt nullus interroget, vtrum hic aut illuc Christus est. Et sicut coruscatione flammante superfluum est de coruscatione requirere: sic post præsentiam requirere non necessarium est, si venit Christus, sed vtrum cum cruce veniet, requiramus. Non enim hanc quæstiō nem aliquando obliuione prætereo. Et audi: Tunc, inquit, tunc quando veniet, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Tanta enim lux ipsius lumen praeclarescet, vt eius radiis lumina clara vincantur. Tunc & stellæ cadēt, & tunc signum videtur filii hominis in cōlo. Vidiisti gloriam signi, id est crucis. Solis lumen reddetur obscurum, lunæ non dabitur gratia, sed illud lumen radiabit, & lucet. Et sicut imperatorem regalis pompa præcedit, & militaris ordo, præundo vexilla humeris portare consueuerunt, & his eius declarabitur aduentus: sic domino de cōlo veniente angelorum cōetus, & archangelorum multitudo illud signum portant humeris excelsis, & regalem nobis aduentu nunciant: tunc mouebuntur virtutes cœlestes, & angelos tremor apprehendet, & vbiq; multa formido. Et cum angeli tremēt: Nunquid & illi iudicio tenebuntur? Non inquam, sed sicut vehemēte iudice cognoscēte: non tantum rei, nec solum concii, sed & circumstantes innoxii, terrentur constantia iudicantis: sic & tunc natura nostra excipiente sententiam cōtestis examinatis, etiam hi qui nulla mala conscientia

C, præpa-

Mat. 14

**42 DIVI IOAN. CHRYSOST.**

præparantur, nimia terebuntur formidine. Sed cum  
cum cruce veniat videamus. scilicet ut hi qui eum  
crucifixerunt, suæ sentiant dementiam cæcitatem: &  
ideo impudentiae eorum signum portatur. Ideo Pro

**Mat. 24**  
prophetæ ait: Tunc lamentabuntur tribus terræ, videns  
accusatorem, & agnoscentes peccatum. Et quid  
mirum est, si crucem portans adueniet, quando &

**Luc. 22**  
vulnera corporis ipsa demonstrat? Tunc enim, ins-  
quit, videbunt quem compunixerunt. Et sicut post  
resurrectionem, Thomæ voluit dissidentiam com-  
mutare, & illi clauorum loca mōstravit, & laterum

**Luc. 24**  
vulnera declaravit, & dixit: Mitte manum tuam, &  
vide quoniam spiritus carnem & ossa non habet.  
Sic & tunc ostender vulnera, crucemq; demonstra-  
bit, vt istum ostendat illum esse qui fuerat crucifi-  
xus. Nec tatum de cruce, sed & de verbis ipsiis eius  
possimus agnoscere pietatem. Nam crucifixus cum  
ei insultaretur, cum irridetur, cum inculcaretur, di-  
cebat: Pater, dimitte eis peccatum, non enim sciunt  
quid faciunt. Et crucifixus pro eis qui crucifixerant  
orabat, & illi quidem dicebant: Si filius Dei es, des-  
cende de cruce. Sed ideo de cruce nō descendit, quia  
filius Dei est. Nam ideo venit, vt pro nobis crucifi-  
geretur. Descende de cruce, & credimus inquit.

**Mat. 27**  
Verba sunt ista composita excusationis ac disiden-  
tia. Nam maiora eis mirabilia demonstravit, quan-  
do sepultus imposito lapide surrexit, quando mor-  
tuum instititis funeralibus alligatum Lazarum post  
quadrūm resuscitauit. Et illi quidem dicebant: Si  
filius Dei es, libera te: iste autem omnia sustinebat,  
vt illos liberaret qui crucifixerunt. Dimitte eis pec-  
catum, quia nesciunt quid faciunt. Quid ergo dimis-  
sit illis? Peccatum dimiserat, si illos poenituerit.

Nam si illis non concederet peccatum, nec Paulus  
post ecclesiæ persecutionē apostolus extitisset, nec  
tanta multitudo Iudæorum credidisset. Et quia tri-  
gens numerus Iudæorum credidit, audi quid dicunt  
Paulo apostolo: Vides frater quot millia Iudæorum  
sunt, qui crediderunt? Imitemur igitur Dominum,

**DE CRUCE ET LAT. HOM. I.**

& pro inimicis nostris oremus. Et iterū de hac ad-  
monitione tractabo. Nam & quinq; diebus de hac  
causa, meus ad vos sermo prolatus est: non quia re-  
spuistis quæ dicuntur, sed quia spero vos assidua  
commonitione meliores efficere. Et si quis tumidi  
pectoris inuenitur, si quis ad sedandas inimicitias  
durus est, dierum saltē sanctitate moueat. Vere  
cundia temporis erubescat, & iram suam inimico  
concedat. Imitare Dominum Deum tuum. Clavis  
fixus in cruce pendebat, & pro inimicis qui eū cru-  
cifixerunt, habuit cum patre sermonem. Sed dicas:  
Quemadmodū potero imitari? Mihi crede, hoc im-  
ples facile. Nam si non poteras non diceret: Discite  
a me, quia mitis sum, & humilis corde. Si erat imita-  
ri impossibile, nec Paulus diceret: imitatores mei  
estote, sicut & ego Christi. Si non vis Domini imi-  
tari, saltē Stephanum apostolum imitare, qui Do-  
minum imitatus est. Nam sicut Christus dissimula-  
ta cruce, contemptis clavis, suisq; despactis iniuriis,  
patrem pro Iudeis exorabat: Sic & seruus Stepha-  
nus lapidum iactationibus occupatus, iniquorum  
circundatus insidiis, contractis omnibus membris  
fauciatus, corporis dolore contempto pro lapida-  
tibus deprecabatur, & pro inimicis orabat, dicens:  
Dominne, ne statuas eis hoc peccatum. Audisti ver-  
ba domini, audisti verba serui, audisti verba filii, au-  
disti verba apostoli. Ille ait: Pater, dimitte eis hoc  
peccatum, non enim sciunt quid faciunt. Iste ait:  
Dominne, ne statuas eis hoc peccatum. Et non ver-  
ba cantum, sed nimia cum affectione deprecabas-  
tur. Et ideo efflexis genibus eius cum lapidaba-  
tur, orabat. Vis & alterum seruum, qui maiora sus-  
tinuit, demonstremus: A Iudeis, Paulus, inquit, ter-  
virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, nocte & die  
in profundo maris fui. Et post hæc orabat pro fra-  
tribus suis, pro cognatis secundum carnem. Vis  
& alterum non de nouo, sed de veteri testamento  
cognoscere? Nam hoc plus admirationis affert,  
Quod vbi inimicus amari non iubebatur, sed oculū

**Mat. 11.**  
**1. Cor. 11**

**2. Cor. 11**

pro

## 44 DIVI IOAN. CHRYSOST.

pro oculo, dentem pro dente, & vbiq; talionem redere, pro vindicta, apostolica philosophia gerebatur, & audi: Moses dilapidatus a Iudeis, saepe contemptus, quid ait? Si dimittis eis peccatum, dimitte: si autem, & me dele de libro quem scripsisti. Vides singulos alienam incommoditatem suæ saluti præponere? Nihil peccasti, & cur particeps desideras esse supplici? Cur peccatum coniunctus? cur tribulationi socius? cur effectus detrimenti consors tui? Quam iucunditatem, quid beneficii, cum alii puniuntur, sentire possum? nec fructum meæ commoditatis agnosco, cum tenentur alii laceratione supplicii. Sufficerant quidem ad emendationem nostræ mentis exempla prolata: sed ut firmius corrigamus, alium quoq; huius philosophiæ præcepta seruasse monstrabo. Beatus ille & mansuetus David, cum exercitus suus immanitate quadam fuisset erupitus, & filius eius Absalon contra patrem tyrannum exercere voluisse, cum postea Deus contra eos fuisset iratus, & David vidisset angelum frameam inferentem, & plaga vniuersos desperare ait: Ego pastor peccavi, & ego pastor malum feci; fiat super me manus tua, & super domum patris mei. Vidisti vbiq; omnium communem philosophiam? Et alter quid gesserit percipe, ut abundanti corrigaris exemplo. Samuel propheta sustinuit iniuriam Iudeorum, remotus ab aliis est, & dum Deus illi solatium vniuersit afferre, ait: Non te exprobrauerunt, sed me. Et ille qui exordinatus fuerat, qui contemptus, ait: Mihi absit peccare, intermittendi orare pro vobis dominu. Peccatum arbitratur minus pro inimicis orare. Christus dicit: Pater, dimitte illis peccatum, non enim sciunt quid faciunt. Stephanus dicit: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Paulus ait: Optabam anathema esse ego ipse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Moses dicit: Si dimittis illis peccatum, dimitte: si autem, & me dele de libro quem scripsisti. David ait: Fiat manus tua super me, & super domum patris mei.

2. Reg. 11

Rom. 9.

## DE CRUCE ET LAT. HOM. II. 45

mei. Samuel ait: Mihi absit peccare, intermittendi orare pro vobis dominum. Quam igitur veniam mereri poterimus demum, si tantorum servorum de veteri, atq; novo testamento nō imitamur exempla, vt pro nostris inimicis oremus? Si forsitan aliud facientes, contra inimicos oramus. Nolite fratres, nolite deprecor. Nam quanto plura sunt exempla quæ diximus, tanto imitationis merces augetur. Melius est pro inimicis; quodam pro amicis orare. Nec enim tantum nobis prestat pro amicis oratio, quantum pro inimicis deprecatio. Si diligitis, inquit, eos Luc. 6. qui vos diligunt, nihil magnum faciris: etenim publicani hoc faciunt. Ut sciat quia si pro amicis oramus, nondum publicanos vicimus. Sed quando diligimus inimicos, Deo in quantum possumus similes sumus, qui solem suum oriri facit super bonos et malos. Igitur domini imitatores simus. Estote namque ait, Similes patri vestro, qui in celis est, vt & celorum regna mereamur, per Christum dominum nostrum, &c.

Mat. 5.

## DE CRUCE ET LATRONE HOMIL. II.

Hodie incipiamus charissimi de crucis tropæo prædicare, & honoremus hanc diem, magis autem coronemur, celebrantes hunc diem. Nec enim ex verbis nostris honorificatur crux, sed ex fidei nostra confessione coronas merebimur crucis. Hodie crux fixa est, & seculum sanctificatum est. Hodie crux fixa est, & dæmones dispersi sunt. Hodie fratres crux fixa est, & mors subuersa est. Hodie crux vicit, & mors victa est. Hodie diabolus vincitus est, & homo solutus est, et Deus glorificatus est. Hodie apud Iudeos terra continxuit, & apud nos orbis terræ firmatus est. Hodie apud Iudeos, quia mente audaci contra Deum vadunt, petra scissæ sunt. Hodie amabilis Deo pietas vniuersum consult orbem. Decebat enim quæ pietatis erant coniungi, ea autem quæ infidelitatis disiungi, sicut & David dicebat: Disrupti sunt, & non sunt compuncti. Hodie apud Iudeos ab hora sexta,

Psal. 14.

46 DIVI IOAN. CHRYSOST.

sexta, vñq; ad horam nonam sol obscuratus est. Non enim ferre poterat æther iniuriam creatoris. Retra  
xit radios suos, ne videret impiorum facinora: non quod deitatem iniuria tangeret, sed quia quæ auda  
ci superbia siebant, in contumeliam eius reputaban  
tur. Hodie apud Iudeos tenebræ sunt, apud nos au  
tem nox in diem conuersa est. Etenim pietati hoc proprium est, vt in tenebris fulgeat: impietas autē  
et si in lumine fuerit, tenebrescit. Fidelibus nox in  
diem mutatur, infidelibus autem etiam ipsa lux te  
nebrescit. Et de fidelibus quidem scriptura dicit:  
Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut  
dies illuminabitur. Infidi autem et dies in noctem  
mutatur, dicente scriptura: Palpabunt sicut cæci pa  
rietem, & ambulabunt in meridie, sicut in medio no  
ctis. Hodie Adam electus est de paradiso, & hodie  
latro in paradisum ingreditur. Exit fur, & introit  
fur: exiit prævaricator, & ingressus est latro: exit cō  
temptor verbi & introit constens verbum: exit  
contemnens salutem, & introit de cruce mercans  
salutem. Scio & ante me dixisse de latrone, sed ha  
bet diuersas intelligentias Dei sermo. Iste latro de  
ligno mercatur salutem, hic latro furatur cœlesti im  
perium. Vim facit maiestati, non virtute propria,  
sed fide vincens. Ipsius Domini vox est: Regnum  
celorum vim patitur, & violenti diripiunt illud.  
In cruce duo latrones, imago Iudeorum, & Gentis  
lium. Latro qui pœnitit, imaginem obtinet populi  
ex gentibus congregati, qui prius in errore ambula  
uerat, & post hoc veritatem agnouit. imaginem ve  
ro latro ille obtinet Iudeorum, qui vñq; in finem per  
seuerat latro. et vñq; ad tempus quidem crucis viam  
malignitatis ierunt: crux autem diuisit vtrumpq;. Vñ  
am nanq; cæcitatibus, & perditionis, qui noui credidit  
ingressus est: viam autem salutis, qui credidit, ins  
grellus est: viam salutis, qui credidit, adeptus est.  
In cruce didicit latro differentiam viarum: Quoniam  
nouit Dominus viam iustorum, via autem impior  
um peribit. Et vide Dei iustum iudicium, vt dicas  
& tu cum Propheta: Iustus es Domine, & re

Mat. xi

Psal. 1.

DE CRUCE ET LAT. HOM. II. 47

sudicium tuum. Propter vnum peccatum damnatur Adam, & propter vnam fidei vocem latro saluat  
ur. Vnum peccatum eiecit illum, & vna iustitia in  
trodixit istum: & latro habitator factus est paradisi.  
O admiranda rerum materies. Nec Abrahæ data  
est per vocem re promissio paradisi. Hæreditauit  
quidem per fidem, re promissionem autem paradisi  
nemo ante latronem accepit. Hic autem perscrutā  
diligentius vetus testamentum, & nouum, nullum  
ante latronem inuenies re promissionem paradisi  
meruisse, non Abraham, non Isaac, non Iacob, non  
Mosen, nec prophetas, nec apostolos, sed ante omnes  
reperies latronem. Audi igitur dominicam vo  
cem: Amen amen dico tibi, hodie tecum eris in pa  
radiso. Vocavit quippe Deus Abraham, dices. Exi  
de terra tua, & de cognitione tua. Et non dixit illi:  
Hæreditatem capies paradisi: sed, veni in terram  
quam monstrauero tibi. Et Isaac quidem typum  
Christi portauit, & Jacob colluctatus in figura cū  
Deo est. Et Moses legem accepit, & per re promis  
sionem audiuit bona terræ manducaturum se esse,  
si legem domini Dei sui custodisset: & nusquam  
re promissio paradisi ante latronem. Necessariū est  
ergo querere, cur huic ante alios, & ante tales vi  
ros fide dignissimos potissimum re promisit. Credis  
Abraham Deo, sed credidit illi de cœlis loquen  
ti, & per sanctos angelos sermonem proferenti, &  
de propria autoritate legem danti. Credidit & Esai  
as, sed in gloria consistenti: Vidi enim, inquit, Do  
minus sedentem super thronum excelsum & ele  
vatum. Credidit & Ezechiel, sed & ipse Dominum  
super Cherubin contemplatus est. Crediderunt re  
liqui prophetæ, sed diuerso modo Dominum glo  
riæ intuentes, sicut videre possibile humane erat na  
tura. Credidit, sicut dixi, & Moses, sed de medio  
ignis loquenti, & in tubæ clangore, & in tonitru  
que & infidelem poterant provocare. Hæc autem  
dico, non vt sanctis derogem, absit: sed propter  
eum qui solus per verbum meruit paradisum: iste  
ergo

Luc. 23  
Gen. 3. 16

Exo. 20. 3

Esa. 6.

Exo. 19.

## 48 DIVI IOAN. CHRYSOST.

ergo vidit saluatorem, non super throno regali, non adorari in templo, non loquentem de cœlis, non per angelos disponentem: sed in poena sociatum latro-  
ni videt in tormentis, & tanquam in gloria adorat.  
Videt in cruce, & rogat quasi in cœlis sedentem: vi-  
det condemnatum, & regem inuocat, dicens: Domi-  
ne, memento mei, cum veneris in regnum tuum.  
Crucifixum vides, & regem prædicas: in ligno pen-  
dere cernis, & cœlorum regna meditaris. O admis-  
randa latronis conuersio. Nunquid nam scripturas  
legisti ab iniuitate nō cessans? Nunquid nam pro-  
phetas audisti homicidia exercens? Nunquid nam  
diuinum audisti sermonem, quando ad eudem gla-  
dium acuebas? Vnde eruditus es talia philosophari  
de Christo? Iudæi crucifixerunt, qui nouerunt lege,  
& prophetas legerunt: & tu horum ignarus Deum  
vocas condemnatum, & adoras crucifixum. Quis te  
erudiuit o latro talia de eo diceret? Non me, inquit,  
lex docuit, sed sol occultans lumen suum. Vidi quis-  
dem crucifixum, sed terramotum sensi, & propter  
parricidas Iudæos clementia indignatio intellexi. Et  
petræ quidē scindebantur, & corda hominū no me-  
tuebant. Scissæ sunt petræ, disruptum est velum tem-  
pli, et Iudæorum secreta patuerunt. Et hoc velum ce-  
quidem erat, sed pretiolissimum, quod in diebus ce-  
leberrimis suspedebatur, pretiosissimum valde de  
purpura, & bysso, &occo, & auro, & serico, & hy-  
acintho contextum: in illo enim tempore crucis, ter-  
ra mota est, sol fugit, petræ scissæ sunt, velum disolu-  
ptum est, monumenta patuerunt, & sicut gloria do-  
mus est, ubi velum pendet habitare intrinsecus do-  
mino domus, sic ignominia templi est unde recess-  
it spiritus sanctus: postquam enim impias in filium  
Dei intulerunt manus, iniuria Deo facta est, qui ha-  
bitabat in templo: & ideo recedente domino, defec-  
tar emansit domus, sicut ipse dixit: Ecce relinque-  
tur domus vestra deserta. Egresso rege gloriæ, disru-  
pta sunt symbola regni, aperta sunt monumenta, &  
surrexerunt mortui, & intrauerunt in sanctam ciui-  
tatem,

*Luc. 13.  
Mat. 27*

## DE CRVCE ET LATR. SER. II. 49

tatem, vt inexcusabilem relinquerent causam, & do-  
mini resurrectio firmaretur. Si filius dei es, descendere  
de cruce, & credimus tibi. Considera nunc vocem  
filiorum diaboli, quomodo imitantur vocem pa-  
ternam. Diabolus dicebat: si filius dei es, mitte te de-  
orsum. Et Iudæi dicunt: Si filius dei es, descendere de  
cruce, & credimus tibi. Pariter crucifigunt latrones,  
non tanquam inimici latronum, participes enim erant  
sceleris eorum, sed vt infamarent dominum suum:  
quia non sine causa crucifixus sit, sed quasi qui faci-  
notosus inuentus sit, non tacuit Esaias tragediæ hu-  
tus narrationem, dicens: Ob iniuitatem populi du-  
ctus est ad mortem, & cum iniquis deputatus est,  
hoc est, cum latronibus: quibus ideo sociarunt Chri-  
stum, vt macularent domini passionem. Ut sciatis  
quia non oderant latrones, audi Pilatum dicentem:  
Quem vultis dimittam vobis, Iesum an Barabbam?  
qui propter homicidium in vinculis tenebatur. Et  
illi dixerunt: Dimitte nobis Barabbam. Latrones  
petierunt latronem, dominum autem crucifixerunt,  
non virtute sua vincentes, sed vt dispensationis, &  
prophetice impletatur voluntas. Dicit illis Pilatus:  
Regem vestrum crucifigam? At illi dicebant: Nos  
non habemus regem, nisi Cæsarem. Abnegauerunt  
dei regnum, & traditi sunt regno Romanoru: quia  
quod habuerunt, non intellexerunt: ideo quod petie-  
runt, acceperunt. Coronauerunt crucifixum spinis,  
obtulerunt ei fel & acetum. Et hæc ipsa futura olim  
predixerat Moses, dicens: Generatio prava & exas-  
peras, hæc Domino retribuisti? Et qui dederat man-  
na in deserto, huic tu fel offers? & qui de terra tibi  
delicias produxit, tu illi spineam imponis corona?  
Ideo clamat Esaias, dicens: Sustinui ut faceret vuam,  
fecit autem spinas. Dicunt Iudæi: Sanguis huius su-  
per nos, & super filios nostros: illis ad condemnatio-  
nem, nodis autem ad iustificationem. Sanguis Chri-  
sti illis ad mortem, nobis vero ad vitam. Non est  
enim sanguis Christi deterior Babylonio igne. Ille  
scit sanctorū in camino honorare corpora, & Chalo-  
( D ) dæos

*Esa. 53.*

*Deut. 32.*

*Esa. 5.*

50 DIVI IOAN. CHRY. HOMIL.

dæos comburere: quanto magis sanguis ille preclo  
fissimus scit perdere incredulos, & saluare fideles.  
Decuit enim splendorem crucis obexcare infideles,  
& illuminare credentes: sola enim Christi crux est,  
quæ dissoluit tenebras, & regnum dæmonum dissipauit,  
et omnes terrores malignantium abstulit,  
crux sanctitatem prouidit, crux nobis sol iustitiae  
facta est, ut illuminati misericordia eius, glorifice-  
mus patrem & filium, & sanctum spiritum in secula  
seculorum, Amen.

S. PATRIS NOSTRI IOAN. ARCHIEPIS  
scopi Constantiopolitani, cognomento Chrysostomi  
Homilia in laudem Crucis honore pr. recipio di-  
gnissimæ. Godefrido Tilmano Cartusie Parisi-  
ensis monacho Interprete.

**Q**VID dicam? quid loquar? quo vos ap-  
pellam nomine? Quesne an verius pasto-  
res? Nautas an nauium moderatores? Di-  
scipulos an doctores? Vestrum hunc zelum  
præferuidum præq; igne flammeum quan-  
tum possim admiratione prosequi? Ques iure vos voca-  
uerim, mansueti siquidem estis ac taciturni. Pastores  
ttidem vos appellabo, cura etenim gregis vos tan-  
git. Nautas dicere vos possim, quippe qui doctrice  
experiencia immanes procellas toleratis. Vos me-  
ritò appellem gubernatores, estis etenim nihil dis-  
similes prouidentissimo cuiquam nauclero qui affi-  
dens gubernaculis solerti artificio per coortentes vn-  
darum fluctus nauim seruat incolorem, eamq; plas-  
cida manu ad tranquillum appellit portum. Nec ins-  
iuria vos vocauerim discipulos, qui sic alacres pros-  
pendetis ad obedientiam. Quin doctores potius vos  
nuncupabo. Hoc mihi subinde reperendum, estis.  
Nec enim dubitem id de vobis profiteri. Vniuersi  
squidem terrarum orbis facti estis magistri. Quid  
igitur mihi dicendum aut quid denique loquar?  
Quo vos appellam nomine? Ques an pastores? Nau-

IN LAUDEM S. CRVCIS.

tas an gubernatores? Discipulos an doctores? ceu  
initio mihi dictum est. Zelum hunc vestrum igne  
ipso flagrantorem qui possim digna prosequi ad-  
miratione? Quid igitur nobis dicendum? Institui  
hodie vobis mensam apponere, sed spiritualem no-  
tumque eam quæ corpus saginet pabulo, magis quæ  
sufficiat ac vegetet spiritum, quin potius quæ &  
alat corpus & animam derergeat. Talismodi esse  
solet mensa spiritualis, non cuiusmodi est istorum  
heiuorum ad satietatem ventres suffarcitans. Est *doxæ*  
enim sermo hic spiritualis exuberans odoris fra-  
grantia cuius vel sola commemoratione quiuis suas *bißaiwir*  
ueolentiam in omnes diffundat, quasi si quis in pila *à simili dæ-*  
subligens tundensve vnguenti quidpiam illius odo-  
rem circumquaque disperget, quo non solum se so-  
letur ac recreet, sed & compleat præsentes. Quam-  
obrem huc precor, adeste atctis animis. Mihi enim  
cupido incessit exprimendi sermonem eorum imita-  
tione qui peritiam artis vrinatoriz profitentur.  
Hi etenim se è nau demittunt in mare immam eius  
planiciem obambulaturi, desiderio reuehendi in  
sublime pretiosum aliquod margaritum. Nos por-  
ò quum pro nau ecclesiam habeamus, pro mari,  
nouum ac vetus testamentum, pro nautico clavo,  
crucem Christum, pro nauclero, Patrem, qui im-  
pleat vicem proretæ pro aspirante Zephyro, Spir-  
itum sanctum, eius gratiam, pro velo, pro nautis,  
Apostolos, Prophetas, pro vectoribus: non nos tan-  
dem alacri animo deiiciemus è nau in altissimum  
pelagus sententiarum? non quidem vt margaritam  
furuni peirahanius: magis verò ipse velim ex ea  
sententiaru abysso sermonem prolicere ac sustollere  
vniōne quis tato pretiosiore. Ne igit leitescite neu-  
vobis ipsiis ceu pecudibus abutamini. Scriptū quip-  
pe est. Ne miseritis margaritas vestras ante pōrcos,  
& ne ieceritis sancta canibus. Porcos quum audie-  
ris, ne arbitrator brutas istas signari animantes. Ca-  
nes quum audis, ne putes hosce domesticos innu-  
Porcos, eos dicit obscenæ libidini inacipatos: Ca-

D 3 nes,

**52 DIVI IOAN. CHRY. HOMIL.**

nes, qui rabie perciti aduersus Dominum temere oblatrant. Vos igitur exhibetote dignos hac margarita, quā vobis sum hodie exhibitus. Nec enim agricolæ semen in terram temere deiiciunt, nisi prius sub iugum boues miserint, terram prosciderint deductione aratri, ab radice spicas auulserint, tum demum terræ mandant feminæ, ut quum sementem cœlo sidens pluuiâ deprehenderit, in terræ viscera demittat. Tunc terra semen complexa spicam patit, at illic quidem conditam excipit hyemis asperitas, cui ætas succedit, imber item cœlo labens cū solaribus radiis. His accedit messonis tempus, in quo demessas fruges congregant, in horrea conuenturi. Ego contra, non hyemem, non æstatem, non solis radios, non imbrem, non locum hinc meæ sactionis destino, non boues iugo adstringam, non ducam aratrum proscissioni sulcorum, spinas non rueriam. Hodie semetem faciam, & hodie demeram. Neque enim mihi proponitur excolenda tellus expers rationis, sed rationalis: non inanimis, sed animata. Beatus plane ego cuiusmodi terra mihi agriculta velut sortitò contigit? Sane tunc ego beatus, cum in aures audientium loquor. + Ex opposito dixerim, Inobedientia mortem operatur. Dominus etenim in Evangelio suis dicit discipulis, Beati estis, si sermonem meum seruaueritis. Ad me igitur aures vestras ex porrigitote: & attenti estote dicendis. Ipse enim vobis familiari quapiam insinuatione & exemplo docere vos, cuiusmodi sit Deus. Hac igitur formula vobis, rem aggredior, Assimilemus Deum viro consideranti in supercilio faxi prominentis & illinc creaturam omnem circumstanti, mare, naues toto mari commeantes, mari, inquam, irrequieto exagitatis ipsum procellis per vehementiorem ventos, runi alpirationem. Sit gubernator artis nauticæ peritissimus. Is eluctetur aduersum vinduagos fluctus, studeatq; ad tranquillum portum appellare nomen, quod autem serius quam vellet, apprehendat

*Defit hic  
quiddam in  
exemplari.*

*Exordiū p. 17.*

**IN LAVDEM S. CRVCIS.**

**53**  
Exordiū p. 17.  
 sinum aliquem, timore corripitur ne forte fluctibus immergatur nauis. Sint alia item naues quartum hec sequundis aspirantibus ventis ad destinatum rectâ contendant, aliis interim submersis & interruptis, nonnullis morte absumptis, aliis contrâ superstitionibus beneficio adiutis arrepti gubernaculi & ad solidam usque terram ē mediis fluctibus ereptis, alio sum insuper præmortuorū corporibus per humum disiectis. Hac porto omnia contemplatur is qui infidet prominenti saxo. Consimilem in modum se habet Deus. Vtq; initio dixi eadem nunc docendo formula usus etiam dico, Quando enim mihi dicendum est Deum in sublimi considerare loco: nolim, arbitrere ipsum in excelsis esse solum, quin & ubique est locorum. Nulla quippe interuallatris loci dimensione capitur Deus, quando ipse sibi unus est locus. Quumque omnium sit capacissimus, nihil usquamque quod ipsum suo complectatur ambitu. Et quisquis est hæc, Deus utique est: hæc qui in se non agnoscit, Deus non est. Eiusmodi esse Deum, par est piis onnes intelligere & complecti memoria. In hoc siquidem sita est spes nostra, sicut & scriptum est, Hac est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum: & quem misisti, Iesum Christum. Hinc nos concerpunt & diuellit ingrati prorsus ac perfidi hæretici, ista quidem legentes, at non intelligentes Christum simul ac audiens, nolim arbitrere Deum esse solum: neque dispensationem assumptæ carnis solam esse, sed utramque countiam naturam. Enimvero Christum noui esuriisse atqui eundem scio ē quinque panibus pastuisse virorum quinque millia exceptis ē numero mulieribus ac parvulis. Scio equidem siti laborasse Christum, quin eundem quoque noui aquam in vinum permutassem. Noui Christum noui præteruestrum, eundem nihilominus scio aquas proculcasce

D 3 sicco

54 DIVI IOAN. CHRY. HOMIL.

siccō vestigio. Christum scio mortem gustasse, eunā  
dēm ē diuerso noui & mortuos excitatō & sui corā  
poris templum instaurasse ad vitam. Non me clam  
est Christum stitisse se Pilato, eundem alioqui scio  
ad Parris dexteram confessisse Christum neutiquā  
me fugit a Iudeis esse lapidibus appetitum, at certē  
Christum noui adorari ab angelis. Sane horum que  
dam diuinę ascribo naturę, ad humanam cætera re  
fero. Eo enim mihi consertim vtrunque dictum est:  
scio Christum ē Maria prognatum, noui & Chris  
tum ante sæcula genitum. Gloriam itaque concia  
namus Christo Iesu solidissima petra fundato. Dia  
xit enim ipse Petro: Tu es Petrus, & super hanc pes  
tram ædificabo ecclesiam meam. & portæ inferi nō  
præualebit aduersus eam. Itidem & Paulus do  
cens dicebat, fundamentum aliud nemo potest pos  
nere, præter id quod positū est, quod est Iesus Chris  
tus. Obtestor proinde vos, vt alius alii inuicem  
obtemperemus in omni mansuetudine ac lenitate.  
In præfenti enim vita cibis potusq; suppetunt, at  
que ita inescamus variis voluptatum illecebris.  
Cæterum in futura nos manent iudicium & pena.

*Mat. 16.*  
*x. Cor. 3.*  
*Ephe. 6.*  
*uox? Du  
nes ad iram  
tardus, pro  
priac.*

Ne igitur locum demus diabolo. Lucta enim nos  
bis proponitur nō aduersus carnem & sanguinem,  
sed aduersus principatus & potestates sæculi hu  
ius. Pra virili igitur studeamus æternam illam vi  
tare poenam. Non enim eam in hoc creauit Deus, in  
ipsum vt nos præcipitet magis, vt nos qui in eam  
promeremur incidere, eximat ac liberet. Deū enim  
habemus sic amantem nostri generis ac proinde ad  
misericordiam propensissimum, testis locuples est  
eximius David dicens: Deus iudex iustus, fortis &  
patiens nec inferens iram per singulos dies. Nisi co  
versi fueritis, rhomphæam suam vibravit, arcum su  
um tetendit & parauit eum & in eo parauit vala  
mortis. Hæc eo dicit Dominus, non vt in iudicium  
eius incidamus, magis vt socordiam segniciemq;  
vitimus. Neque enim suum nobis redimendis lan  
guinem effudisset, si nostram quæsisset perditionem.  
Mors

IN LAudem S. CRVCIS.

Mortuus igitur est, quo tibi cōferret gratuitam im  
mortalitatem. Esurit, te vt sua exatiaret carne. Sitia  
uit, te vt proprio potaret sanguine. Super pullum se  
dit, vt supra cœlos te collocaret. Baptismum suscep  
pit, te vt assereret libertati. Itineris multum confe  
cit, ne tu viae prolixitudine delasseras. Nauigauit, te  
vt intrepidum redderet. Sopore resolui se pâlius est,  
omni vt eximeret anxie solitudini. Ex muliere  
prodiit, vt prævaricationem in paradiso commis  
ſam sua vnius miseratione abrogaret. Vecatus ho  
mo est, vt tu Dei filius vocareris. Quæ nostræ fune  
nature assumpsit: & sua nobis impertiuit. Oravit,  
te vt fidelem efficeret: quemadmodum super Lazaro  
precatur dicens: Pater glorifica filium tuum, vt  
& filius tuus glorificet te. Et venit vox de celo di  
tens, Et glorificauit & iterum glorificabo. Scio, quo  
niam semper me audis: sed propter adstantem tur  
bam dixi, vt omnes credant: quia tu me misisti. Sa  
nè quicquid tolerantissime pertulit Dei filius, non  
sui ipsius causa aut Parris tult: sed vt Crucis suæ  
merito, salutem conciliaret humano generi. Si qua  
dilecta mi animo tuo incellit cupiditas audiendi,  
qua sit operatoria virtus S. Crucis, quotve de ea  
dem encomia commemorare possum, audito.

- 1 Crux, spes Christianorum.
- 2 Crux, resurrectio mortuorum.
- 3 Crux, resurrectio mortuorum.
- 4 Crux, dux cœorum.
- 5 Crux, via errantium.
- 6 Crux, baculus claudorum.
- 7 Crux, consolatio pauperum.
- 8 Crux, frenum diuitum.
- 9 Crux, carnifex superborum.
- 10 Crux, penitentia male temperantium.
- 11 Crux, contra dæmones trophaeum.
- 12 Crux, victoria aduersus diabolum.
- 13 Crux, pedagogus iuuenum.
- 14 Crux, negotiatio inopum.
- 15 Crux, spes salutem desperantium.
- 16 Crux, gubernator nauigantium.

*Vita et  
Actus.*

*Ioan. 17.*

*Encomia  
sue laudes  
S. Crucis.*

*XII. Vnde  
magis.*

*VIMES.*

*XII. Vale  
mitas.*

D 4 16 Crux,

**56 DIVI IOAN. CHRY. HOMIL.**

- 16 Crux, portus inter vindas periclitantium.
- 17 Crux, victoria oppugnatorum.
- 18 Crux, pater orphanorum.
- 19 Crux, tutor viduarum.
- 20 Crux, Iudee iniustorum.
- 21 Crux, consiliarius iustorum.
- 22 Crux, requies afflictorum.
- 23 Crux, custos infantium.
- 24 Crux, caput virorum.
- 25 Crux, finis seniorum.
- 26 Crux, lumen in tenebris sedentium.
- 27 Crux, magnificentia Regum.
- 28 Crux, æternitatis scutum.
- 29 Crux, diaboli clades & exterminium.
- 30 Crux, philosophia barbarorum.
- 31 Crux, libertas seruorum.
- 32 Crux, sapientia ineruditorum.
- 33 Crux, lex exlegum siue iniquorum.
- 34 Crux, prædicatio prophetarum.
- 35 Crux, annuntiatio apostolorum.
- 36 Crux, gloriatio martyrum.
- 37 Crux, exercitatio seu meditatio monachorum.
- 38 Crux, continentia virginum.
- 39 Crux, gaudium sacerdotum.
- 40 Crux, ecclesiæ fundamentum.
- 41 Crux, orbis totius tutelare munimentum.
- 42 Crux, demolitio templorum Idolicorum.
- 43 Crux, euersio altarium Idolis dicotorum.
- 44 Crux, nidoris immolatitii exterminium.
- 45 Crux, offendit Iudeorum.
- 46 Crux, perditio impiorum.
- 47 Crux, virtus impotentium.
- 48 Crux, medicus ægrotantium.
- 49 Crux, expurgatio leproforum.
- 50 Crux, adstricatio paralyticorum.
- 51 Crux, panis esurientium.
- 52 Crux, fons sitientium.
- 53 Crux, velamen nudorum.

Nudis

**IN LAudem S. CRVCIS.**

**57**

Nuditatem quum dico nolim credas mihi eam Galat. 3,  
dici quæ corporis est, sed quæ infidelitatis. Is enim Premunis  
primum induitus comperietur, quum crediderit. Au auditorem  
di Paulini dicentem: Quicunque in Christo bapti aduersus  
zati estis, Christum induistis. Christum rurus qui Arianos  
audieris, nolim arbitrere mihi solum intelligi, quate & reliquæ  
nus deus est: neu etiam tantu, quatenus attinet ad dis luem hæ-  
pensationem assumptæ carnis, sed vtrumq; cōserit resewn.  
Intelligo. Hæc sane identidem inculco, nec desinam  
eadem repetere, mihi etenim impigrum est hæc ipsa  
dicere, vobis autem tutu audire. Volo euim omnes  
vos euadere in doctores. Christus dictus est, ex quo  
carnem induit Iesus dictus est, secundum nomine as-  
sumptæ carnis. Verbum, quia ex uno aliquo est. Fi- Ioan. 2.  
lius, quia ex patre. Unigenitus, quia solus ex solo de-  
us, qui factor. Audi Ioanne dicentem, In principio  
erat Verbum, & verbum erat apud deum, & erat in  
principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt.  
Et sine ipso factum est nihil, quod factū est. Viden,  
quia is ipse est qui verbo cœlos extendit, ac multis  
formi decore chorū astrorum exornauit. Dedit ho-  
minibus spectandum cœlum perinde ac florulentū  
Quoddam prattu. Hic est, qui splendore prælustri so-  
lem accendit & eidem certa lege cursus præstituit.  
Hic ille, qui terminum lunæ præfiniuit occidentem  
versus. Hic qui fundauit terram super aquas, & ei le  
gem fixit ut herbam proferret foeni, e fontium scate  
bris exilire iussit exundantem aquarum copiam, ac  
fluvios fluxus continuare suos, stagna vnum in locū  
cogi, quum & numero arenæ innumerabilis termi-  
num mari imposuit, animantia quoque proferri ex  
aquis, ventos insuper voluit suos ut flatus ederent,  
appendens montes in statera. Idem iumenta creauit,  
quadrupedia, reptilia, volucres. Quid necesse fuerat  
terrestria eiusmodi commemorare? Angelos, Archā  
gelos, Thronos, ipsa Cherubin ac Seraphim agni-  
ta, principatus, potestates idem ipse condidit. Ordi-  
nem insuper prescrispsit temporibus annis, mensio-  
bus, hebdomadibus, horis, diebus pariter & nocte- bus.

D 5

## 58 DIVI IOAN. CHRY. HOMIL.

bus. Lumen proinde iussit exoriri. dein circumfundit tenebras. Denique quicquid visquam est eorum quae subsistunt, omnium hic est opifex. Hominem porro quum creaturam omnibus postremum fecisset ad imaginem & similitudinem suam, ipsum posuit in paradi so. Ut autem videt genus humanum malitioso dia boli commento euictum, voluit demum primitias nostras induere carnis quam & affigeret ligno: ut quemadmodum per lignum transgressio, itidem per lignum salus homini exoriretur. Diabolus igitur quod è celo esset deiectus, inuidit Adam in paradi so consistenti, quare exuixit serpentis virus tanquam organo suae fraudi consentaneo aduersus eum operatus efficaciter est: priorq; hisce aggressus verbis compellauit eos incolas tum paradisi: Incorporeus enim quum sit, vtique cum eis corporis amiculo vestitis neutiquam poterat mutuum sermonem considerere. Heuam adortus primum dicit: Quam est lignum hoc speciosum, maturumq; ac tempestiuum esui? Futurum sanè est, ut quacunque die ex eo comederitis, satis sicut dī. Heua igitur persuasa suum mox virum lenocinio verborum pellexit. Sumpcio mox verito edulio, vterque alteri visi sunt nudi. Ait tum deus ad Adam, Adam vbi es? Cau, per hæc villam facti ignorantiam impunes Deo. Dicebat Adam, vbi es? quandoquidem dixerat eis diabolus. Quia quacunque die comederitis, eritis sicut dī. Illis fœcum reputantibus quod per eum futuri esent dī, eoq; dicebat Deus, Adam vbi es? Nam quia comedisti, perseverasti esse homo. Nōnne lignistius esu tibi interdixeram? Ecce comedisti ac proinde præuaricatus es mandatum. Planè hunc indicat sensum, Vbi es? Erant iam tum vterque siccunis foliis circuncincti. Equis porro respondit Adā. Audiui vocem tuam deambulantis in paradi so, & timui. Adiecitq; ad Deum, Mulier quam dedisti mihi, ipsa decepit me. Dein ad Heuam, Tu quid Heua? Equis illa respondit? Serpens decepit me. O Heua, esto. Ego te viri tui tutelæ credideram. Num serpens

## IN LAudem S. CRVCIS.

59  
serpenti etiam huic, tui curam permisi? Hunc illi pre textum opponebant, per eam cauificationem spes rantes se exemptum iri poenæ. Ait tū deus ad Adā, Maledicta terra in operibus tuis. Spinas & tribulos germinabit tibi. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Deinde ad mulierem, In dolore paries filios, & ad virum tuum conuersio tua: et ipse dominabitur tui. Post hæc ad Serpentem, super pectus tuum ac ventrem gradieris et terram comedes omnibus diebus vita tua: tu eius obseruabis calcaneum & ille caput tuum. Quam tandem ob causam tali maledictione perculit serpentem, per quam super pectus ventrem ingredieretur, terramq; esitaret cunctis diebus vita tua? Hac nimirum ratione pectori male dixit, quia in eo sedes est cordis, quod serpenti fuit mali totius aduersum progenitores nostros concepti domicilium: ventri item, quod prætensa escæ ille cerebra vtrumque pertraxit in præcipitum inobedientiae. Ad hæc iubetur, terram ut comedat omnibus diebus vitæ sua. Adam quippe è terra, terrenus Itaque tres hi suam quisque accepere sententiam, quod hi tres præscriptum sibi mandatum essent præuaricati. Quando igitur per lignum facta transgressio est, iuxta præscriptum mihi sermonem voleuit ipse Dominus, ligno affigi primitias nostras: ut quemadmodum diuini præuaricatio mandati per lignum, ita per lignum homini suboriretur salus, qua omnes nos contingat perfrui in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI  
Constantinopolitani de resurrectione

## LIBER PRIMVS.

**D**E fidei nostræ placitis, deq; gloria vnigeniti filij dei, pridem apud vos disseruimus, conuincentes & obturantes haereticorum ora, qui gloriam illi detrahunt, & à genitore suo illū alienū natura dicunt. Hodie de morib; deq; vita instituenda sermonē in mediū afferre, et in genere admo-

## 60 DE RESVRCTIONE

admonere decreuimus. Imo sermo ille non tractabit solum de moribus, sed & nostræ fidei decreta continebit. Paratus enim sum, ut ad materiam de resurrectione descendam. Quod sane argumentum varium est, & copiosum. Nam & in his quæ fidei sunt nos dirigit, & vitam nostram componit, & diuinam prouidentiam ab omnibus calumniatoribus vindicat. Et quemadmodum cum non creditur vitam nostram subuertit, malisq; sexcentis implet, sursū deorsumq; factis omnibus: ita cum creditur, prouidentiam multis rationibus adstruit, & nos ad diligenter virtutis curam promouer, vitiacq; magno studio expellit. Etenim, vt nulla illi virtutis cura est, qui resurrecti onem non expectat, quicq; credit se non daturum rationem de his, quæ hic operatus est: sed opinatur res nostras tantum intra angustos præsentis vitæ limites contineri, neque ultra se extendere (quomodo enim virtutis vlla ei cura esset, qui nullam laborum retributionem sibi repositam expectat, neq; peccare desinit? & quomodo à peccatis desisteret, qui nihil suppliciorum imminere suis male actis credit, sed permittit sese foedis concupiscentijs, & in nullum non peccandi genus ruit?) Ita & qui sibi persuader futurum aliquando iudicium, & ante oculos statuit terrible hoc tribunal, & indeclinabiles expostulationes, & inappellabilem sententiam: is modis omnibus conabitur, vt studeat temperantia & æquitati, atque aliis virtutibus, & effugiat intemperavitam, temeritatem, omniaq; alia vita, atq; ita vt possit magna virtute repellere eos, qui diuinam calumniantur prouidentiam. Enimvero sunt nonnulli, qui vbi visiderint mansueti, & caste, & iuste viuentes, inopia et calumniis premi, inuadi, comprehendendi, vix necessarium victum habere, saepè etiam morbo longo, & graui valetudine emacerari, & in summa, omni care re subsidio: & è diuerso maleficos & pollutos homines, planaq; flagitosos affluere diuitias, deliciari, nuditis vestibus amiciri, clientulorum pompam post se trahere, in admiratione esse, magistratus agere, multa

## SERMO PRIMVS.

61  
multa à regibus obtinere priuilegia, mox diuinam arguant præsidentiam, & dicunt: Vbi nam prouidea illa? aut vbi iustum iudicium? sobrius & innocens male habet, intemperans, & corruptus feliciter agit. Et hic quidem admirationi est, ille vero ludibrio: hic variis fruitur deliciis, ille autem inops extremis pessundatur incommodis. At qui de resurrectione bene senserit, & sapienter disputare nouerit, facile quicquid id est blasphemiae diluet, & illis tā stomachabunde disputantibus, dicit: Compescite linguam vestram, & aduersus deum, qui nos fecit, eam ne exacueritis. Non enim res nostræ in hac solidum vita durat, sed festinamus ad vitam aliam multo longiore, imo finem minime habentem. Et ibi omnino pauper iste, qui iuste viuit, laborum suorum mercede accepturus est: intemperans autem & maleficus, malicie suæ, illicitæq; voluptatis daturus est peccatum. Proinde, non à præsentibus solum de diuina prouidentia sententiam feramus, sed à futuris. Præsentia certamen quoddam sunt, & labores, & stadium futura vero, præmia, coronæ, & brabia. Sicut ergo athletæ in theatro et in sudore, et puluere, et cestu, multo, et laboribus et eruminis pugnandum est: ita et iustum hic multa sustinere oportet, et ferre omnia viriliter, siquidem præclaras illuc accepturus est coronas. Et si sunt nonnulli, quos perturbat impiorum felicitas: hi secum perpendant, quæ quemadmodum & latrones, & fures, & homicidæ, & piratæ pruisquam ad iudiceni trahantur, multis deliciis fruuntur, & ex aliena calamitate suâ coſtituentes abundantia, iniusti opibus locupletati, quotidie inebriabantur: vbi aut iudicis sententia audiuerint, omnium horum luent peccatum: Item & illi qui scorta mercantur, & Sybariticæ mensas instruunt, & superciliosa surrigunt, & fasti pleni, pauperes opprimunt: quando vnigenitus Dei filius aderit tū angelis suis, & sedens super thronum illum orbem terrarum in medium adducet: tunc nudi, & animi sui splendore destituti adducentur, & nullum vel aduocatum, vel patronum habentes, absq; venia

## 62 DE RESVRCTIONE

venia in igneos fluuios proiicientur. Quapropter neq; hos beatos dixeris ob presentes delicias, sed potius desle, & deplora ob futura supplicia: neq; iustū illū miseriū existimaueris ob presentem paupertatē, sed pro beato habe ob subsequentes bondū diuītias, & in tuo animo sermonē hunc de resurrectione implantā: vt si bonus fueris, & tenteris, probatior euadas, maioremq; alacritatem per spem futurorum accipias: sin malus, à malicia desistas, & continentias ob timorem futuri supplicij. Idecirco & Paulus de resurrectione nobis subinde verba facit, quemadmodū igitur & hodie audistis ipsum clamātē, & dicente: Scimus enim, q; si terrestre nostrū domiciliū tabernaculi huius disoluatur, domū ex deo habemus non manufactam æternā, in celis. Imō cū his & superiora tractemus, & videamus quomodo in sermonem de resurrectione inciderit. Neq; enim simpliciter, neq; fortuito hanc nobis afferre solet doctrinam: sed quia simul docere vult que futura sunt, & athletas pictatis confirmare studet. Nunc quidem gratia dei multa pace fruimur, & reges pie viuunt, & principes veritatē agnouerunt, & populi & ciuitates, & gētes erroribus liberati, Christum oēs adorant. Tunc aut in principio prædicationis, cum quo per pietatis semina iacta essent, magnum prælium erat, multiplexq; ac variū. Nam principes & reges, & domestici, & cognati, & omnes impugnabant fideles: & repugnante natura ipsa bellum oriebatur. Pater filium tradebat st̄pe, & filiam mater, & cliens tumulū patronus. Neq; ciuitates solē neq; regiones, sed & domus nonnunq; in seipsas sectæ erat. Eratq; tumultus, qui tunc sauebat, atrocior quam intestinū quoduis bellū. Nam facultates rapiebatur, libertas auferebatur, & vita periculum imminebat, non quod Barbari in nos incursionem facerent, sed quod videbantur nobis præesse & dominari, peius erga subditos, quam bellatores omnes affecti erant. Et hoc declarat Paulus, ac dicit: Graue certamen afflictionū sustinuisti, idq; cū probris, & afflictionibus spectu-

2.Cor. 5.

Heb. 10.

## SERMO PRIMVS.

63  
spectaculo fuistis omnibus. Etenim facti soñ eorū, qui sic subuertebantur, vinculis meis cōpatiebamini, & direptionem facultati vestrā cū gaudio tulistis. Ad Galatas autē dicit: Tanta passi estis frustra, si modo & frustra. Thessaloniceſibus quorū, & Philippensibus, & in genere omnibus Paulus epistolas mittens, multa eiūmodi testatur. neq; hoc solū erat graue, quod foris frequens bellum gerebatur, & cōtinuit: sed quod & inter fideles ipsoſ exorta fuerunt nonnulla scandala, & lites, & contentiones & amationes: quae & ipsa manifestat Paulus dicens: Fons gladius, intus autem timor. Verum, istuc ipsum bellum, an non atrocius erat, & subditis, & praetoribus, profecto non tantū inimicorū insidias formidabat Paulus, quantū domesticas, & que intra ecclasiā contingebant ruinas, & transgressiones. Nā cum apud Corinthios scortatus effet quidā, omnī tempore illum lugens perseuerabat, ita vt viscerata sua disrumperet, & amare eiularet. Erat & tertiu genus quoddam, nō minus molestiarū quā dictum est, fidelibus afferens, ipsa scilicet rerum natura, quae frequentes labores & sudores exigebat. Neq; enim facilis & leuis erat via, ad quam illos ducebant apostoli, sed aīpera & inexpedita, & quae animā requirebat solitū, & vigilē, & vndiq; diligentem. Propterea & Christus angustā et strictā ipsam vocavit. Neque enim viuere licenter & absq; metu fas etat, sicut apud Gētes in turpitudine & ebrietate, & helluīatione, & deliciis, et luxu: sed oportebat eriā frenare irascientiā, & imperare illicitæ cōcupiscentiæ, & despicer opes, & cōculare gloriam, & superiore esse inuidia, & inuidentia. Quae qualem laborem requirunt, sciunt hi qui cum illis quotidie certant. Quid enim, dīc oro, infestius illicita concupiscentia: quae veluti rabidus canis in nos continuo insilit, & quotidie nos obturbar. Atque adeo opus est perpetuo vigilari anima. Iam quid amarius ira? Et leuius quidem videtur non vlcisci eum, qui nos iniuria fecit, sed oportet & contristantibus benefacere, & scōm-

Gal.

2.Cor. 7

## 64 DE RESURRECTIONE

scōmatis nos incessentibus benedicere, & ne vllum quidē vnquam amarū verbū proferre. Quin & cōti nentiam non in solis operibus, sed & in cogitatione ipsa monstrare oportet. Non enim solum ab inco ntinentia opere, sed & à tali aspectu abstinentiū est. Neq; ex formoso mulierū aspectu voluptas capien da: nā & ob talē contemplationē extremum suppliciū irrogabitur. Cum igitur & tantū bellum ab his, quæ foris: & ratus timor ab his, quæ intus: magnus quoq; erat & labor in meditandis virtutibus. Accedit autem & qualitum. Nam inexperti erant certamini tanti, quod certandum erat: neq; enim Apostoli eos qui à progenitoribus suis pietatem exceperant, erudiendos sortiti sunt, sed educatos in nocendi libidine, & deliciis, & ebrietate, & turpitudine, & in temperantia. Neque hoc parui momenti erat, vt difficilius redderetur certamen, q; eam philosophiam neque superiora tempora, neque parentes docuerāt: sed tunc primum ad huiuscmodi certamina instruebantur. Cū igitur tanta tunc esset certandi difficultas, Paulus, vt solaretur certantium labore, subinde de resurrectione sermonē mouebat: & nō hac solū adhortabatur athletas, sed & suarū paſſionū enarratione: eaq; de causa antequam in sermonem de resurrectione incidat, suas paſſiones exponit, sic dicens: In omnibus premiūr, at non anxiū reddimur: laboramus, at non destituiūr: persecutionem patiūr, at non in ea deserimur: deiſicimur, at non periremus. Quotidianas mortes comemorat, eo q; quasi animati mortui quotidie ad mortem tradebantur: tunc ergo sermonem hunc de resurrectione mouit, Credimus enī, ait, quod is qui fuscitauit dominū nostrū Iesum Christum, & nos per Iesum fuscitabit, & vobiscū cōſtituet propterea malis non succubimus, ait, maximam in certaminibus ipsis consolatiōnem habentes, spem futurorū. Et non dixit ad ipflos, propter quod ne succubim̄s malis: sed quid ait Propter quod non succubim̄s malis. Declarat ūero quoque in continuis conflicationibus esse. Enī, uero

2. Cor. 4.

## SERMO PRIMVS.

65  
vero in olympicis certaminibus, athleta intra stadiū certat, magister autē ludi foris cōſidens, sermōnibus affert auxilium, eatenusq; certantē duntaxat iuruit, quatenus acclamationibus sermonibusq; valet: neque enim illa ei lege permititur, propius affiſte & manibus illū adiuuare. At secus res habet in Pietatis certaminibus. Idem enim est & athleta, & magister ludi: et idcirco non extra caueam sedet: sed ingressus ad certamina ipsa, firmat cōpugiles, dicens: Propter quod malis non succumbimus. Et non dixit: Propter quod malis nō succumbo, sed malis nō succubim̄s, laudibus ipsōs erigere volens. Sed quanvis homo noster externus corrumpitur, tanto tamen internus renouatur in dies singulos. Vide quanta Apostoli prudētia. Admonuit primū eos ab afflictionibus, quas ferebant, dicens: In omnibus premiūr, at non anxiū reddimur. Admonuit itē à resurrectione Iesu: Nam qui fuscitauit Iesum, & nos fuscitabit. Nunc aliam quandā adhortandi rationē inducit. Quandoquidē homines pleriq; pusillo animo sunt, & infirmi, ac miseri, & resurrectionem docti despiciunt, & ob tēporis longitudinē vacillant ac recidunt: ideo aliam illis ante resurrectionem constituit mercedem, ac retributionem. Et quā illa? Tamē externus homo noster corrūpit, itē internus tamē innouatur in dies singulos. Externū hominē, corpus: internū, animā vocat. Et hoc ideo dicit, vt intelligas, quod anteq; resurgamus, & antequā fruimur gloria furura, etiam non parua hic laborū remuneratio datur, cum inter angustias ipsas anima noſtra reiuuenescit, sapientior ac magis pia euadit, maiore pollet patientia, & fortior atq; constantior persistit. Nam sicut hi qui in corporali certamine pugnant, ante coronam & brauim, in meditatione & palestra ipsa, magna accipiunt mercedē, eo quod corpora sua firmiora, & validiora exercitando faciunt, & infirmitate omnē effugiunt: ita et nos virtutis certame certantes, priusquam aperiatur celum, priusquam filius Dei adsit, priusquam retributions nobis

E dentur,

dentur, magnam mercedem accipimus, eo quod amans sapientia sit amans. Similiter sicut qui mare nauigant, & innumeratas procellas tulerunt, multasq; hyemes perpessi sunt, & cum multis bestiis cestariunt: antequa merces referunt, non paruum peregrinationis suae lucrum reportant, eo quod aliquanto fidentiores sunt, ac pelagi saeuitiam minus horrent: namq; intrepide, & voluptate quadam transmarinas peregrinationes aggrediuntur. Ita & qui in presenti vita, propter Christum multas fert afflictiones, multasq; grauia patitur, etiam antequam regni celorum magna illam retributionem assequatur, magna hic potitur fiducia. animamq; sua ita excelsam efficit, ut posthac grauia omnia quasi e sublimi derideat. Ut autem quod dicimus adhuc manifestius colliquescat, exemplo vti volumus. Paulus ille exantlatris innumeris malis, nonne insignes retributions accepit, cum irriteret tyrannos, cum furibundos populos incitaret, cum omnes poenas conteneret, impavidusq; & imperculsus maneret contra bestias, contra ferrum, in mari, in precipitiis, in seditionibus, in insidiis, denique in malis omnibus: quid huic corri potest? Enimvero hominem inexercitatum, & nihil mali expertum, mox, si quae fortuito oboriuntur turbulentiae, in modo non solum res ipsae, sed & stultae opiniones, & rerum vimbræ, pauidum reddunt & pertinent. Veru qui non omnino inexercitatus in certamen ingreditur, sed multa ante mala perpessus est, is omnibus poltea superior fit, & minas contenit. Non parua autem est hac corona, neq; exigua merces, quae illum nihil humanarum rerum mouere potest. Nam quae alii multum formidanda videbantur, ab hoc facile contemnabantur: & propter quae alii tremebant, & metu obstupecebant, ea multum ridebat ipse, quia per excellentem patientiam, angelicarum virtutum philosophiam adeptus erat. Si enim corpus recte beatum dicimus, quod potest absque ostentare frigus, & calores, & fames, & inopiam, & vires difficultates, erumnasq; alias: quanto magis beatam

VOCARE

vocare oportet animam, que viriliter ac fortiter omnes omnium molestiarum ferre incursus, et per omnia seruare cor suum nulli seruituti obnoxium potest? Plante is regum est rex, & magis quam rex. Regem enim satellites, milites, amici, & inimici, nunc insidiando, nunc aperte vim faciendo offendere possunt: huic autem, cui animus qualis nunc dixi, neq; rex, neq; stipator, neq; familiaris, neque amicus, neque inimicus, neque diabolus ipse, aliqua ex parte potuit nocere. Aut quo pacto, cum is omni studio in hoc incumbat, ne inter mala computet, quae vulgo mala haberi solent? Talis quippe erat beatus Paulus, atque propterea dicebat: Quis nos separabit a charitate Christi tribulatio vel angustia, vel persecutio, vel famae, vel nuditas, vel gladius, vel periculum? Sicut scriptum est: Quia propter te morte conficimur tota die, reputati sumus ut oves mactationis: sed in illis omnibus egregie vincimus propter eum, qui nos dilexit. Istud etiam hoc loco insinuans dicebat: Tametsi externus homo noster corrumpitur, internus tandem renouatur in dies singulos. Infirmum fit corpus ait, sed validior & potentior animus, quin & multo alacrior, & agilior. Et sicut miles, si gestarit arma se gravantia, licet alioqui strenuus sit, & in militia exercitatus, non est terrori hostibus, qui scunt armaturæ gravitatem pedum velocitati & bellandi usui obtemperis in levia acceperit, & tractabilia, sicut avis aliqua obuiu se feret hostibus: sic & qui carnem suam aliquam ebrietate, neque indulgentia, neque deliciis intralit: sed ieiuniis & precibus, diuturnaq; afflictionum sustinentia, leuorem & tenuiorem effecerint sicut volucris aliqua superne deuolas, ita valido impeno in phalanges demonum irruit, & occurrentes virtutes facile inuadit, sibiq; subiicit. In hunc modum & Paulus multis affectus plagis, & in vincula coniectus, & ligneis vincitus copedibus, corpus quide habuit valde infirmum, laboribusq; emaceratum, anam vero fortem, & inuictam: atque adeo fortis erat Vincitus, ut ad solam eius vocem fundamenta carceris

Rom. 8.

Psal. 41.

2. Cor. 45

## 68 DE RESVRCTIONE

Rom.5.  
a.Cor.4.

ris cōmouerentur, & solutis cōpedibus vincitus supra pedes statueretur, aperireturq̄ ianuæ clausæ. Ita que haud paruam nobis consolationē Paulus exhibuit, quæ conceditur etiam antequā resurgamus, ne pe quodd temptationibus meliores & sapientiores redemur: idcirco dicit, Afflictio patientia operatur, patientia probationem, probatio spem, spes vero non confunditur. Et iterum alius quidam dicit: Vir qui non tentatur, non est probatus, & qui non est probatus, nullius pensi est. Et ita non parum nobis conferunt afflictiones ante resurrectionem, cum anima redditur probator, sapientia & intelligentia præstator, & ab omni libera formidine. Et idcirco dicit: Etiamsi externus noster homo corrumpatur, internus tamē renouatur in dies singulos. Effugaturenum omnis effeminitatio, extinguuntur cōcupiscentię absurdæ & avaritia, & inanis gloria: & in summa, intermuntur omnes aliae malæ peruersæq; cogitationes. Ut ergo anima ignauia scordiaq; dedita, facile huiusmodi afflictionibus est obnoxia: ita si continuis est implicita pro pietate certaminibus, nō tantū habet otii, vt de his vel cogitet aliquando, curis videlicet ipsam ab omnibus ad palæstræ studia auctoribus. Propterea dicebat, innouatur in dies singulos. Postea vt denuo soletur animas doleentes in malis quibus affliguntur, & aliam philosophiam nescientes, erigat spe futurorum, sic dicit: Quæ enim nunc leuis est afflictio, mire supra modū æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, dū nō spectamus ea, q; videntur: sed quæ nō videntur. Nā quæ videntur, temporaria sunt: quæ vero nō videntur, æterna. Quasi diceret, Plurima igitur & in hac vita afflictio nobis bona confert, nempe quod animam nostram sapientiore, prudentiore inq; facit, innumera tamen & futura bona conciliat: non ea quæ laboribus ex æquo rependuntur, sed multo ampliora quam certaminibus debentur, tam secundum qualitatem, quam secundum quantitatem. Et ambo ista declarans, comparat & excellentiam præriorum & periculorum, & opposit

## SERMO PRIMVS.

69

nit breue nunc æternitati: leuitati, pondus: afflictioni, gloriam. Afflictio enim ait, temporalis est & leuis. Relaxatio autem, imo non dixit afflictionis relaxatio, sed gloria, quæ relaxatione afflictionis multo est maior, vt pote æterna, & continua & magna. Pondus autem hic non eruminosum & onerosum, sed magnificum & preciosum aliquid vocat vulgariter consuetudine, qua pretiosa, gravioris esse pondus vocare solemus. Cum igitur dicit, pondus glorie, magnitudinem gloriæ dicit. Inquit igitur, Ne hoc reputes, quod flagellaris & expelleris, sed potius cogita coronas & retributiones, quod illæ longiores, maiores & clariores sint præsentibus, nullumq; fine habeant, aut terminum. Et hæc applicat ad tentationem, illa vero ad spem: et de his dicit, quod apparet: de illis vero, quod non apparent. Iam si recte sapis, inuisibilia multo magis apparent quam visibilia, poterisq; illa magis videre quam hæc: hæc enim transiunt, illa autem permanent. Eapropter addit, dices: Dum nos non spectamus ea quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim nō videntur, æterna. At si dixeris, quonodo possum videre ea quæ non videntur: & ea quæ præsentia sunt, non videre? Age tētabo quonodo tibi horum fidem facia, idq; a secularibus negotijs. Nam in rebus huius mundi nemo statim aliquid agit, nisi priusquæ videat visibilia, speceret inuisibilia. Dicam autem exemplum. Negotiator multis fert tempestates, fluctuum insultus, naufragia, multaq; alia incômoda: verum non nisi cum negotiacione aliquamdiu exercuerit, & merces corporari, diuitiis partis fruitur. Et præcedunt quide tempestates, sequuntur autem merces: & videt quidem pelagus ac fluctus, cu; ē littore soluit, merces autem non videntur, tantum aut sperantur. At nisi ad eam respiciat, quæ non apparet, & absens est: & nō in manu, sed in spe: nunquam etiam præsentia, & quæ apparent attentabit. Similiter & agricola iungit boues, aptat aratum, profundos facit sulcos, seminat, spargit, & omnia quæ sibi sunt insumit, &

E; frigora,

## 70 DE RESVRCTIONE

frigora, & glacies, & imbræ, & alias fert erumna, quamvis multas, tādem post labores expectat, vt videat cāpos virentes, & impletā aream. En & hic prior est labor, posterior vero merces: & merces incerta, labor vero certus & difficilis: & illa quidē tantum in spe, labor autē in manibus. Veruntamen & ipse nī primū hanc spectet, quæ dubia, & nō apparet, & corporeis oculis inconspicua: non solum non iunget boues, sed & neque aratrum trahet, neq; semina sparget, neque vnquam ad id operis vel domo egreditur. Sicut igitur in rebus vita huius magis spectatur ad inuisibilia, quam ad visibilia: & anima fertur labor, quam videatur merces, & primū difficilia quæc sustinentur, & sic inde expectantur fructus: sīc spes inuisibilium primū adducit, & tunc visibilia quoque attinguntur: ad hęc dubitare, hæsitare, & polcere mercedem ante labores, videtur esse animi abiectionis, quam sint agricultae, & nautes: non enim in hoc solo ipsis videmur esse deteriores, quod ægre futura expectamus, sed etiam in alio quod nō minore illis. Et quodnam est hoc? Illi enim nō satis fidere possunt fini suo, & incerti sunt quantum mercedis habituri, attamen nec sic à laboribus deterrentur. At tu fideiūslorem coronarum habes si de dignissimum, & neq; sic imitaris illorum studiū, ac strenuitatem. Etenim nōiunquam agriculta post quam sementem fecerit, agrum coluerit, iam segete increcere viderit, spe tamen & retributione laborum excidit, si vel grando, vel erucæ, vel locustæ, vel alia quædam talia acciderint, & post multis labores vacuis manibus domum regreditur. Mercator quoq; post longam nauigationem afferens onerata nauim, sēpe in ipso portus hostio, irruentibus ventis, impingit in scopulum, & vix nudo corpore salvato egreditur. Et in summa, in secularibus negotiis omnibus sēpe sub fine eiusmodi calamitates eveniunt. Ceterum nō idem in tuis contingit certamini bus: sed necesse omnino est, vt qui certauerit, & pie tem scimauerit, multosq; labores tulerit, finem ipsum

## SERMO PRIMVS.

71

ipsum assequatur. Neq; enim aëris intemperie, neq; ventorum tempestate, laborum mercedes subverti finit deus, sed repositæ sunt illæ in cœlestibus & in deprædabilibus thesauris. Propter hoc & Paulus dicebat: Afflictio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confunditur. Igitur ne dixeris futura inuisibilia, si exacte dicere volueris. Plus enim apparent, quam illa ipsa, quæ in manibus sunt. Quod id ipsum Paulus nobis monstrans, dicit: Illa quidem æterna, hæc vero tempora lia. Nomine tēporum, declarat nobis corruptibiliatatem ipsorum: nam antequam apparent, aufugiant, & auolant antequam consistant, mutationesq; eorum celeri momento fiunt: infidam igitur in diuitiis, gloria, potentatu, corporis forma, & quocunq; seculari alio hono, possestionem contueri licet. Ea propter propheta reprehendens agentes in deliciis, & in diuitiis, vel quamvis aliam rem temporalem infantientes, Quasi stantia, dicit, reputarunt hæc, non quasi fugientia. Nam sicut umbram nemo comprehenderit, ita neque temporales res: sed eorum aliqua sine suo consumuntur & dissoluuntur, alia ante finem velocius quoquis torrente disfluunt. Futura autem non sunt talia: mutationem enim nesciunt, vicissitudinem nō patiuntur: non ea virget senectus, nullam alterationem experientur, sed perpetuo viuent, & in suo decore permanent. Et si de infidis, ambiguis, & non apparentibus dicendum, ea sunt præsentia. Nam apud possidentes non manent, sed quotidie dominos mutant, & ab illis ad alios transiunt, & rursus ab illis ad alios. Vbi omnia hæc à Paulo dicta, qui vocat præsentia temporaria, & futura æterna: tunc de resurrectione sermonem habet, sic dicens: Scimus quod si terrestris nostra domus huius tabernaculi dissoluatur, domum ex Deo habemus, non manufactam, æternam in cœlis. Vide iterum quam proprie etiam hoc loco distinctionibus utatur, vt vim sententiae sue ipsi nominibus declarat. Non enim simpliciter tabernaculum

E 4 corpus

corpus vocavit, sed indicat nobis vitam hanc proprie sentem temporalem, & declarat quomodo communica tanta sit in meliore: quasi dicat, Quid ingemiscis & Iachrymaris, dilecte, quod verberibus pulsaris, & ab hominum cœtu expelleris, quod in carcerem intruderis? Quid luges afflictiones illas particulares, cum pro perfecta corporis solutione orare debeantur? non simpliciter corporis, sed corruptionis in corpore? Nam ut ostendat, quod particulares illæ afflictiones non solum contristare nos non debeant, sed & latificare; monstrat, quod precemur & operemur vniuersalem et postremam consummationem, dissolutionem, inquam, per mortem. Sic enim dicit: *a. Cor. 5.* Etenim in hoc ingemiscimus, desiderantes ut domicilium nostrum cœlitus superinduatur. Domum autem tabernaculi, corpus dicit: rem vnam duobus nominibus explicando. Vel domum tabernaculi vocat domus in quibus habitamus, ciuitates, & figuram præsentis vite. Et non simpliciter dixit, scio: sed, scimus: & auditorum quoque sententiam assumpsit, dicens: Non de rebus ambiguis dispuo, nō de his quæ nesciuntur, sed de his de quibus iam pridē edocti estis, credentes in resurrectionem Iesu Christi: et ob hoc tabernacula vocamus corpora eorum, qui hinc decedunt. Vide autem quomodo & verso apposite sit usus. Non dixit occisum est, vel dissparuit, sed dissolutum est: quo declaravit, quod dissoluitur, ut resurgat fulgidius, ut inueniatur clarus: sicut etiam labores & præmia conferebat a qualitate, quantitate & tempore. Ita & hic facit, corpus deciduum, tabernaculi, quod autem resurgit, dominus nomine vocat: & non simpliciter domum, sed æternam, sed cœlestem: excellentiam eius tam à tempore, quam à loco subindicans. Hæc enim terrestris est, illa cœlestis: hec temporalis, illa æterna. Et nūc quidem opus nostro corporis domicilio propter causis infirmitatem, tunc vero idem & corpus erit, & domiciliū meque tecto, neque vllis velamentis habet opus, pro omnibus his cōtentū sui ipsius incorruptibilitate.

bilitate. Postea indicando eminentiam honorum nobis repositorum, dicit: Etenim in hoc ingemiscimus Quibus eos ad suam philosophiam trahere vult, & suę possessionis facere participes Etenim in hac parte ingemiscimus, desiderantes domicilium nostrum ē cœlo superindui. non dixit simpliciter, induit: sed superindui. Siquidem & induit non inueniamur nudi. Et licet appareat obscurum esse, quod dictum est: sit tamen manifestius per ea quæ subduntur. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauitati, eo quod nolumus exui, sed superindui. Vide quomodo seipsum non arguit, neque vocat dominum hoc corpus, sed tabernaculum dicit, eo quod nolumus exui, sed superindui. Hic importune flagellat criminantes naturam corporis, & accusantes carnem nostram. Quia enim dixit, quod ingemiscimus, & exuisit nolumus: ut ne putas quod corpus quasi malum aliquid, & causam malitiae, inimicum, & hostem fugiat, audi quomodo suspicionem excludit. Primum cum dicit, Ingemiscimus grauati, eo quod nolumus exui, sed superindui. Quod autem dixit hoc est, non carnem volo deponere, sed corruptionem: non corpus sed mortem. Aliud est corpus, aliud mors: & aliud corpus, aliud corruptione: neque corruptione corpus est, & corruptibile quidem corpus est, non autem corruptione corpus. Nam corpus opus est dei, corruptione autem & mors à peccato inueniæ sunt. Igitur ait, id quod alienum est exuere volo, non quod proprium. Alienum autem est, nō corpus, sed corruptione. Et propter hoc ait, eo quod nolumus exui, hoc est, auferri corpus, sed superindui in corpore incorruptionem. Corpus medio ē modo habet inter corruptionem & incorruptionem. Degustat hic corruptionem, & alibi deguitat incorruptionem; abiicit quod accepit à peccato, & possidet quod dedit dei gratia. Ut discas quod exuere, non de corpore dicit, sed de corruptione & morte: audi ex his quæ mox subiiciuntur. Nam postquam dixit, nolumus exui: sed superindui: non dixit, quod absorbeat corpus ab incorporeis

## 74 DE RESURRECTIONE

cate, sed quid? sed ut absorbeatur mortalitas à vita.  
Hoc est, ut euanescat, ut aboleatur: ita abolitionem  
non corporis vocat, sed corruptionis & mortis. Ad  
ueniens enim vita nō corpus abolet & absumit, sed  
mortem & corruptionem quæ illud inuaferant. Ge-  
mitus ergo ille, non propter corpus est, sed propter  
corruptionem & mortem, quæ illi inest. Etenim cor-  
pus graue est & onerosum, ac molestum: non secun-  
dum suam naturam, sed secundum mortalitatē, quæ  
postea illi superuenit: non ut corpus, sed ut corruptil-  
bile. Tanta enim eius est generositas, ut dignitatem  
suam picturis quibusdam expellerit. Nam aposto-  
lorum vmbrae incorporatas expulerunt virtutes: itē  
cīnis & pulvis eorum, & amicula, quæ illorum ad-  
hæserant corporibus, morbos fugarunt, sanitatemq;  
contulerunt. Nihil ergo mihi de phlegmate, & cho-  
lera, & sudore, & sordibus, ac aliis dixeris, quæ cor-  
poris accusatores narrant, neq; enim ex natura cor-  
poris hæc fuerunt, sed à posteriore corruptione inue-  
cta sunt. Nam si, quæ sit eius natura, addiscere vos  
les, considera membrorum omnium formationem,  
figuram, operationes, mutuamq; concordiam, & via  
de ciuitatem illam optimis legibus gubernatam, nō  
nisi sapientes habere ciues, videbis diligentem mē-  
brorum inter se administrationem. Si sursum deor-  
sum, obiterq; hæc prætercurris, profecto horres solā  
passibilitatem, & corruptibilitatem, quāuis nec hic  
nobis desit responsio. Nam quod hinc humano ges-  
neri non solum nihil damni, sed etiam plurimum co-  
modi accederit, inde colliquefecit: sancti enim omnes  
in corpore viventes, declararunt, quām gubernarint  
sensus suos, nullo per eos, quantum ad virtutis cur-  
sum attinet, affecti incōmodo. Quin & alij qui mes-  
diocriter virtutem colunt, attendentes corporis im-  
becillitatem, minus in prævaricationibus suis pros-  
gressi sunt. Cum enim homines nonnulli etiam mot-  
tali, & patibili hoc corpusculo circundati, æquales  
se deo esse sibi visi sint, & ob hoc tanta se gloria obo-  
seruari curauerint; qua non stultitia decepti cesserent,  
si no-

## SERMO PRIMVS.

75

Si non passioni corruptioni obnoxium corpus, vt  
pote certum infirmitatis suæ indicium fortiti fuise-  
lent? Quia ergo corpus obstat impietati, quæ sum-  
ma est malitia, & sanctis præstat, ut animæ fortitu-  
dinem declarent: quam veniam cōsequentur hi qui  
ipsum accusant, & malum clamant? Non enim talia  
de ipso dicenda. Insuper & hinc nobis ad Dei noti-  
tiam patet via. Si enim inuisibilis eius, quæ à con-  
ditione mundi in facturis considerata conspicuin-  
tur, & fides ex auditu est: satis manifestu, quod per  
oculos & aures manuducitur anima, ut agnoscat  
Deum qui illam fecit. Idcirco istuc ipsum Paulus  
amat & clamat, ac dicit: Nolo illud exui, sed super-  
indui & immortalitatem. Quo pacto autem potest  
resurgere corpus, fieri q; corruptionis immune? At  
cum dei potentia operatur, quo pacto non eueniet?  
Sed quid de Deo, inquam? Te ipsum fecit Deus, vt  
resurrectionis esses opifex, id quod patet in semini-  
bus, artibus, materiisq; metallorum. Etenim semi-  
na nisi prius moriantur, & putrefact, & corrumpan-  
tur, non pariunt aristam. Sicut igitur qui videt ibi  
granum quod corruptitur & dissoluitur, non dubi-  
tat de resurrectione, sed certissimam demonstratio-  
nem facit. Nam si ita maneret, & non corrumpes-  
tur, vel dissolueretur, certum q; nunquam resurge-  
ret. Sic cogita & de corpore tuo, cu vides corruptio-  
nem, tunc potissimum de resurrectione philosopha-  
re. Nam mors nihil aliud est, quam plena corru-  
ptionis consumptio. Neque enim mors simplicis  
ter corpus, sed corruptionem corporis absumit.  
Hoc etiam in metallorum materiis vides euenire.  
Rudem enim glebam in qua aurum, accipiunt eius  
artis grari, & in conflatoriū mittunt, faciunt aurum  
circū ponendo stannū & aliam materiā, & aurū nō  
proferunt, donec purum excoquatur. Iam si tantum  
potest ignis potentia, cur non & diuina dic quæso,  
an non multo magis potest? Et quis mentis com-  
pos de his dubitaret? Cogita quo modo te a princi-  
pio fecit, uer erit quod de resurrectione ambigas.

Non.

Rom. x.

1. Cor. x5

## 76 DE RESVRCTIONE

Nōnne terram accepit, & formauit: tametsi operosus videatur, formari ē terra carnē, & venas, & cutem, & ossa, & neruos, & arterias, & instrumentalia, & simplicia corpora, oculos, aures, nares, pedes, manus, & vnicuiq̄ horum tan̄ propriā quām communem inde operationem, quām corruptibilia facta, efficerē incorruptibilia? An non vides, quomodo vñiformis quidem terra, corpus autem multiforme & varium, nempe in operationibus, coloribus, figuratione, effentiis, & aliis omnibus? Dic igitur, quid ita de futuris dubitas? Et quid opus est dicere de corporibus dic mihi quomodo fecerit virtutes immenses, populos cœlestes, angelos, superioraq; his agminat, dic oro modum quo fecit? Hic nihil dicere potes, quām quod sola voluntas ad hæc suffecerit. Cæterum qui tot incorporeos formauit exercitus, hominis corpus dispersum renouare iterum, & in maiorem prouehere dignitatē nequit? Et quis sic insensatus est, qui de his dubitet & resurrectionem fore inficias eat? Ad hæc, si non resurgit corpus, non resurgit homo. Homo enim non est anima sola, sed corpus & anima. Si ergo anima sola resurget, diuinum animal resurget, & ita non integrum. Sed & de anima non propriè dicitur resurrectio. Resurrectio enim eius est quod cecidit, & quod dissolutum est. Anima autem non dissoluitur, sed corpus. Quid ergo id est, quod ait: Siquidem induti nō nudi inueniamur? Sacramētū magnum & ineffabile nobis ibi adumbratur. Quale autem hoc? nempe id quod & in epistola ad Corinthios dicit: Omnes quidem resurgeremus, vñusquisq; autem in suo ordine. Quid autem est, quod hic dicitur? Hoc videlicet quod Grecus, & Iudeus, & hæreticus, & omnis homo qui venit in hunc mundum, in hac nostra resurrectione erit: & hoc est quod manifestat, dicens: Omnes quidem non dormiemus, omnes autem non immutabimur, in atomo, in momento oculi, in illa ultima tuba. Quia ergo communis est omnibus resurrectio, & p̄is & impiis, & bonis & malis hominibus, vñ  
ne p̄s

1. Cor. 5,

2. Cor. 15

## SERMO PRIMVS.

77

ne putes iniustum quoddam fieri iudicium, ne dicas ad teipsum, Quidnam hoc est? ego, qui multo studio & labore & in miseria vixi, refurgo, & Græcus, & impius, & idololatra, & qui ignorat Christum, etiā ipse resurgit, & simili honore mecum fruitur. Vt ne talia dicens conturberis, audi quid dicit, Siquidem induti nō nudi inueniamur. Et quomodo dicit, qui indutus est incorruptionem & immortalitatem, vt inueniatur nudus? Videlicet si gloria priuamur, & fiducia ad Deum destituimur. Etenim peccatorum quoq; corpora incorruptibilia resurgunt, & immortalia: sed hic honor fomentū et viaticum ipsis erunt suppliciorum & vltionis: incorruptibilia enim resurgunt, vt semper vrantur. Nam cum ille ignis sit inextinguibilis, opus est illis corporibus, quæ & ipsa tunquam consumantur. Eapropter dicit: Siquidem & induti, non nudi inueniamur. Non enim hoc somum est quod queritur, vt resurgamus, & immortalitatem induamus: sed vt cum resurrexerimus, inducī fuermus immortalitatem, non inueniamur nudis a gloria, fiduciaq; erga Deum, neue igni illi tradamur. & ob hoc dicit: Siquidem & induti, nudi non inueniamur. Post hæc iterum fide dignum de resurrectione sermonem habet: & cum dixit, futurum quod absorbeatur mortale hoc à vita, adiicit, Qui autem nos fecit ad hoc ipsum Deus à principio, propter hoc hominem formauit dicit, vt nō pereat, sed vt ad incorruptionem perga. Ita vt quando morte permisit, hoc ipsam consilio permiserit, vt vltione prudentior factus homo et melior, possit denio ad immortalitatem reduci. Ratum atq; firmū hoc consilium, & hæc sententia ab initio apud Deum, atq; hac ratione primum hominem formauit, idque statim nobis ex procēmis ipsis declarauit. Nisi enim voluisset nobis resurrectionis ianuas aperire, non permisisset Abelem omni virtute præditum, factum habi amicum, quæ passus est pati. Nunc autem nobis demonstratum est, quod ad aliam vitam pergitus, & aliud quoddam seculum iustis relictum est,

2. Cor. 5.

est, in quo coronas & retributiones sibi depositas accipiant. Hinc est quod permittit, ut is qui primū hic iuste vixit, laborum suorum mercedes hic non accipiat: sed hinc abiens, clamet per ea quæ hic pafus est, & ad omnes dicat: Post hanc vitam est retributio aliqua, & merces, & remuneratio. Propterea etiam Enoch transluit, & Eliam rapuit, docens per eos resurrectionis materiam. Et sufficit ad argumentum copiam sola cōditoris potentia: at si quis est infirmior, & aliam insuper demonstrationem habet, re vult, & pignus futuræ resurrectionis, etiam idipsum nobis Deus magna liberalitate dedit, spiritus scilicet gratiam. Quocirca cum Paulus de resurrectione sermonem habuisset fidelissimum, de Christi resurrectione, eo quod Deus eius autor esset, adduxit & hoc tertium: Et arrabonem vobis dedit, non aurum nec argenti, sed arrabonem spiritus. Arrabon autem pars est totius, & de toto fides. Nam sicut in coniunctiis, qui acceperit arrabonem, fidem habet, & securus est de toto reliquo: ita & tu cum acceperis arrabonem spiritus, dona inquam, non iam dubitare debes de ceteris bonis tibi depositis. Qui enim excitauit mortuos, curavit cæcos, dæmones expulit, leprosos mundauit, morbos emendauit, mortem soluit, & tanta ac talia potens est facere, & tu incredulus es, tu in fragili & mortali corpore, quam assumeris veniam, de resurrectione dubitan? Si enim cum nondū resurrectionis tempus aduenit, sed cum adhuc certatur, tantas reddit tibi coronas Deus: cogita, quanta suo tempore honorum brauia daturus sit. At si quis dicat, sed non videmus hæc signa nunc fieri, neque nobis tanta virtus concedita est: illud responderem quod nishil differt, siue nunc, siue olim hæc facta sint. Nam quæ prius ab apostolis sunt facta, testantur per omnem orbem ecclesiæ, & populi, & ciuitates, & gentes, ad quas idiotæ piscatores peruenierunt. Neque enim toti orbi præualuiscent illiterati, & inopes, & pauperes, & viles, nisi mirabilis adiuti. Verum nec tu gratia spiritus factus es ex-

es expers. Etiānum multa sunt donationis illius symbola, atque his quæ enumerata multo maiora, & magis admiranda. Non enim æquale est, corpus mortuum & animam a peccatis occisam ab interitu liberare, quod per baptismum fit. Non æquale est pellere morbum carnis, & abiicere pondus animæ. Non est æquale oculum cæcum restituere, & animam obtenebratam illustrare. Nisi enim esset arrabon spiritus & nunc, neque baptisma adhibitum esset, neque peccatorum remissio, neque iustitia et sanctificatio facta esset, neq; adoptionem filiorum dei accepissemus, neque perceperissemus mysteria. Corpus enim & sanguis mysticus non sunt absque spiritu gratia. Neque sacerdotes habuissent, neque has ordinationes sine tali visitatione fieri possibile. Sed multa possemus dicere gratia spiritus symbola, & quod etiam tu spiritus arrabonem habes, & mortem animæ pellis, cæcitatemq; cogitationum, & visus exuis immundiciem. Ne igitur dubitemus de futuris, præsertim cum talia acceperimus pignora, sed undequaq; de resurrectione sermonem solidum colligentes, vitam tantis dogmatis dignam exhibeamus, vt & assequamur hic bona incorruptibilia, quæ sermonem ac mentem humanam transcendit. Quæ omnibus concedat, gratia & misericordia sua Dominus noster Iesus Christus, per quem, & cum quo patri sit gloria, &c.

**D**E resurrectione domini nostri Iesu Christi, quantum valemus lingua humillima vestre dilectioni narrabimus. Deponentes lugubre incororis pallium, accipiamus lætitias in dumentu, cum de resurgentis vita gaudemus. Testantur elementa rediuiua, quæ erant funereo tegmine iâ sepulta. Ad exequias dñi relictais cursibus suis obseruantur, quia nobiscum resurrexisse dominū proficitur.

## 80 DE RESVRRECTIONE

Propter laborem vigiliarum breui sermone percurrimus euangelium. Maria festinat ad tumulum. Maria, non mater domini, quæ virgo genuit, & post partum virgo permanxit, sed aliam Mariam nominamus, quæ fugientibus apostolis, ad sepulchrum domini sola peruenit. Apparuit ei saluator rediens ab inferis, viator, de diabolo triumphator. Lugete animæ miserorum, quæ non meruistis post tartari carcerem superos reuidere. Apparuit ergo mulieri. Oportuit enim obuari sponsam sponso, ecclesiam Christo, redemptori captiuam, domino famulam, creaturam crearori. Adhuc illa carnis nebula caligabat, & hebetem corporis cœcitatatem gerebat in mente, ut non agnosceret quem nouerat, non aspiceret quem videbat, nō crederet, cui crediderat. Mox redita est sanitas mentis, fugacæ sunt tenebræ falsitatis. Vade, inquit, dic fratribus meis. Non dixit, dic errantibus, dic fugitiuis, dic latentibus, dic neganti bus, sed dic, inquit, fratribus meis. Plures namq[ue] **Maria** fratres charissimi fuisse, quis ambigat, quæ pro qualitate meritorum post resurrectionem dominū meruerunt videre? Una deniq[ue] cum vnguento prima sabbati, alia sine vnguento vespere sabbati venisse ad sepulchrum domini designantur. Sed hæc admittitur pedes domini tenere: illa tangere prohibetur. Hæc discipulis nunciavit dominum resurrexit. Illa existimans furto sublatum esse congreguit. Illi in gloria sua Christus occurrit, hæc adhuc dōminum cum mortuis querit. Nec immerito tangere prohibetur, quæ viuētem cum mortuis requirebat. O admirabilis bonitas saluatoris: appellat fratres, quos nouerat negatores. Perrexit mulier, nunciat Apostolis Dominum resurrexisse. Soluite capitiui vincula tarditatis, redite ad dominum, redire ad magistrum: quia mulier nunciavit, nō videatur indecoru. Thomas vnus de discipulis ambiguæ mentis incredulus, de resurrectione dubius, & penè per fidicæ laqueo suffocatus, aspicit Christum corpore vestitum, quod fuerat passione nudatum. Ipse ex integris

Iohann. 20

## SERMO SECUNDVS.

tegris genitalibus virginis, membra infantis edixit qui clausis ianuis iuuenem introduxit. Expauit Apostolus culpan suam, & confessionis pœnitentia publicauit. Vnus, inquit dominus, tange vestigia vulnerum meorum, festina curiose, festina perfide, ut vulnera tua vulneribus sanentur: & mens tua saudata perfidice iaculis, indulgentiæ medicamento curetur. Thomas reus, à quo fuerat dominus offensus, prostratus pedibus saluatoris, lamentabiles gemitus fudit: Dominus meus, ait, & Deus meus. Sed & mitissimus Christus coſtentem non contempsit oculo, inquit, sis incredulus, sed fidelis. Bona est pœnitentia fratres, si tarda non fuerit: & si fuerit sera, in opere videatur esse perfecta. Facilius cognoscimus veniam creatoris, quam pœnitentiam peccatoris.

## DE RESVRRECTIONE SERMO. III.

**P**ost custodias sœuas & vincula dura, post illusiones & verbera, post aceti et fellis pocula misera, post supplicia crucis & vulnera, postremo post ipsam mortem & inferos; surrexit de suo funere caro noua, rediuita phœnicis, quam ultimus sol & cinnama coxerant pietatis. Redit ab occiduo orbe latens vita, & in monte salus seruata resurgit, pulchrior reditura post funus. Quid cœnam illam liberalem cōmemorem, ubi tingebat discipulus mendax digitum? Edebat cum pane cædem, & sorbebat cum sanguine potionem. O crudele proditoris conuiuum, rogo, quibus oculis aspiciebat, quem subdente premebat? Parricida pariter & conuiua vendidit argento Dominum, fecit de magistro ferale cōmercum. Accepit aurum, & perdidit Deum: Ipse autem Iudas inter epulas carnifex, inter nectareos cibos amarus vipereum cruentat animam, & cæcum alit sub pectore vulnus. Accepit mox à Christo buccellam, quam male sibi conscientia mens ferre non potuit. Cucurrit ad Iudeos. Pensat in precio morte suam, qui dum alienum sanguinem vendit, proprio

( F ) laqueo

Iaqueo dispergit. Ecce traditur Christus, ducitur, ecce flagellatur, ecce suspenditur. Quid tibi profuit o Iuda, ut mortem alienam tuo sanguine mercareris? Christus rediuit ab inferis, & tu in pena torqueris. Illi nihil nocuisti, tu vero corpus simul & animam perdidisti. Cur Iudaea ferox, quem occideres, copiasti? Si seruares tibi quod emeras, non perderes quod habebas. Tollis de innocentie consilium, ducis sicut ouem ad gladium, cruentas membra, diuidis vestimenta. Quid lucri inuenisti, quia sic saeuisti? Ecce Christus ex Oceano mortis, tanquam roseum iubar ascensit, & super te funerea caligo permanxit. Aspice solem nostrum raditare. Vbi est quod dudum figebas in cruce? Spinas etiam capitl eius, & coronam de vepribus texuisti, acutum quoque amaro felle propinasti cōmixtum. Ille tamen accepit, non quod bis beret, sed quod potius reprobaret: denique gustauit

Esa. 5. merum tuum, & amputauit fructum tuum. Ego, inquit, plantauit te vineam fructiferam totam. Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienae? Sustiniui, ut faceret vuas, fecit autem spinas. Ruit subito nox medio die, & mortem Domini omnis creatura, ne videret, effugit. Texit faciem suam lugubri nube, omne coelum, & rotus orbis tenebris obvolutus occultauit vultu suu ne videret in cruce dominu suu. Elementa ipsa turbantur & rugiunt, saxa rumpuntur sepulchra patescunt, mortui reuulsunt. Factum est in terra chaos, timet omnis natura periculum, & Iudaea perficit parricidium. Vnus erat latro & corpore & mente proximus, alter alteri quidem vicinus, sed multum corde diuisus. Pendebat Christus in meo dio, & tanquam rex fulgebat in throno. Confitebatur unus & honorificabat, alter incredulus blasphemabat. Iudex modo dictat vni sententiam, alteri porrigit indulgentiam. O mira rerum conuersio, latro credit, & Iudaea fremet. Fecit latro de cruce imperium, & intrauit paradisum rhomphaea flaminea citundatum: Iudaea vero amisit lumen, quando perdi

Psal. 57. dit Solem, sicut scriptum est; Supercessit ignis, & no[n]

non viderunt Solem. O violentum latronem, o artificiosæ effractionis vim. Ipsum clavicularium tenuit, & per ipsum ad paradisi interiora peruenit. Ecce surrexit hodie Christus, & post supplicia multa illæso corpore coruscavit. Non eum vmbrosa vorago, non ærea claustra, non indomabilis mors morte opprescit. Diræ cessere formæ, impetrant, omne succubuit. Non ibi presente Christo vltrices flammæ, non læua supplicia resonabant. Gemitus ille tristis, omnisp. luctuosus clangor obstupuit: captiuorum dirupta sunt vincula noctis ipsa, infernusq; resplenduit. Vomuerunt anfractus cauernarum captiuos, & animas lapsorum iam tenues antra cæca de suis custodiis laxauerunt. Ceciderunt ferales illæ cruentæ manus, atque rubiginosi tortores viso domino tremuerunt. Coepit sentire quod fecerant, & suis se peccatis carnificina torquebat. Mox resolutos populos reducit Christus in lucem, alloquitur saucios, reficit fastigatos: O mea quandam, inquit, creatura, o opificium meum: num te ea sorte condideram, ut in has plagas & in haec exitia peruenires? Paradisum tibi paraueram, non infernum. Delicias praeparavi, vitamque beatam, non mortem, constitui. Ecce, quo te perduxí, & huc me descendere compulisti, ut paululum de maiestate humilis ad hunc carcerem hucusque venirem. Duni ergo te de his tenebris & tormentis liberarem, iudicem me esse tua culpa fecit: ut te ita derelinquerem, necesse das delicti tui compulit. Quid agerem iustus, nisi damnaretur iniustus? Si te per potentiam eriporem, iustitiam vtique amissim. Coactus sum amore tui pugnare cum aduersario tuo. Sustinui angustias veteri virginalis, accepi fortem tuam, auspiciatus sum infantiam, iacui in præsepio: flesui, dormiui, creui, esuriem sitimque sustinui. Quæ fuit, rogo, tanta cupiditas pomi, ut meorum præceptorum oblii, inter ipsa primordia periæteris? Debui quidem ingratos æternis donare supra

## 84 DE RESVRCTIONE

plicis: sed fateor, vicit me pietas. Non angelum mihi, sed ego ipse propter te descendit. Permisisti me occidi, & sic ad istos inferos veni. Exite nunc vinciti, exurgite miseri, respirate captiui. Ecce vobis ignota lux fugio, ecce rores infundo, ecce nodos omnes crenasq; dirumpo. Ecce tartareaq; sedes, noctemq; profundam, noctidumq; chaos extermino. Sufficiant exactæ poenæ. Fouebit vos semper maiestas mea, cum in celo fuerit caro mea.

## DE RESVRCTIONE, SERMO IIII.

**D**omi resurreccio induxit mundo letitiam. Quanto fulger in aspectu, tanto feruet in affectu. Vetus homo migravit, nouus aduenit. Preuaricatio Ade confusa est, cum nobis gratia Christi donata est. Dudum catena erroris trahebat animas miserorum, nunc charitatis vinculum redemptos ducit ad cœlum. Erubuit diabolus in furoribus suis. Christus occiditur, et mundus ab erroribus liberatur. Christus resurgit, & hostis euanuit. Miracula virtutum apparuerunt, ut homines perfidi confunderentur, & vt perditu redimerentur. Quatum mereret luctibus synagoga Iudaeorum, tantum iucundatur ecclesia Christianorum. Triumphemus in Christo, qui nobis donauit misericordia medicinam, dum per lignum tribuit trophyæ gloriose. Iudas vendidit dominum suum, Petrus negavit magistrum, latro confitetur Christum: Iudas desperauit, Petrus titubauit, latro paradisum meruit. Inter traditore, mercatoremq; sanguinis Christi, & negatorem magistri, & confessionem latronis, signaculum meruimus redemptoris. Sufficiant charitati vestrae, quæ pro eruditib; animarum dedit dominus Deus.

## DE RESVRCTIONE, SERMO V.

**F**ratres, quam pretiosa & grata hodie ecclesia dies hodierna refulxit, non de visitari Solis curriculis illuminata preclarus, sed de lumine agni resurgentis illustrata sublimius. Hodie enim

## SERMO QVINTVS.

sol iustitiae Christus ascendit euangelizatis sanctorum animis, ab inferis eleuans secum corpora sanctorum tanquam chorus syderum spiritualium.

Enituit Hierusalem, in qua visi sunt resurgentes: enitescit ecclesia, in qua præfulgent renascentes. Et illi testes, & isti testes. Solis resurgentis illi testes,

Solis in aqua & spiritu baptizantis isti testes. Et ideo pulsemus eitharam David, canentis: Hic est

dies, quem fecit dominus, exultemus & iucundemur in eo. Contemplemur hunc diem, qualem nos

etem habuerit genitricem. Nox plane haec cœlum luminaribus imitatur, imo vero hac ipsa nocte cœlum terræ collatantur. Nox bona parturitionis,

nox sanctæ regenerationis, geminum noctis huius

Video vterum: quia & geminum agnosco partum. Commouit tunc nox ista vterum parturiendo cor-

pora resurgentium: commouet nunc vulvam suam renouando animas innocentium, nox de qua dici-

tur: Et nox tanquam dies illuminabitur. Ab ipsa est

dies, quem fecit dominus, dies dominicus: Alii diem panis, alii dicunt diem lucis. De hac tripartita diei

unincipatione, producamus gaudiorum tubæ clangem. Dies dominicus, dies, inquit, regalis, in quo

in pectora ascendi ab inferis. Hesterno die agonizabamus tanquam sperantes regem, hodie lætemur suscipientes imperatorem. Et ideo hesternus dies

non fuit ieunationis, sed expectationis. Nunquam aliquis sensit ieunii laborem, sed omnes tanquam

subparabant lati refectionem. Quemadmodum si iudex speraret ad patriam redditurus, nonne totius

ordinis viri principes ciuitatis, dum meditatur can-

tica in occursum iudicis venientis, longius per mo-

menta portis procedunt: & dum sperant, ieunant:

dum ieunant, refectionem parant. Sic hesterno, ve-

luti in expectatione iudicis salutaris, agonizaba-

mur parando, sed delectabamur ieunando. Suscep-

imus regem, & reficimur per gratiam salutarem.

Et recte dies dicitur panis, quia in eo nouimus pa-

nem resurrectionis coelestis. Hodie enim processit

85

Psal. 117

Psal. 133

F 3 panis

## 86 DE RESVRCTIONE

Psal. 147

panis in veritate, qui sicut crystallum mittebatur de nubibus prophetiae. Clamat enim Dauid in voce Psalmi, dicens: Qui emittit crystallum suam, sicut frusta panis. De ore enim prophetarum, tanquam de nubibus sanctis descendebant niues, descendebat ros in vellus, quasi in crystallum spirituale: ut per frusta paniis consumptae prophetiae, integrum sacramenti conficerent panem. Splendebat elapsa crystallus de ore prophetantium, & salutare panificabatur nobis verbum crystallica prophetiae fermentatione firmatum. Destitit igitur crystal' us prophetiae, quia paratu nos gustauimus pane. Et gustando ipsum panem, non sicut Adam vidimus propriam nuditatem, quando nuditas nostra tecta est per huius diei claritatem. Et recte dies dicitur lucis, in quo fugerunt tenebrae & cæcitatibus. Exclamauerunt qui erant in tenebris, quia lumen viderunt magnum: & qui erant in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Lætentur terra, quia vidit nouam lucem. Lætentur angelii, quia donauit dominus peccatoribus claritatem. Contremuerunt inferi, insolitus sustinendo splendorem: sicut incuruatum est omne genu Christo domino cœlestium, & terrestrium, & infernorum. Omnia ergo nobiscum hodie contriumpant. Angelorum apparitio festa nobiscum solennia concelebrat. Archangeli, throni, virtutes, dominationes, cherubini, & seraphini lætitia choros ducunt, dum nos traetamus Paschæ mysterium. Imitemur hodie angelos splendore non vestium, sed cantorum. Ideo & nos cantemus cantilenam, cantantes cantica cœlestia, quæ humana adhuc cantare non potest lingua. Ideo lætentur cœli, & exultet terra. Exultemus domino, sed in tremore, non remissa securitate: quia & beatus Ioannes precursor exultauit in utero matris, sed qui vinum non babit, præcepto angeli Gabrielis. Nos autem quia infirmi sumus, sobrietate hamus, modum non excedamus, ut lætitia nostra cum moderatione nullam sentiat corporis tempore statem: sed per sobrietatis serenitatem, portum in-

## SERMO SEXTVS.

87

temus salutarem. Accepimus scilicet iuniorū palmam? Festiuitatis non amittamus victoriam: quam nobis tribuat dominus Iesus Christus adiuuando, qui vicit in nobis patiendo: ut digno carmine triumphe mus cantantes, Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est inferne victoria tua, quia captiuita est captiuitas tua? Omnes canamus halleluja: & idcirco propter diei lætitiam, conuertamur ad Christi clementiam,

DE RESVRCTIONE,  
Sermo VI.

**M**aria veniens ad Christi Domini monumentum, appellat dominum hortulanum: quia infantum plantaria floruerunt. Ecce lilia renatorum ornant altare dominicum, candidis turbis gaudiorum: ecce lilia noua de fonte plantata, quia isti sunt qui lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni, qui tollit pecora mundi. Ecce surrexit caro Christi, & flos campi de scrobe sepulchri: & apparuit in horto lilyum conuallium, cum ad sepulchri nouam scrobem gaudiorum nuncii descendant angelorum. Venit Maria sepulturæ portans aromata, & inuenit in sepulchro sua via resurrectionis vnguentia, non ut vnguet corpus dominicum, sed ut chrismate perfundaret capita renatorum. Venit ad monumentum, restimat clausum, & inuenit ad ianuam sepulchri vela pendetia linteorum. Dieunt ei angeli, Mulier, quid ploras? quem queris? Iesum queris intra petram, qui iam confregit mortis gehennam? Quid queris Maria, plantatam vitam veram? Ecce de palmitis suis mortuorum paratur tibi in horto renouata videntia. Non audiisti Prophetam dicentem: Filii tui sicut nouellæ oliuarum? Ecce sunt circa altare dominicum infantes per medium florescentes aquarum. Quid est ergo Maria? Quem queris? Non est hic. Surrexit enim, sicut dixerat vobis: Vide, aspice linteamina, nil est quod terreat.

Ioan. 20

Psal. 147

F 4 Lintea

Linteamina enim Christi, sepultura est peccati tui: vnde extergas lachrymas luctus tui, & sudorem refrigeres desiderii tui. Videbis in paradyso, quem queris in monumeto, accessit, recessit, profecit: quem quererebat inuenit. Aspicit & estimat hortulanum: quia vere ab ipso suscepit noua plantaria renatorum. Domine, inquit, requiro a te edoce me. Et si aestimo hortulanum, non facio calumniam, dum requiro vitam meam. Si tu sustulisti dominum meum, indica ubi posuisti eum. Nunquid vidisti quem dilexit anima mea? Si tu es fur corporis domini mei, esto consolator luctus mei. Si tulisti eum, partiamur simul: & de te & de me gaudebit genus humanum. Si tulisti, non avaritia appetisti, sed misericordiam dilexisti. Tantum per te ostende locum, ego paro humeros meos, & tollo tecum. Stet hortulanus, & tacet. O vere hortulanus dominus Christus, qui levavit plantaria de gehenna, quae antiqua obruerat sepultura. O vere hortulanus, qui eradicauit mortem, & introduxit secum ad paradysum latronem. O hortulanus, vilis quidem specie, sed dulcis in voce. Iam simplex est horti ianua: nulla ibi de terrore custodia, ideo libenter interrogat secura Maria. Suspicio, inquit, quia Iudei tulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum: sed quia te vis deo, te interrogo, a te discere desidero quod requireto. Et dominus Mariae dat vocem, & indicat veritatem: Labia iusti distillant melle, & obumbrant vnguenta Mariae. Quae cum meliorem accepisti odorem, exclamauit in voce, Rabboni! quod interpretatur, magister. Et adorauit eum: & fundens lachrymas, & querens tenere genua eius, dicit a eam Iesus: Noli me tangere, nondum ascendi ad patrem meum: hoc est, iam fide viuis, spiritus te viuiscat. Resurgit Christus a mortuis, credi debet, non tangi. Qui eius desiderant tenere genua, accedant ad eius altaria. Noli me tangere, ne cum enim ascendi ad patrem meum. Et illa dixit, Domine, quare non mihi permitis ut te tagam: vel fimbria vestimentorum tuorum

tuorum ego non debeo tangere, quam tangebant agroti, & sanabantur. Tu in ligno pependisti, & in sepulchro iacuisti, tu paradysum reserasti. Admitte me ad hortum deliciarum tuarum. Sanasti Heuam, exhibilari Mariam: ostende mihi vitam tuam, laetifica me de vindemia tua. Et dominus, Vade, inquit, ad palmites meos apostolos, vt occurrant in Galilaea: et ibi tibi apparebit plena vindemia. Ecce igitur de Christo resurgentem, & de sarcenatis apostolicis trismaphauit Galilaea. Ecce de domino & infantibus tanquam de vite, & palmitibus, hodie laetatur nostra mater catholica ecclesia.

## DE RESURRECTIONE, SERMO VII.

**L**icet omnes solennitatis, dilectissimi, quae in ecclesiis pro dei honore celebrantur, sanctae sint atque venerabiles, tamen hodierna dominicae resurrectionis dies, peculiarem festivitatem habet. Ideo vtique quia omnes alij dies viuentiam in se tantum continent gaudium: haec etiam letitiam defunctorum. Communis est ergo infernis simul ac supernis ista festivitas: quia resurgens dominus a mortuis, & illic festivitate dedit, ubi mortem vicit: & isthic ubi victor a morte remeauit. Et ideo bene Psalmista loquitur de hac peculiariter die, dicens: Hic est dies quem fecit dominus, exultemus et psalmus. Laetemur in eo. Prænuncians enim dominicam resurrectionem, non supernis tantu, sed & infernis, diem salutiferæ exultationis indixit. Descendente in tenebris inferorum caliginem domino, etiam illic tunc absq[ue] dubio dies splendidissimus fuit: ubi salvator illuxit. Vnde pulchre Euangelista, qui modo lectus est. Et lux, inquit, in tenebris lucet: & tenebrae Ioann. i. eam non comprehendenterunt. Quia licet in tenebras dominus descendenterit, tenebrarum tamen obscuram non sensit. Tenuit in illo noctis horrore inviolabile maiestatis sua splendorem: luxit sempiterna natura splendore, ac sic non lux a nocte, sed nox a luce superata est. Laetemur ergo dilectissimi & exultemus in domino: hodie enim nobis data est a domino lux sa-

## 90 DE RESVRCTIONE

**Psal. 11.** lutis secundū illud, quod idē Psalmista in cōsequen-  
tibus ait: Deus dominus & illuxit nobis. Et quid  
adhuc addidit: Cōstituite, inquit, dīc solennē in con-  
frequentationib⁹, vñsq ad cornu altaris. Completū  
etīa hoc hodie in ecclesia dei video. Nam cū vñque  
ad cornu altaris omnia religiosis conuentibus ples-  
na sint: ipsam scripturā sanctæ ecclesiæ plenitudo cō-  
pleuit. Dies ergo hic dilecti, dies est resurrectionis  
& vitæ. Reddit eū per quadragesimā gratiore dele-  
Etābilior fidei gratulatio: qua ad tristitiam reorū iū-  
Eti sunt dies remissionū: vt patientia vñq; statim re-  
muneratio consequatur, secundū illud: Qui seminat  
in lachrymis, in gaudio metent. Quicunque ergo se-  
minasti in lachrymis, capite præmia exultationis.  
Sciat se vñusquisq; quo maiora seminavit semina  
fletuum, maiores fructus capere gaudiorum. Specie-  
s ergo futurarum beatitudinum iam in presenti-  
bus continetur. Sicut enim nunc est relaxatio post  
districcionē, sic in futuro erit requies post laborem.  
Vnde obsecro dilectissimi, cum vniuersam ecclesia  
am, præcipue tamē vos, qui in nouā salute regenera-  
ti candida indumenta sumplisti, vt munus quod ac-  
cepistis, purum immaculatumq; teneatis: vt nitore  
vestri habitus etīa in conuersatione seruetis: tam cā-  
dida sint corda vestra, quam vestimenta vestra. Au-  
distis euangelistam dicente hodie, quōd quicunq; in  
deum credunt, hi filij sunt dei. Dedit enim, inquit, nō  
lios dei fieri, his qui non ex sanguinibus, neq; ex vo-  
luntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo na-  
ti sunt. Ergo & vos non estis nunc ex carnis conce-  
ptu editi, sed ex deo patre generati. Superest vt con-  
seruetis sanctæ vitæ conuersationē, sanctæ regenera-  
tionis dignitatem, & vere iuxta id quod Apostolus  
ait: Sicut modo geniti infantes rationabiles sine do-  
**Ioan. 1.** lo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem. Et  
**1. Pet. 2.** pax dei quæ superat omnēm sensum, custodiat cor-  
**Philip. 4.** da & corpora vestra, per dominum nostrum Iesum  
Christum, qui cum patre & spiritu sancto vivit &  
regnat in sœcula sœculorum, Amen.

68

## SERMO VIII.

91

## DE RESVRSECTIONE, SERMO VIII.

**P**Aschalis solennitas dilectissimi hodierna die  
festiuitate concluditur: & ideo hodie etīa neo-  
phytorum habitus commutatur, ita tamen ut  
candor qui de habitu deponitur semper in cor-  
de teneatur, in qua quidē re obtinenda primum id  
nobis iam nunc agendum est dilectissimi: vt quia  
Quinquagesimæ dies sunt, id est indulgentiæ & res-  
missionis, ita nobis sanctorū dierum festiuitas agas-  
tur, vt relaxatione corporum, puritas non corrum-  
patur animorum: sed potius abstinentes ab omni lu-  
xi, ebrietate, lascivia, dantes operam sobrie remissi-  
oni, ac sanctæ synceritati, id efficere tentemus: vt  
quicquid non adipiscimur, mentiū puritate quāra-  
mus: & sane debemus hoc nō utilitati tantū nostræ  
& saluti, sed etīa festiuitate ipsi ac tēpori. His enim  
diebus dñs post resurrectionē videndū se apostolis  
fuis, tenendum, amplectendum, perfruendumq; con-  
cessit. Vnde cum solennitas quinquagesimæ & ex-  
eo constet quōd nunc dominus cum discipulis præ-  
fens fuit: scire nos cōuenit, q; ita demū nos vere so-  
lenies sumus, si solennitate sic vtimur, vt præsentē  
deum habere mereamur. Quæreris forte vnde id fieri,  
aut quomodo possit, vt deus præsens sit: neq; te ad-  
miratio rei huius ac magnitudo deterreat: actus tan-  
tum nostros & conscientias cogitatēnam res hæc  
in sola vitæ probitate consistit. Scitote, quōd si vos  
præsentie Dei iam dignos redditis, præsentem deū  
iam habere coepistis. Inuocantes se deus sequitur, &  
trahit, & non repugnat. Sanctos diligit, flagitosos  
fugit. Nemo de possibilitate rei huius conqueratur.  
Is enim præsentem dominum non habet, qui domi-  
num abesse compellit. Nemo absentia Christi susti-  
net, nisi qui præalentiam non requirit. Multi sequi pu-  
lant, sed aliud est vere quærere, aliud præsumpto-  
nem habere quærerentis. Nonnulli enim ex fratrib⁹  
nostrorum numero dilectissimi, festiuos se esse du-  
bitant, nisi gulæ, nisi ventri, nisi luxuriæ satisfecer-  
tint. Dicendum nobis cū libertate est: Non est hoc  
fratres

## 92 DE RESVRCTIONE

fratres festiuitatem colere dei, sed coinqunare. Vul-  
tis ergo scire quid sit hominem festuum esse? Imita-  
mini in aliquo illos, qui primi hac festiuitate vni-  
sunt, dico sanctos dei: quorum semper fuerunt, ut le-  
gimus, dies sobrij, noctes pudicæ, sanctæ vigiliæ, so-  
por castus, actus probi, conueratio honesta, vita se-  
bi ex omni parte consentiens; neq; illos sequamur,

**Philip.3.** quorum, vt Apostolus ait, fims est interitus: quoru-  
deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui  
terrena sapiunt. Hi enim dilectissimi diuinis solen-  
nitaribus non intersunt. His sacrae diei festa non sa-  
piunt. Quamuis enim præsens esse videatur, re tamē  
abest, qui conuersatione disiunctus est. Horū lētitia  
dilectissimi lachrymabilis: horum exultatio luctuo-  
sa, non placans dominū, sed exacerbans: quia quam  
libet quis solennitatem pro honore diuino celebras-  
re se credit, festiuitatem dei q; in probris agit, iniur-  
ia est. Vultis scire me verum dicere, audite de hoc

**Eph.1.** loquentem deum: Si attuleritis, inquit, similagine,  
vanū est: incensum abominatio est mihi. Neomeni-  
as vestras & sabbata vestra odit anima mea. O inse-  
lix, miserandaq; perditio. Et qua, tan dē alia re places-  
re deo potuerunt, cum ipsi diuini cultus latrā displi-  
ceant? Quia ergo his propiciandi reatus spes est: qui-  
bus propiciatio ipsa vertitur in reatum? Videtis er-  
go fratres quantum sit inter veram falsamq; festiui-  
tam discriminis. Aliud siquidem honor, aliud cō-  
tumelia. Aliud placere deo, aliud offendere. Si vul-  
tis ergo vera solennitate vti, si veris gaudiis frui,

**Philip.4.** gaudete, vt Apostolus ait. Sed gaudete in domino  
semper. Sicut enim quædā, vt scitis, sunt turpia gau-  
dia: ita qui in domino vult gaudere, flagitiola oport-

**Ephes.5.** ter gaudia nō requirat. Et nolite, inquit, Apostolus,  
inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini  
spiritu sancto, loquetes vobisip̄lis, in hymnis & cā-  
ticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordis  
bus vestris domino. Hæc est firma mentium lētitia  
& vera. Hæc exultatio sancta, hæc deo digna festiui-  
tas. Sic plāne solennes simus: sic in aliqua' Apostolo-

rum

## SERMO VII.

93  
rum similitudine festa celebremus. Sic etiam illud  
Apostolicum munus assequamur, vt præsentem de-  
ūm habere mereamur.

## DE RESVRCTIONE, SERMO IX.

**P**Ost dies octo iterum erant discipuli eius intus, &  
Thomas ille, qui tunc cum eis non fuerat, quando  
gauisi sunt discipuli viso domino: & qui referentis  
bus postea discipulis dixerat, nisi videro fixurā cla-  
veram, & mittam digitum meum in latus eius, non cre-  
dam.] Hoc ergo hodie, id est, octauo post resurre-  
ctionis die, cum discipulis reliquis posito, venit Ie-  
sus, ianuis clausis. Sic oportuit venire, vbi cor incre-  
dulitate clausum erat, fidei luce reserandum. Nō im-  
merito ergo etiam octauus dies pari aut penē pari  
deuotione celebratur: qua ille celebratus est, à quo  
octauus iste numerat. In illo enim resurrectio acta,  
in hoc confirmata est, nec minus lata atq; tenebrosa  
hic incredulitatis ianua, quam illic inferni porta per-  
impitur. Venit ergo, inquit, Iesus, ianuis clausis.  
Est quod nos quoq; cum Thoma dubitemus, nisi fa-  
cta respiciamus autoris. Sed si detum esse, de quo lo-  
quimur, cogitemus: cui nihil inutium, cui humanum  
quoque pectus peruum cōfitemur: cuius hoc idem  
corpus clausis ostiis in ipsa statim salutatione, Pax  
vobis, conspicuum spectabatur discipulis: hec si ins-  
dubia fide credimus, ab omni questionis scrupulo  
liberamur. Hanc ergo nobis fidem afferat, hanc à no-  
bis reposcat, hanc in nobis inueniat, hanc relinquat.

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum buc, & vi-  
de manus meas, & affe manum tuam, & mitte in latus  
meum, & noli esse incredulus sed fidelis.] Non est meu,  
meos iudicare phantasmatæ, vanam imaginem vie-  
fus si timeret, veritatem corporis manus & digitus ex-  
ploret. Potest fortasse aliqua oculos caligo decipere,  
palpatio corporalis veru corpus agnoscat. Spiritus,  
inquit, carnem & ossa non habet, sicut me videtis  
habere. Quod hostia clausa penetraui, sola est virtus  
diuini spiritus, non sola carnis substantia. Alioquin,  
quid protulit me suscepisse hominem, si piguit luscis-  
tas?

**Ioan.20.****Luc.24.**

94 DE RESVRREC. SERMO IX.

tasse? Respondeamus ergo & nos, & fateamur cum Thoma id, quod miraculum diuinæ virtutis exposcit. *Tu dominus meus, & deus meus.* ] Nobis enim ille dubitauit, nobis explorauit, nobis credidit, nobis in illo dominus manus & lateris vulnera contracta da permisit. *Dicit ei Iesus: Quia vidisti me, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt.* ] Habemus igitur & firmitatē palpata credentū, & beatitudinem nō visa credentū. Scripta sunt, inquit, vt credamus quia Iesus est Christus filius dei: & vt credentes vitā habeamus in nomine eius. De consequenti verō, quā modo audiuimus, manifestatione eius, illud aduersisse sufficiet: q̄ qui nocte tota inuaniū retia, arbitrio suo missa indifferēter incerto latere detraxerūt, in verbo domini luce iam tediata, missa in dextrū latus plena traxerunt. Illud vero quod in hac eadem manifestatione, cī discipulis, sicut aliis etiam evan gelij locis ante passionem refertur, cibū sumplūt, suspicione phantasie penitus auertit. Neq; enim post resurrectionē corpus illud sustentaculūs ciborū indiguisse credendum est: quod iam maiestas sola vegetabat. Traxerūt ergo in terra rete, plenū non promiscuis, sed magnis piscibus: ex quibus nullū prouiceret electio. Quid aut̄ significet tā sublimis ista pista, & quia non est scilicet rete sequentia declarat. Sic si trahuntur retia, quæ in dei verbo ac voium te mittuntur, captura magna est, scissura nulla. Illi pescatores erant, quibus salvator dixerat: Venite post me, & faciam vos fieri pescatores hominū. Quæ ergo istis hominum pescatoribus retia, nisi doctrina firmissima veritatis, quam mendacij scissura nō violat? Monet me in istis pescatorū verbis contentiens alterius loci relatio. Nā simpliciter in passione dñi refertur tunica ipsius ab his, qui sibi vestimenta eius diuidebant, nō fuisse scissam. Ergo nec doctrina apostolica, quæ in his Apostolorum retibus figuratur, nec vestis dominica pati vñquā potest scissure vñlīus fœda dispendia. Vbiq; igitur aliqua doctrina scissura cōspicitur, ibi non potest dominica vestis,

*Iohann. 20.*

*Mat. 4.*

*Iohann. 18.*

DE ASCEN. DOMINI SERMO 95

hec magnoru, vt ait, piscium capture cognosci. Cauete itaq; dilectissimi, scissa illa ab integritate catholice fidei hæreticoru dogmata. Dominū nisi integra vestis non capít, fideles domino non nisi integritatis capture constringat. Cauete dilectissimi: multæ enim scissuræ sunt, ne quis aliquando ad schismatum pannos ab huius vestis integritate defiscat. Multi fidelium in captiuitatē deueniunt, multi hereticos dominos sustinere coguntur. Sed si nō coguntur ad sacrificia, quid refert si coguntur ad sacrilegia? Sit ergo fidelibus etiā captiuitate corporis, fidei libera, priuata cōfessio. Hæc in singulis, & quod pecius est, frequens familiaris est. Captiuitatis persecutio, si non desit fides, potest imputari martyrium, in domum nostrum Iesum Christum, cui est cum patre & spiritu &c.

DE ASCENSIONE DOMINI SERMO.

Vando autem de cruce, nostra processit oratio, foris ciuitate, solennitate celebravimus; & nunc de crucifixi ascensione tractamus, præclarum diē & omni lætitia coruscante, fines ciuitatis egressi summa cum gratulatione celebramus. Et hoc non ad contumeliam ciuitatis, sed ad honorem obseruatur sanctorū, ne nos causa disimulacionis accusent dicentes, q̄ pro domino sensimus vniuersa tormenta, vexantū manibus nostra vidiimus ossa carne nudata, patientia nostra tortor cessit iratus, libenti animo pro Christo noster sanguis effusus est, decisa capita sunt pro eius gloria. Hæc omnina meruimus sustinere, nec mysteriorum arcana in nostris tabernaculis celebrantur. Ideo dilectissimi fratres hodie ad loca conuenimus beatorum, ad sanctorum habitacula festinamus, vt conuentus noster, ipsorum quoque præsentia clarior redderetur: non enim in hoc theatro martyres tantum præsunt, sed & angelorum instantia locus decoratur. Nam et angelii præfunt: si martyres videre desideres, si angelos cupis inspicere, aperi oculos fidei, & illud tibi theatrum facile demonstratur. Nam cum in omni acre

## 96 DE RESVRRECTIONE

aere angelorum multitudo versatur, multo magis in ecclesia, multo amplius hodierno die, quando eorum dominus ascendit in cœlum. Et vt scias quod angelii vbiq; versantur, audi quod Paulus feminine pudori prospiciens ait, Debent mulieres velamen habere supra caput, propter angelos. Et iterum Iacob: angelus, ait, qui liberauit me a iuuentute mea. Et illi qui cum apostolis erant, aiunt ad Herodem, Angelus ipsius est. Et Iacob, Vidi, inquit, castra angelorum. Et merito angelorum castra videbantur in terra. Nā sicut Imperatoris optimi prouisione vrbes omnes, vniuersæ ciuitates, castella singula, manu militari aduersus hostilem muniuntur aduentum, & omnia loca diligenter armantur, ne barbarica incursione deleantur: ita & deus, quoniam barbara & agresti mente rabientes demones, ad pacis euersione vbiq; versantur, ad tutelam nostram constituit exercitus angelorum, vt eorum presentia dæmonum confringatur audacia, et per eos nobis pacis gratia ministratur. Vides quod & angeli præfunt, consistunt martyres, & vbiq; nobis præparatur auxilia: quid igitur miserius illis est, qui conuentu istum splendidū derelinquent? & quid vobis beatius, qui ad tantam solennitatem concurrere voluistis? Sed fortissima martyrum facta alio tempore declaremus, & ad propositum redeamus. Hodie nostra dilectissimi fratres deo sumus mira reconciliatione sociati, hodierna die humanum genus cœlestem misericordia merefuisse cognoscitur, hodie vetus illud iurgium diffolutum est, sedatum pristinum bellum, hodie nobis pax miranda donata est, que nunquam sperabatur posse concedi: nam nulla spes erat deum humanæ velle reconciliati naturæ, non quia dominus inhumanus, sed quia seruus negligentia videbatur opprellus: nō quia crudelis dominus, sed quia contumax seruus est. Vis audire quod nostro vitio deus ad commotum non prouocatus est, quod nostra culpa inasius dominus videtur iratus? disce singula, & ratiocinus dominus videtur iratus? disce singula, & ratiocinus nem' cause cognosce, vt cū sedatum iuris iurium bellū,

z.Cor.ii.

Gen.48.

## DE ASCEN. DOMINI SERMO 97

iurgiū dissolutum, & humanum genus summo honore decoratum, diuinā gratiam misericordiamq; merearī, & perpetua deum benedictione sanctifices. Aliquando deus de humani generis confusione cogitat, & intantū eius ira processit, vt viros & fœminas, senes & iuuenes, feras & pecora lucis priuare di spofūsser aspectu. Et ardi diuinæ verba sententiæ: Delebo, inquit, hominem, que feci, à facie terræ, & bestias & pecora: quoniam recogitavi, quia feci hominem. Et vt scias quia humana ei non fuit exosa natura, sed malitiæ nostræ ferebat horrore: postq; dixit, delebo hominem quem feci à facie terræ, dixit ad hominem, Tempus omnis hominis venit ad me. Et si hominem haberet exosum, non loqueretur ad hominem, nec dignum eum suo sermone secisset, nec diuinū eum percipere concessisset auditū. Sed vide Dei misericordiā. Hominem quadam satisfactione consolatur, & causas ei future calamitatis enarrat, nō vt homo causas discat, sed vt narrando aliis multos meliores efficiat. Quid dicēbā, hoc est, intantum humanum genus pessime conuersabatur, vt ipsius terræ habitatione carere speraretur. Sed & nos qui & terra videbamur indigni, hodie eleuati sumus ad celū. Qui nec terrestria merebamur, cœlestē regnū merui mus possidere. Cœlorū transiimus fines, & ipsa se de regali decoramur. Et natura cuius causa Cherubim seruabat paradisum, à Cherubim summo cū honore susceptra est. Sed hoc mirabile quemadmodum factum est, videamus: & quemadmodū nos qui tantum offendamus clementiam, vt & terrestribus priuaremur, excelsa tenuimus, & alta meruimus posidere, quemadmodum sedatum iurgium & illa visione, qui cū offenderamus, sed postulatu eius, qui iuste fuerat nobis iratus, pax facta est. Pro Christo namque, ait, legatione fungimur, tanquam deo rogante per nos. Quid hoc est? ipse rogat qui iniuriam passus? Valde inquit, nam deus clemens est, & ipse tanquam Pater misericors deprecatur. Et vide qui medius est,

Gen.6.

z.Cor.3.

X G qui

## 98. DE ASCEN. DOMINI SERMO

qui reconciliator accessit. Non angelus, non archangelus, sed ipse filius deprecatur. Et sicut duobus iuris separatis, unus in medio positus altercantiū, hinc discordiamq; dissoluit; ita & Christus fecit. Deus nobis iuste iraicebat, & contemnebamus iratum, & clementem dominum declinabamus, & se medium Christus ingessit, & sociauit vtraque natura. Et nobis quod imminebat a patre supplicium, ipse sustinuit. Vis discere quod & inde supplicium, & ex hinc insultationem ipse sustinuit. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictū. Vides quod imminens celeste supplicium ipse sustinuit, disce quod & terrestrem insultationem ipse toleravit, cum dixit, Opprobria insultantium cedent super me. Vides quemadmodum sedavit iurgium, quemadmodum legem ipse dissoluit, nec ante discessit, sed multa fecit, multa sustinuit, ut inimicū reconciliaret, & hostem deo sociaret, & amicū faceret, qui multo tempore fuerat inimicus. Et horum omnium beneficiorū hodiernus dies materia fuit, & tamen quā primitiā naturæ nostræ deo dedit. Et sicut de campis segetibus decoratis, si quis collectas spicas obtulerit deo, omnem campo benedictionem reportare perspicitur; sic & Christus per illud corpus suum benedici nostram naturam. Sed cur non omnem naturam leuauit ad cœlum? Scilicet quia non videtur esse primitiæ, cum totum offertur, sed cumbreue offertur. Breui enim oblatione totum benedicitur. Sed inquis, Si primitiæ sunt, primum factu hominem ad cœlu debuerat eleuare: Primitiæ namq; sunt, quod primū offertur. Primiū qd pullulat, no est hoc primū factu. Nam imbecillis fructus nullus est, sed fortis & validus ipse debet offerri. Quia igitur ille fructus peccato fuerat alligatus, & peccati crimen tenebatur: ideo non leuatus est, licet prior factus esse videtur, sed is qui postea factus est. Et ut discas quod ille fructus primitiæ facit, qui robustus & validus, & summa maturitate florescit, testimonium te dñi domini.

*Psal. 68.  
Rom. 15.*

*Lxx. 19.*

næ lectionis poterit edocere. Si intrabis in terrā quā

## DE ASCEN. DOMINI SERMO 99

dominus deus tuus tibi dabit, inquit Moses ad populum, & plantabis in ea omne lignum, quod facit fructum ad edendum, tribus annis depurgabis fructū eius, quarto vero anno fructus sanctus erit dominio. Ergo si primitiæ sunt quod primo profertur, primi anni fructus domino debebamus offerre. Sed ille ait, tribus annis non purgabis fructum eius, sed dimittes illud: quia nondum arbor valida firmitate robatur, nec fructus aliqua maturitate florescunt: sed Quartus, inquit, annus sanctus erit dominio. Vide legis conditoris prudentiam, fructum primum nec manducari permittit, ne ante deum quisquā eū percepire videatur: nec offerri concessit, ne deo immaturus offeratur: sed dimittit, inquit, quia primus est: nec offeras, quia oblationi nondum dignus est fructus, nec accipienti conuenit immaturus. Et hęc verbis dicta sunt propter corpus quod Christus obtulit, gitur nostræ naturæ primitiæ obtulit patri, & oblatum donum miratus est pater, quod & tanta dignitas offerebat, & quod offerebat, nulla macula fecerat. Nam & suis manibus suscepit oblatum, & sua sedis fecit esse principe, & quod plus ad partem suræ dexteræ collocauit. Cognoscamus quis est ille qui in audiuit, Sede ad dexteram mea: quę natura est cui deus dixit, Esto meæ particeps sedis: Illa natura est quę audiuit, terra es, & in terram ibis. Nō enim ad oem gloriam cœlos transisse sufficerat, non cū angelis stare: sed cœlos transiuit, supra Cherubim ascensit, ultra Seraphin elevatur, nec ante stetit, nisi sedē dominicam meruisset. Vide quod spatium cœlū separatur a terra, immo terra quanto ab inferis est, & ipsum cœlum quanto ab altiore cœlo separatur, & de altiore cœlo ad angelos quantum spatium est, ad superiores etiam potestates, ad ipsam quoque dominicam sedem. Per hęc omnia natura nostra eleuata est, ut homo qui loco tam humili tenebatur, ut descendere non posset ulterius, ad tam excelsam sedem eleuatur, ut altius nō posset ascendere. Et hęc ostendens Paulus dicebat: Qui descendit, ipse est qui ascedit. Et iterum;

G 2 iterum;

*Eph. 4.*

100 DE ASCEN. DOMINI SERMO

iterum: Descendit ad inferiora terræ, ascendit super omnes celos. Discite igitur qui ascendit, & quæ natura leuata est. In hoc enim cupio remorari seruorum, ut humani generis commemoratione diuinâ clementiam cum omni admiratione discamus, quæ sumnum honorem, magnanip̄ gloriæ nostra naturæ largita est. Terra & cinis eramus, sed hoc nostrum vitium, sed naturæ imbecillitas fuit, irrationalibus insensatores fuimus. Comparatus nanc̄ est, ait, homo iumentis insipientibus, & similis fuitus est illis. Et peius est comparari, quam nasci. Nā naturaliter non habere rationem tolerabile est, verū rationis decoratione decoratum, irrationali naturæ comparari, voluntatis est crimen. Et quando audis, quod homo comparatus est iumentis: non arbitraris, quod eum irrationalibus similem voluit demonstrare, sed longe peiores, non tantū quia homines facti ad irrationalia ad maiorem clementiam properauimus: (Et hoc significans Esaias dicebat: Cognovit hos possessorum suum, & asinus præcepit um domini sui, Israel autem me non cognovit.) sed ut peiores conuersationem erubescamus. Vbi enim abundauit peccatum, superabundabit & gratia. Vis des quod iumentis irrationaliores fuimus: cognovit bos possessorum suum, & asinus præcepit domini sui. Vis & aibus nos irrationaliores inueniri? Turtur & hirundo, agri palleres agnouerunt temporaria ingressus sui: populus vero meus non cognovit iudicia dei. Ecce iumentis, ecce aibus deteriora sentimus, & irrationaliora cogitamus. Vis amplius nostram intenire naturam? Formicarum nobis gesta narravit, & earum nobis imitationem ostendit. Vade nanc̄ ad formicam, & piger, & emulare vias eius. Formicarum sumus facti discipuli, formicarum emulatōne viuimus, formicarum conuerſamur ex eius. In tantum amissimus, humanæ naturæ coniunctionem, in tantum humane mentis aliena sentimus, qui ad similitudinem dei facti monstramur. Sed non reus est ille qui fecit, sed nos qui contemptus in ma-

Psal. 48.

Esa. I.

DE ASCEN. DOMINI SERMO 101

gine perdurare. Sed quid de formicis dico? Lapidibus insensatores facti sumus. Et hoc tibi valido testimoniō monstrabo. Audite, ait Micheas, fundamen̄a terra, quia iudicium domino contra populu suū. Quid ait? Contra homines tibi iudicium est, & testes terra fundamenta, ut inter diuinū humanumq̄ iudicium audiant, judices inquitatur? Valde, inquit, nam lapidibus homines insensatores esse noscuntur. Vides quod totius malitiae fines excessimus? asinus & iubus irrationaliores ostendimur, sensu volatitudinum superamur, nec ipsis lapidibus comparamur, sed serpentium malignitates imitamur. Furor nanc̄ aut, eorum ad similitudinem serpentis, venenū aspidum sub labiis eorum. Et quid de mutis animalibus loquimur, vbi etiam ipsis diaboli filii nuncupantur? Vos nanc̄, ait, filii diaboli estis. Sed tamen nos qui sensum non habebamus, qui contumacia grauabamur, qui nec lapidibus comparabamur, qui vicebamur ab omni natura, qui despicii videbamus, qui contemnebamur: & queq;admodum loquar ignoro, quo sermone vrar, quo verbo dicā reperire non possum: natura fragilis, natura contempta, & omnibus monstrata deterior, omnia vicit, omnia superauit, & omnibus hodierna die meruit excelsior reperi. Hodie angeli vota diu desiderata receperunt, hodie archangeli, quod multo tempore cupiebant, inspicere valuerunt: naturam nostram ipsis in sede dominica immortali gloria fulgentē peruidērūt. Hoc enim affebarant angeli, hoc desiderabant archāgeli, & si eos natura humana largito sibi honore superabat, attame nostris beneficiis gratulatur: nā etia nostris dolebant suppliciis. Et quando punierunt, ipsi quoq; nimia tristitia tenebatur. Et Chen rubin licet paradisum custodiebat, tamē nostris suppliciis tristabatur. Et sicut coherens bonus, cū à domino custodiendu coherens suscepit, satis facit quidē dominice iussioni: sed ramen pœna conseruū nō olore coteritur, & seruitutis necessitate costringit, animi nō respuit charitatem: Sic & Cherubin

Mich. 6.

Psal. 57.

Ioan. 5.

## 102 DE ASCEN. DOMINI SERMO

meruerunt quidem custodire paradisum, sed dolebant honore custodiæ. Et ut hoc facile possis aduertere, ex hominū affectione condisce, quos conseruārū calamitates inspicimus condolere. Et si seruant homines charitatem, multo magis illæ potestates nostris suppliciis commouentur. Nam & iusti dolebant peccatorū suppliciis, & licet merito poena inferebatur, tamē dolores incitabat tristitia. *Nā & Mo*

*Exod. 32.**Ezech. 9.**Hier. 30.**Luc. 15.**Luc. 2.*

ses post idolorū cæremoniā dicebat: Siquidem dimittis illis peccati, dimitte: sin autē, & me dele de libro quem scripsisti. Quid hoc est? Contumaciam vides, & pro impiorum supplicijs deprecaris. Ideo inquit, doleo: deprecor, quia digne cruciantur, quia merito puniuntur, quia ipsi sunt sui causa supplicij. Et Ezechiel cum angelum populo videret inferensem summa supplicia, cum nimia lamentatione clamauit, dicens: Heu mihi domine, quoniam deles tu reliquias Israel. Et Hieremias: Castiga nos domine in iudicio tuo, & non in ira tua, ne nos paucissimos facias. Et cum Moses & Ezechiel & Hieremias darent, quanto magis illæ potestates nostris calamitatibus commouentur. Et ut scias quod nostris malis doluerunt, ex eo disce quod reconciliatione domini ca gratulati sunt: & si antea nō dolebant, nec postea gratulantur. quia gratulati sunt, Christus saluator ostendit, dicens: Erit gaudium in celo & in terra, uno peccatore conuertente. & si unius peccatoris correctione angeli gratulantur, multo magis cū ad celum hodierna die primitias hominū viderint clavare naturam. Et alia ratione condisce gaudiū cœlum porestati, quando dominus noster Iesus Christus natus est secundum carnem, cum reconciliatum hominē viderent (nec enim aliter descenderet) cum summa gratulatione in terra clamabant: *Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis:* vt discas quod ideo glorificant, quia terram, a qua bona sunt, receperisse lètantur. Declarant & causam, dicentes: In terra pax hominibus bonæ voluntatis: Hominibus qui rebellati sunt, qui iniurici fuerunt,

## DE ASCEN. DOMINI SERMO 103

tunt, qui alienati erant, qui cōtumaces iudicati sunt. Vides quemadmodū in alienis bonis gratulantur, imo in suis? Nam nostra bona suas utilitates arbitrantur. Vis discere quod cum ascenderet, gratulabātur, & nimis gaudio exultabant & descendebant frequenter. Et hoc proprium est cupientiū videre in opinatum spectaculū: & vt scias qd ascendebant & descendebant, Christi te verba, consilium, qui dicit: Amodo videbitis angelos dei ascendentēs & descendētēs ad filium hominis: & iste semper amans um mos est, & cupientium solita consuetudo. Vnde nec tempus expectare disdicerunt, sed festino amoris ardore, & delectatione præueniunt constitutū: ideo ascendunt, idco descendunt, & cum omni festinatio ne nouit & incredibile spectaculum videre desiderant. Nam quid hoc mirabilius est, quando homo qui contemptus fuerat, videtur in celo? Ideo & quādo nascetur dominus noster, quando resurreget, exultabunt angeli, & hodie quando ascendit ad celum. Ecce enim duo, ait, in alba ueste, vt ex ipsis indumentis gratulatio monstraretur, dixerunt ad discipulos: Viri Galilei, iste Iesus, qui ascendit a vobis in celum, sic vixit quemadmodum vidistis eum in celum eunem. Hic auditum mihi omni cū diligentia comindata. Cur haec dicta sunt? Nunquid oculos discipuli nō habebant? Nunquid non videbant quod gerebatur? Nunquid non dixit euan gelista, quia videntibus eis ascendit in celum? Cur igitur angeli eis dicebant quod factum est? Quid eis monstrabant quod ascendit ad celum? Propter has scilicet duas causas. Vnam, quia dolebat Iesu discensione desolati: & quia dolebant quod ad eos dicitur: Nemo me interrogat de vobis, quo vadis & sed quia dixit, tristitia implevit cor veltrum. Et si amicorum seu cognitorum separatione tristantur, quāto magis saluatorē, magistrum, dominum misericordem, piūm, mansuetum, cum a se viderent separari, non omni cum dolore tristabantur. Ideo stabat angelus, & ascensionis tristitiam regressionis comminatio

*Ioan. 13.*

## 104 DE ASCEN. DOMINI SERMO

*Act. 1.*  
ratione consolabantur, & separationis dolorem ad uentus futuri pollicitatione sedabant. Nam aiunt: *Iste Iesus qui ascendit a vobis, sic venier. Doluitis, inquit, quia ascendit, sed dolere desinite, nam iterum veniet.* Et ne hoc faciant quod *Helisaeus fecisse docetur, conscidit vestimentum cum magistrum vidisse ser eleuatum ad cœlum.* Nec enim habuit presentem angelum, qui *Heliam promitteret aduenire.* Ne igitur & isti hoc faciant, ideo angeli stabant, animas eorum tristitiae solatio eleuantes. Et haec quidē una causa est præsentia angelorum. Erat & alia causa non minoris rationis. Nam addiderunt, *Qui ascedit ad cœlum: & quia longum spatium de terra tenebatur ad cœlum, & oculorum acies portatum corpus ad illam altitudinem minime poterat peruidere: sed sicut auem si altiora petat, deficit aspectus inspicere, & noster oculus volatu vincitur celsiore;* sic & illic corpus quanto ferebatur ad summam, tanto oculos videntium aspectus imbecillitate incidebat, deficiente natura altiora conspicere; ideo stabant angi ter cœlestes monstrantes, ne quis arbitraretur, quia tanquam in cœlum ascendit sicut *Helias.* sed in cœlum ascendit, qui eleuatus est a vobis ad cœlum. Ideo non simpliciter hoc addidit. Et *Helias quidem tanquam in cœlum ascendit, nam seruus erat; Iesus autem ad cœlum, nam dominus erat.* Ille in curru igneo, hic in nube. Et quando seruus vocabatur, currus mittebatur ut veniret: & quando filius ascenderet, dominica sedes occurrebat, nec tantum domini, sed & paterna. Nam & de patre eius ait *Esaías:* *Ecce dominus sedet in nube leui.* Et quia pater sedet in nube, misit & filio. Et *Helias quidem cum ascenderet, melotem Heliso dimittit:* Christus autem discipulis gratiam dereliquit, quæ non vnum Prophetam, sed multos Helisos efficit, immo illo potestiores, & longe amplius meliores. Eleuemur igitur & excitemur dilectissimi fratres, & illi cogite mus aduentum. Nam & Paulus ait, *Ipse descendit de cœlo dominus in iuſſione, in voce archageli; et nos*

*1. Thes. 4.*

## DE ASCEN. DOMINI SERMO 105

*qui viuimus, qui relinquimur, rapiemur in nube, in occursum Domini, sed non omnes. Et quia non omnes rapiemur, sed aliquanti, audi quid ait Christus: Tunc erunt duæ in mola molentes, una suscipietur, & una relinquetur. Duo in lecto, unus suscipietur, & unus dimittetur. Quid haec significatio ostendatur, quid hoc secreto declaretur, videamus. Mola, pauperes inopesq; demonstrat, & eos qui vitæ labore conteruntur: Lectus, diuites & quietos ostendit, & eos qui honoribus secularibus perfruuntur. Et volens ostendere quia & pauperes aliquando liberantur, & pereunt, & ex diuītibus nonnulli liberantur, & pereunt, ait: *Quia de mola una suscipitur, & altera dimittitur: & de lecto unus suscipitur, & alter relinquitur:* significans quia hi qui peccatis obruantur, hic remaneant congrua supplicia sustinentes, iulti rapiuntur ad nubem. Nam sicut rege adueniente ad aliquam ciuitatem, hi qui honoribus & dignitatibus decorantur, cum summa confidentia non expectato eius ingressu longe ante portas occurserunt, & excipiunt aduenientem: rei autem, & criminibus obligati intra muros retineuntur, imperatoria expectaturi sententiam: Ita & quando dominus venier, iusti ei in ipso medio aere confidenter occurserunt, autem, & obruti peccatis, hic remanent expiantes iudicium. Tunc & nos rapiemur. Non membrorum numero contineri commemoras dixi, nos rapiemur. Nam non sum ad tantum sanctæ mentis aliatus, nec animæ cœcitate confusus, vt mea ipsius peccata nesciam, & meotum videar oblitus esse gestorum. Nam quia diem festum nolo meo dolore turbare, nec solennitati miscere tristitiam, parco lachrymis, parco letibus meoru peccatorum conscientia fauiciamus: ideo orationem in ipsa festiuitatis latinita terminabo, illius diei memoria derelinquens, vt nec diues sui opibus gratuletur, nec sua pauper egestate tristetur, sed unusquisq; lux conscientiae meriti spectet. Nam nec diues beatus, nec pauper miser poterit iudicari; sed is qui illius meretur asperci, ipse cœcu-*

*Simile.*

G 5 mer

*Mat. 24  
Luc. 17.*

## 106 DE PENTECOSTE SERMO.

men totius beatitudinis possidebit. Nam qui peccatis pauper est, diuitiis cœlestibus abundabit: & qui criminibus diues est, suppliciorum inopia sustinebit. Et ideo dico, ut qui in peccatis sumus, lugeamus: et qui bona conscientia viuunt, gratulentur. Sed nec isti confidant, sed caueat: nec illi lugeantur, sed corriganterur. Nam & eū licet, qui male fuerat cōversatus, mutata vita, gloriā promereri, & his patem fieri, qui semper iuste vixerunt. hoc & nos implere properemus: & qui bene viuunt, propositā conuersatione merito futuræ gloria ampliare festinēt, & confidentiā augere nō desinat: & qui peccatorū mole opprimuntur, meliore correptione mutentur, ut iustorū choro sociati eū debita reverentia imperatore suscipiamus angelorum, & illa beatitudine perfruamur, quā nos licet at promereri, gratia Domini nostri Iesu Christi, cuī quo patri gloria, imperiū, cum spiritu sancto, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

## DE PENTECOSTE SERMO.

**H**odie nobis terra facta est cœlum, non stellis de cœlo in terram descendedibus, sed **Apostolis** ad cœlos ascendentibus, quia effusa eis copiosa gratia spiritus sancti, & vniuersum orbem operata est cœlum, non immutans naturā, sed voluntate emendans. Inuenit namq[ue] publicanū, & euangelistam efficit; inuenit persecutore, & apostolum redidit; inuenit latronem, & in paradisum induxit: inuenit meretricē, & virginibus coæquauit; inuenit magos, & euangelistas ostendit: fugavit malitiā, & induxit benignitatem: exterminavit feruilem, & induxit liberratē: concessit debitu, & intulit gratiā dei. Ideo cœlum factum est terra, & hoc sc̄pius dūcens, non cessabo. Quæ enim tales stellæ sicut **Apostoli** stellæ in cœlo, Apostoli super cœlos. Quæ sursum sunt (inquit **Apostolus**) sapite, ubi Christus est in dextera patris sedens. Stellæ de igne insensibili, Apostoli de igne intelligibili: stellæ in nocte lucent, in die obscurantur; Apostoli in die & in

Col. 3.

## DE PENTECOSTE SERMO 107

nocte suis raditis, hoc est virtutibus, effulgent. Stellaris orto Sole obscurantur, Apostoli Sole iustitiae resplendente, sua claritate luescunt: stellæ in resurrectione cadent sicut folia, Apostoli in resurrectione rapientur in aera nubibus. Et in illis quidem syderibus alius Antifer, alius Lucifer appellatur: in apostolis autem nullus Antifer est, omnes Luciferi, & ideo stellis maiores apostoli. Et quicunque eos luminaria vocauerit mundi, non peccabit: non solum dum essent in corpore, sed etiam magis nunc, quando de hac vita migrarunt. Gratia enim & merita sanctorum non minuantur morte, non retardantur die, non dissoluuntur in terra, nec nocte obscurantur, nec tenebris obumbrantur, & hoc res ipsa demonstrat. Piscatores quippe erant, & illis dormientes retia operabantur. Et tunc quidem pisces capti priebat ad mortem, nunc autem homines capiunt ad falutem, claudos facientes currere, cæcos illuminantes, leprosos mundantes, daemons effugantes, testatur multitudo credentium diurna. Vinitores erant, & illis absentibus corpore vinea florescit, & borros affert. Etenim vinitores erant & piscatores, & turres, & columnæ, & medici, & duces, & doctores, & portus, & gubernatores, & pastores, & athletæ, & pugnatores, & coronas gestantes. Colubrum quidem, quoniam virtute sua ecclesiæ robur sunt: fundamentum quia in confessione ipsorum fundata est ecclesia, dicente domino: Tu es Petrus, & super hanc petram fundabo ecclesiam meam. Portus autem, quia tempestates impias represerunt. Gubernatores, quoniam orbem terrarum viam rectam docuerunt. Pastores, quoniam lupos abegerunt, & oves conseruauerunt. Aratores, quoniam spinas eradicatorunt. Vinitores, quoniam labruscas eradicatorunt, & semina pietatis plantaverunt. Medici, quoniam vulnera nostra curauerunt. Et ut discas me non incassum hæc dixisse, adducam **Paulum** in medium hæc omnia facientem. Vis eum plantatorem videre: audi: Ego plantauis,

Apol.

Mat. 16

## 108 DE PENTECOSTE SERMO.

Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Vis eum structorem videre? Sicut Sapiens, inquit, architectus fundamentum posui. Vis eum dimicantem videret? Sic pugno, non ut aerem cedens. Vis eum videre cursorum? Ab Hierosolyma & in circuitu usq; ad Illyricum, & inde ad Hispanias, & in ultimas partes repletum est euangelium Christi. Vis eum videre athletam? Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem. Vis eum videre ducent? Assumite arma dei, & induite loriam fidei, & gaudiam salutis, & gladium spiritus sancti. Vis eum videre certatem? Certamen bonum certavi, fidem seruavi. Vis videre coronatum? De cætero reposita est mihi corona iustitiae. Et cum esset unus, omnia faciebat, dominum suum imitans: etenim cum sit diuinitas unius substantiae, & immutabilis, pro nostra salute omnibus omnia fit. Tu palmes factus es, & ipse tibi vinea, sicut ipse dicit: Ego sum vinea, vos autem palmites. Promouere gressum voluisti: factus est tibi via, dicens: Ego sum via, per me si quis intrauerit, exiet, & pascua inueniet. Ouis factus es? ille tibi pastor. Ego sum pastor bonus: pastor nani bonus ponit animam suam pro oviibus. Peccator effectus es? factus est tibi agnus: Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Manducare voluisti: factus est tibi mensa. Bibere voluisti: factus est tibi poculum: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Vestiri voluisti: factus est tibi indumentum. Quoniam enim in Christo baptizati estis, Christum induitis. Sponsa fieri voluisti: factus est sponsus: Qui habet sponsam, sponsus est, sicut dixit Iohannes Baptista. Nubere voluisti: factus est tibi vir. Delpone di enim vos vii viro virginem caltam exhibebo Christo. Meretrix eras, & facta es virgo. O noua admiranda rerum commutatio. Apud seculi homines nuptia virginitatem dissoluunt, apud spirituales autem nuptias, meretricem ex gentibus accepit ecclesiam, & virginibus castiorem efficit. Iure pre-

Ioh. 15.

## DE PENTECOSTE SERMO. 109

tare mihi ò hæretice, quomodo meretrix effecta sit virgo. Hæc te nescire dicis, & disputare de Deo audaci temeritate conaris. Circumueniri non quo, sed de virum suscipio. Hæc autem omnia operatur spiritus sancti gratia, quæ large effusa est super apostolos dei. Et factus est repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis distractæ linguae tanquam ignis: non ignis, sed tanquam ignis. Si ignis, inquit, quomodo non ardebat? Interrogat Iudeus, interrogabo & ego Iudeum: Si ignis erat, quomodo non comburebat rubrum fragile lignum? Quid igne vehementius? quid rubo vihus? & neque lignum exurebatur, neq; ignis extinguebatur. Et quomodo corpora trium puerorum ignis non exusit, sed caminus in rorem versus est, & carbones tanquam rofas arbitrabantur? Certamen ignis & corporis, & tamen corporum siebat victoria: & quod cera erat solubilius, ferro factum est firmus. Interpretare mihi vetera: etenim illa praecesserit, vt credatur veritati. Quoniam spiritus sanctus in igne apparuit, propter velocem mentis susceptionem: non autem propter hoc solum, sed & sicut ignis spinas comburit, sic & spiritus peccata disperdit. Missus est Daniel in lacum leonum, & immancem rabiem illorum diuina virtus repressit. Per agrarii pescatores orbem terrarum, & infirmum cum inuenientes, ad sanitatem reduxerunt: et in ruina positura ad stabilitatem reuocauerunt, non scuta mouentes, non arcus tendentes, non sagittas mitentes, non pecunias largientes, non eloquentia confidentes. Et erant nudi quidem seculo, sed induiti Christum pauperes, sed diuites: pecunia indigentes, sed regnum celorum possidentes. Non habentes humana solatia, habentes autem dominum suum. Ego inquit, vobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Peragrarunt vniuersum orbem terrarum oves simul cum lupis. Quis vidit? quis audiuit? Dicit, Mittam vos ut oves in medio lupo,

Mat. V.

110 DE PENTECOSTE SERMO.

Iuporum. Quis vnqua pastor oves mittit in medio Iuporum? sed magis si viderit lupos, cōgregat oves. At vero Christus ē contrario fecit. Oves ad lupos direxit, & vulneratē a bestiis non sunt, sed magis lupi ad oviū mansuetudinem sunt cōuersi. Et vt nō dicent oves sumus & mittis nos in escam luporū, timorem illorum vno sermone abstulit. Non dixit, ite (nec enim virtute eorum mittebat illos) sed ecce, inquit, ego mitto vos. Infirmi quidē vos, sed qui mittit potes est. Quis es tu? ego sum qui ccelum extendi, qui terram fundauī, qui mare infrenati, qui mortem dissolui, qui chirographum quod contra vos erat, cruci affixi, qui veterem legem immutauī, qui vos ad pristinam patriam reuocauī, qui fortia dissoluo, & dissoluta conforto. Quid mari fortius? Sed parua harena intolerabilem illius impetum retundit & continet. Ecce inquit ego mitto vos, qui mortis & vitā habeo potestat, qui de ccelo descendit &c. Ecce ego mitto vos, vt oves in medio luporum, tanquam lupus quidam bestiæ siebant ouibus, vt nec fuga conseruarent salutem circumuallati vnde dñe. O virtus mittentis in medio luporum oves, in circuitu lupi, & mutati sunt lupi, & facti sunt oves. Nec enim natura, sed voluntate lupi erant. Ecce ego mitto vos. Quid ergo nobis p̄cipiss? Esto te prudentes sicut serpentes. Serpens & si milles vulneretur, caput autē suum saltiet, totus est sanus. sic & tu, si pecuniam aduersarius tollere vult, libes cede: & si omnes facultates auferre conatur, dimittite: & si ipsam temporalem vitam extorquere cupiente resistas, tantummodo fidem tuam custodi, illa illa Iesa manete, vniuersa ingrūtia mala facillima erit. Nudus existi de ventre matris tute, nudus & idis. Sed forsitan in exilium mitteris, dico, Domini est terra & plenitudo eius. Forsitan mors occupabit, non est timenda, quia transitus est. Tantummodo fidem serua, thesaurum indeficientem, diuinitas sempiternas: horum quæ dico beatи martyres testes sunt, quia fidem nō perdidérunt, & post excessum de corpore

DE PENTECOSTE SERMO.

III

pore fortiores sunt viuis. Propterea, inquit, homo factus sum, propterea carnē indui, vt orbe vniuersum saluarem: multū enim deo ecclesia chara est, nō in uris circūdata, sed fide circūsepta. propter ecclesiā nāq; extensem est ccelum, diffusum est mare, extensus aer, terra fundata est, paradiſus plantatus est, mirabilia multa facta sunt, pelagus scindebatur, & iterum subebatur, petra findebatur, & iterū pluebat de ccelo, et tanqua pruinosa ponebatur mensa. Propter ecclesiā prophetæ, propter ecclesiā apostoli: & quid plura dicā? propter ecclesiā vñigenitus filius dei homo factus est, sicut dicit Paulus: Qui proprio filio non percūtit, vt ecclesiæ mederetur, sanguinē filii effudit, propter ecclesiā. Hic sanguis irrigat ecclesiā. Et ideo plantaria eius marcescere non possunt, nec amictunt folia arbūta eius, nō subiacet necessitatē temporis, nec est conditioni obnoxia, vt per aestate coma foliorū tegatur, hyeme amittatur. Nō tenetur temporum qualitate, sed spiritus eam sancti gubernat gratia, & ideo nō senescit, nec cōtrahitur, et multis impugnatibus nō opprimitur. Quantū ab initio impugnarunt ecclesiā, cū fidei semina facerentur, & arma contra eam cōmota sunt: sed quanto magis impugnabatur, tanto clarior reddebat: sed nunc quidem propter dei gratiā & reges, & duces, & milites, & vniuersus orbis fide repletus est. Nā in principio, & (vt dicam) in cunabulis ecclesiā reges fuerū, duces insani, populus seditioni deditus. Et edicta iudicium vbiq; dabantur, arce incendebantur demonibus, fumus & odor pessimus ipsum maculabat aērem. Terra coquinabatur sanguine, demones debacchabantur, diabolus dominabatur, pater abdicabat filium, filius inhonorabat patrem. Naturā quidē scindebatur, sed pietas nō diuidebat. Vbi sunt nunc qui audent ecclesiæ cōtrarie? Quando nūella erat, in nullo potuit laeti: & nunc quando visus ad ccelum perennit existimas eam posse superari? Et tunc quidem cum vndecim essent apostoli nullus eos superare potuit, sed pauci homines totum ceperunt

Rom. 8.

## 112 DE PENTECOSTE SERMO.

perunt mundum: & nunc quando terra & mare, & orbis terrarum, & inhabitabiles regiones, & ciuitates, & omnes fines terrae pietate repleti sunt, putas eam te posse laedere sed non poteris. Christus enim propter eam passus est, portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Facilius cœlum exterminari potest, et terra perire, quam aliquid malum pati eccllesia. Quis est qui haec dicit? Ipse Christus loquitur: Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Ene enim verbum dei ipso cœlo validius est, quia cœlum opus verbi est. Dixit quippe Deus, fiat cœlum: & verbum in opus apparuit. Curebant naturæ, & nemo impeditiebat, quia naturæ dominus imperabat, qui & facere & immutare potest. Ego eam ædificaui qui cœlum statui. Sed propter cœlum non fudi sanguinem, propter cœlum crucifixus non sum, nec propter cœlum celeste corpus accepi. Et quid dicam cœlis Angelorum corpus non allumpsi, ut di cas, quoniam cœlo & angelis, & omni creatura honorabilior ecclesia est. Ideo cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Aslit gentilis, assit Iudæus, si haec inania sunt verba, redarguant: si autem veritas est quæ dicta sunt, adorent virtutem dei. Dixit Christus: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt: facilius est cœlum præterire, & terram deuocari, quam verba mea excidere. Quæ autem sunt verba eius? Adducamus in medium, videamus ne forte intercederint, non dubitans dico, sed hetericos obcludo. Quæ ergo sunt verba cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Qui sermones? quæ verba? Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiæ meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Super hanc petram, non dixit super Petrum: non enim super hominem, sed super fidem ædificauit ecclesiæ suam. Quid autem erat fides? Tu es Christus filius Dei vivi. Petram vocauit ecclesiæ, fluctus suscipientem, & non titubantem. Et in eum ecclesiæ tot suscipit tentationes, non tantum vias

Gen. 2.

Mat. 16

## DE PENTECOSTE SERMO.

citur. Quid est super petram? hoc est, super confessio nem, super sermones pietatis. Si forsitan interrogabis, vtrum hæc ædificatio suscipiat lapides, aut ligna aut ferrum: non, inquit, nec enim est insensibilis ædificatio. quod si talis esset, solueretur tempore, confessionem autem pietatis neq; dæmones, neq; illa creatura vincere potest. Testantur martyres, quorum latora radebantur, sed fides non frangebatur. O noua terum materies. Paries effodiuntur, & thesaurus non auferuntur: caro scinditur, & fides non rumpitur, talis quippe martyrum virtus. Etenim super hanc petram ædificabo ecclesiæ meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: attendite diligentius verba. Portas inferi pericula vocat, quæ mortem pariunt. Quid ergo? In infernum intrabit quisque, quando periclitabitur? Etiam. Sicut enim portæ introitus cœlum sicutum sunt, sic pericula mortis sunt. Et cur, inquit, non prohibet tentationes? Ut ostendar virtutem eius. Si nemo eam impugnare posset, dicebat poterant, quoniam si impugnaretur, utiq; vincetur. Propterea permitto eam impugnari, vt non imbecillitas impugnantium, sed fides victoriæ imputetur. Et portæ inferi. Non dixit, non appropiant ei, sed non præualebunt aduersus eam. Quid ergo? Impugnabitur quidem, non tamen virtutem poterit. Tempestates suscipit ecclesiæ, sed non demergitur: iacula in eam mittuntur, sed non perforatur: machinamenta præparantur, sed turris non eliditur. Et quid dico ecclesiæ? unum sermonem locutus est pastor, & sic cut turris immobilis perseverat. Quantus tyrannus Verbum! hoc delere conati sunt? sed non potuerunt. Supra petram enim fundatum erat. Considera tyrannos, reges, gladios acutos, bestiarum dentes mortem minantes, caminos, sartagines, manus ferreas, & uncos, & omnia machinamenta parata: & pharetrami quidem stram euacuavit diabolus, sed nihil laesit ecclesiæ. Portæ inferi non præualebunt aduersum eam. Testatur res ipsa, testatur horum quæ sunt adstipulatio. Quantus impugnauerunt, & nemo præualuit?

( H ) Et int

## 114 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

Et impugnatores quidem taciturnitati, & obliuio  
ni dari sunt: ecclesia autem quotidie virtutibus au  
gmentatur. Vbi nunc Claudio, vbi Augustus, vbi  
Nero, vbi Tyberius? Nomina sunt nuda: horum  
autem nemo, nec vlla horum mentio. Et quia eccl  
esiā impugnauerunt, ideo & memoriam perde  
runt: ecclesia autem clarior resplendet. Vbi cun  
queris ad Indos, ad Mauros, ad Britannos, ad Hispa  
nos, usque ad ultimum finem terrarum, inuenies: Ia  
principio erat verbum, & verbum erat apud deū,  
& Deus erat verbum. Et vniuersa religione plena:  
ante hoc enim vniuersa repleta erant inpietate, nūc  
autem non solum ciuitates religione florent & fide  
Christi, sed etiam eiēm in nomine Christi gloria  
tur. Antea namq & regiae in coniuiis virorum fa  
tabant, sicut filiam Herodiadis fecisse legimus: nunc  
vero vix famula dignatur hoc facere. Antiquitus  
gentis Persarum filii parentibus sociabantur connub  
io, & soror fratri iungebatur iūpūne, nunc vero  
virginitatem appetunt. Ante hoc autem quoties in  
Bricannia humanis vescabantur carnibus, nunc ieui  
niis reficiunt animam suam. Massagetae & Derb  
es miseros putant, qui ægrotatione moriuntur &  
parentes, cognatos, propinquos, cū ad senectam ve  
nerint, iugulatos deuorant: rectius esse dicentes, vt a  
se potius quam a vernib[us] consumantur: nunc ve  
ro post passionem Christi & resurrectionem eius,  
abstinentia & castitate deuot[us] militant Christo, &  
prope omnes gentes paratæ sunt pro nomine Domi  
ni fundere sanguinem suum. Ante hoc impij & per  
sequutores erant reges: nunc vero ad celum pre  
runt pietatem, & ingredientes limen ecclesiæ, depo  
nunt coronam, & crucem Christi depingunt in suis  
frontibus. Foris arma, hic mysteria: foris scuta, hic  
sacramentorum celebratio. Theodosius pater, filius  
Theodosii, religione ac pietate insignes. Ideoq pro  
his gratias agamus Domino per Christum Domi  
num nostrum, cuius est gloria &c.

DVI

## DE SPIRITU SANCTO HOM. 115

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO  
in Pentecoste de sancto spiritu.

**M**ulti quidem aliter: at quicunque gratiæ  
participes spiritum sanctum etiam nūc in  
eius ad homines ē cœlis aduentu perquam  
festiu[m] celebrant, & alijs quidem alio pul  
chriora & sublimiora, & quantamcunque scientiæ  
virtutem habet, hac eiusdem gratia afflatus, afferat  
ecclesiæ Christi sponsæ mundum, & dona, & spor  
ulas. Et alijs quidem per spiritu[m] dicat sermonem  
sapientiæ, alijs qui ab eodem impelliunt, faciat ser  
monem scientiæ, & alijs operetur dona virtutum.  
Hac enim & similia dona sunt digna spiritu san  
cto, qui facit nobis semper altam super altam oriri  
festiu[m] atem, a quo die sua gratia in orbe terrarum  
apparuit. Vtique sic ages & sacrosancta dei concio,  
quomodo Deum decet sanctarum ecclesiarum feria  
rum concordia. Igitur aliquando angelus Gabriel  
ē cœlo descendit & Deus in utero semper virginis  
habitauit: nunc autem ante paucos dies magni con  
siliū angelus Christus in cœlos ascendit, & sanctum  
spiritum omnibus demisit, vnde in cœlos regressus  
ad patrem suum, clamabat: Surge in occursum me  
um, & vide, & Tu domine Deus virtutum, Deus  
Israël iustende, vt visites omnes gentes. Ego visi  
taui, inquit, & impleui tuam obedientiam, intende  
& tu, vt viles gentes, amandaus eis & alium para  
cletum, spiritum tuum sanctum. Igitur noui ad  
viam tantum animam hodie dicitur, Spiritus san  
ctus veniet super te, & Virtus altissimi obumbras  
bit tibi: sed omni creaturæ dicit Deus, Effundam  
de spiritu meo super omnem carnem. Et erunt mis  
sionarii in filios & alias, & fratres & matres. Quisquis  
eum facit voluntatem patris nostri, qui est in coe  
sulis, hic filius, & Christi frater & mater est. Itaque  
adoptionis felicium fideles celebremus hodie, & spi  
ritus sancti ad spiritus hominum aduentum, & so  
ciatatem. Nouæ enim hodie orbi terrarum annun  
ciantur leges, nouum testamentum, noua creatura.

H 2 Emiss

Ioel. 2.  
Mat. 12.

## 116 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

*Psal. 103*

Emittes enim, inquit, spiritum tuum et creabuntur,  
& renouabis faciem terrae, que olim audiuit: Terra  
es, & in terram abibis. Proinde auditor sermonum,  
aude mente tua recurre ad montem illum, Sinæum  
dico, et disce quomodo olim veru lex data sit, quo  
modo item & nunc nouum testamentum. De quo  
inquit per Prophetam scriptura: Ecce dies veniunt,  
dicit dominus, & testamentum faciam super domum  
Iuda: hoc est, super duos populos, testamentum no  
uum: non sicut testamentum quod statui cum patri  
bus eorum, quādo eduxi eos ex terra Aegypti, dans  
leges in mentem eorum, & in corda eorum inscri  
bam eas. Quomodo igitur, dic mihi, & quando ve  
tus lex Israeli data est? Post liberationem de seruitu  
te Aegyptiorum in monte Sinæo: propterea etiam  
nunc nouum testamentum in monte Sion redemptis  
de seruitute inimici datur. Illic cum Moses in mon  
tem ascensisset, lex descendit: hic vbi Christus in cœ  
lum ascendit, spiritus sancti lex nobis aduenit. Illic  
ignis montem impleuit, ideo & hodie ignis lin  
guis spiritus apparuit. Illic agnitionis diuinæ per  
mitiae Israeli declarabantur, hic nunc agnitiones di  
uinæ gentibus significantur. Illic linguam quam no  
nouit, audiuit populus: & hodie linguam quam no  
nouit, locutus est apostolorum chorus. Illic cum lex  
daretur, voces tubæ sonabant: & hodie factus est re  
pente de cælo sonitus tanquam impetu venientis  
spiritus validi. Et illuc post triduanam populi putu  
gationem lex data est, nunc autem post triduanam  
Christi resurrectionē spiritus sanctus nobis *datu*s  
est. Nam dum complebantur dies Pentecostes, erant  
omnes discipuli vnuanimiter in eodem loco, & sa  
ctus est repente de cælo sonitus, tanquam impetu  
venientis spiritus validi, & impleuit totam domum  
vbi erant sedentes. Et apparuerunt eis diuisæ lin  
guæ tanquam ignis, sedicæ super singulos eorum,  
& impleti sunt omnes spiritu sancto: & cooperunt  
loqui variis linguis, prout spiritus dabat *illis* elo  
qui. Quam admirabile igitur erat *spectare Galii*  
*leuvi*

*Hier. 31*

## DE SPIRITU SANCTO HOM. 117

Ieum, pescatorem, illiteratum, Barbarum, lingua  
Graeca, Persica, Iudaica, Arabica differere & rheto  
rari? Hæc enim erat Christi ad discipulos certa  
minime fallax promissio, qua dixit eis: Cum abie  
to, mittam vobis spiritum sanctum, & ille vos do  
cebit omnia. Quid igitur dicit? Nonne tunc ac  
cooperunt discipuli spiritum sanctum, quando sus  
pauit in eos, & dixit: Accipite spiritum sanctum?  
Sed tunc erant primitæ & donum resurrectionis  
Christi, nunc autem impletio & fidelis confirma  
tio illius in celos assumpti, vt absque hæsitatione  
credent illum sedere in celis a dextra patris obla  
ta natura nostra patri, & in antidotum & remune  
rationem spiritu sancto nobis demisso. Et cuius  
gratia post decimum diem suæ assumptionis para  
cletum emisit monstrauit quod noui testamenti no  
rum decem particularum orationem docuerit, &  
deinceps sermonibus beatitudinum beatos fecerit in  
se ecedentes. In specie autem ignearum linguarum  
spiritus descendit hodie, vt infantilitatem gentium  
in theologiam conuerteret, simulq; indicabat pa  
trem esse qui mitteret. Lingua enim pater, qui ge  
nitor est verbi. Item in specie ignis, quia Deus est  
spiritus sanctus. Deus noster, sicut inquit scriptura,  
ignis consumens. Ignis igitur spiritus sanctus, co  
quod repugnat materiam peccati, sicut ignis qui spi  
nas & tribulos peccatorum repurget, & qui seden  
tes in tenebris errorum illusret, & immateriale  
quid & impalpabile. Oracula quidem dat pater  
quasi in prima hora. Incarnatur autem filius in gra  
tia, aduenit vero nunc spiritus sanctus, vt persona  
tertia in trinitate numeratus, confubstantialis au  
tem & inseparabilis signatur. Porro tertia hora ad  
discipulos venit cœu impletionem inseparabilis tri  
nitatis docens eos qui super terram sunt, & tertiam  
legem post naturalem nobis largiens. Iam & ho  
die in voce valida descendit, conterens dæmonum  
validos montes, vt violenti rapiant regnum cœlo  
rum. Olim quidem sub Eber linguae multæ con  
susæ

*Ioan. 16**Deut. 4**H. 3*

## 118 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

*Leuit. 23*

fusq; sunt propter scelestam impiorum temeritatem: linguis autem hodie admirabilis sapientia conceditur, propter flammarum superne in discipulos venientem. Tunc obtenebrauit impios aedificatio turris scelestae, hic sapientes reddit rara dei notitia. Illic plus condemnavit, hic nunc spiritus sanctus liberos fecit. Vbi enim spiritus domini, illic cognoscitur & libertas. Et quod libertatis & remissionis peccatorum est suppeditatrix dies Pentecostes, audi Deum in Leuitico ad Mosen, vbi praesentem festitatem præfigurauit, & dicit: Et numerabitis a Pascha septem septenarios dierum, & die sequenti facietis diem Pentecostes. Dies propitiationis est dies remissionis, & indulgentiae. Quibus ostendit sanctissimum spiritus, quod quando præterierit septima sabbati legalis & festiuntatis & cultus, tum spiritus sanctus doctis gentibus in Pentecoste propitiationem peccatorum nobis tribuet. Vnde & debitorum remissio quinquagesimo tempore. Et idcirco quinquagesimus psalmus in figura huius quinquagesimæ, remissionem peccatorum & misericordiam consecutionem David continet, & variam spiritus sancti mentionem facit, spiritum sanctum, & spiritum exultationis, & spiritum rectum, & spiritum spirituale appellans. Audi & aliter Pentecosten, hanc tibi præsignatam manifeste. Ante multatempora cum generale diluvium totum orbem terrarum propter impietatem comprehendenter, aedificabatur diluvio imperio arca pro priorum virorum salute. Trecentorum cubitorum erat longitudo eius, & quinquaginta cubitorum latitudo eius, in unum cubitum cogebatur summa eius, in qua congregabantur ex omnibus que sub celo sunt animalia. Manifester figura fuit. Aqua enim que occidit homines simula chororum cultus est, que saeuissima hyems ac temperitas erat. Arca figura est ecclesia Christi. Trecenti cubiti, trinitatis signant sacramentum, qui in unum cubitum viius deitatis conueniunt. Quinquaginta autem iterum nobis Pentecostes præfigurantur, *viii* bolum,

## DE SPIRITU SANCTO HOM. 119

bolum, qua in Sion, quasi in arca, pecuniae & immundae que sub celo, ut dicunt Acta apostolorum, congregatae sunt gentes. Parthi quasi pardi, & Medii sicut equi, & Elamitæ, & aliae tribus gentium.

*Act. 2*  
Ex ista arca Noe euolauit coruus, nec cōparuit suslocatus in aquis. Ex arca autem ecclesie eliminatus est diabolus, qui vere niger & tenebrofus coruus est, suffocatus in aquis baptismatis. Dimissa est autem in figuram dei a Noe & columba, ut videret si cessasset diluvium, & quum nondum inueniret requietum pedibus, post tempus iterum dimissa est, & redit siccum ramum oliue in ore ferens: & post dies septem dimissa, inuentaq; sihi requie, confidens celsaesse diluvium, nescivit. Columba figura est aduentus sancti spiritus, quæ ante legem inuisens creaturam, non inuenit quomodo super ea requiesceret, sicut neque Jesus vbi inclinaret caput suum, ita impietas omnia occuparat. Deinde post tempus quoddam iterum columba dimissa est, redit ferens ramum oliue in ore: forte signans in lege, ac in ore prophanarum, paruum quendam fructum misericordiae spiritum, sanctum ferre. At post septem dies omnis cultus sabbatorum legis, emisit Deus Noe columbam spiritus filii sui, & inuenta requie apud fidèles, & in eis habitauit, & delicate ambulauit, nisi difficauit & mansionem apud nos fecit. Columba enim animal est, quod præ omnibus volatibus coeli homines amat, & contubernale est ac mansuetum, innocensq; & fecundum, & domesticum, quod versatur, quiescit & habitar in domibus nostris. Sicut & spiritus sanctus dicit de nobis, quia habitat in specie columbae in Iordanie de celo descendit. Specta autem hoc admirabile animal: feræ enim & nigræ cohabitare & conuersari non amant, sed immaculatae & fulgidæ: ut & hoc manifeste & signanter describant in seipsis, in nobis habitatio nem immaculati purissimique spiritus sancti. Quem ex summo celo cum ecclesia hodie suscepit,

H 4 facta

## 120 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

facta est & ipsa cœlum, & cœlestes homines efficit,  
 qui cœlestem spiritum intra se ferant, & huius mag-  
 nalia prædicent: id quod si & nos obumbrare di-  
 gnaretur, iuxta eum qui dicit: Os meum aperui, &  
 attraxi spiritum: attentarem celebrare illius aduen-  
 tum, non quantum par & dignum (hoc enim neque  
 vlla creatura facere audebit) sed quantum sua inspi-  
 rarit virtus & gratia. Quanuis autem non ignea,  
 sed lutea sim lingua, feruenti tamen instituto: ideo  
 obsecro, vt aures, & mentem, atque vigilem ani-  
 mam adhibeatis. Deo enim, & de diuinis ser-  
 mo erit, per spiritum hinc spirituales abeat, festo  
 spiritualiter celebrato, & deliciis gaudii ineffabi-  
 lis impinguati. Spiritus sanctus fuit quidem sem-  
 per, & est, & erit, neque incipit, neque desinat, sed  
 semper patri confubstantialiter familiaris & con-  
 numeratus. Vita natura viuens & viuentium viu-  
 ficator, lux de luce & lucis suppeditator, per se bo-  
 nus & fons beatitatis, per se dominus, sui iuris. De-  
 us de Deo deificans, virtus omnipotens, etiam in-  
 firmis virtutem concedens, supersubstantialis ex sub-  
 stantia supersubstantiali, etiam aliis quæ sunt suam  
 essentiam donans. Spiritus sanctus, spiritus abs-  
 que materia, absque rege, absque senio, absque suc-  
 cesso, indissolubilis, supra omnem captum & con-  
 templationem, incommutabilis, impollutus. Spir-  
 itus sanctus, spiritus quem nemo interpretari pos-  
 test, imperustigabilis, imperscrutabilis, impartibi-  
 lis, incircumscripribus, absque fluxu, absque sorde,  
 absque confusione, non imaginabilis, incomprehen-  
 sibilis. Spiritus sanctus non spiritus ventorum, non  
 spiritus angelicus, non spiritus corporalis, non spi-  
 ritus aëris: sed spiritus opifex, spiritus personani  
 in deitate habens, spiritus sapientiae, intellectus &  
 exultationis, spiritus consilii & fortitudinis, spi-  
 ritus scientiae & agnitionis, spiritus timoris &  
 ultationis. Spiritus sanctus, spiritus pacis & fidei,  
 spiritus gratiae & intelligentiae, spiritus libertatis  
 & mansuetudinis, spiritus salutis & illustrationis.

Spiri-

## DE SPIRITU SANCTO HOMI. 121

Spiritus sanctus ipse nostræ imaginis est reforma-  
 tio, mentis perfectio, animæ instauratio. Spiritus san-  
 ctus autor est fidei in deum, spiritualis mentalium  
 oculorum nostrorum sol: interni nostri hominis lu-  
 men, lucifer in pectoris cœlo. Spiritus sanctus ipse  
 opulentia filiorum dei, ipse æternorum honorū theo-  
 saurus, ipse arrabon & pignus æterni regni, ipse pri-  
 mitiæ vitæ æternæ, ipse signaculum gratiæ baptis-  
 mi. Spiritus sanctus ipse fide facit, quod nos à deo in  
 filios adoptati sumus, ipse corda nostra Christo con-  
 glutinat. Spiritus ipse cibus est diligentius Christi,  
 quo nunquam satiantur: ipse potus est animarum  
 filiorum dei, ipse charitas eorum qui sibi coniuncti  
 sunt. Spiritus sanctus copula est vniuersitatem nostram in  
 Christo, animarum exultatio, cordis tripudium, ig-  
 nis, fons rorulentus. Spiritus sanctus lugentium co-  
 solatio, moestitudinis depositio, mentis requies, sapi-  
 entiae communicatio, prudentiae inuentio, præscien-  
 tie illustratio. Hoc prophetæ illustrantur, hoc idio-  
 ta sapientia condiduntur. Spiritu sancto reges inun-  
 guantur, sacerdotes ordinantur, doctores declarantur,  
 ecclesiæ sanctificantur, altaria fundantur, vnguentu-  
 consecuratur, aquæ purgantur, dæmones abigitur,  
 morbi curantur. Hic spiritus vocatur, sanctus, do-  
 minus, viuifactor, consolator, & tam est, quam dici-  
 tur deus paracletus: hoc est, inhortator. Inhortatur  
 enim semper ad bonum corda fidelium, inhortatur  
 animam, vt deo se vniat: inhortatur mentem, vt à ma-  
 lis desistat. Miru, inhortatur & obsecrat deus morta-  
 lem, obsecrat deus lutum, obsecrat creator creaturæ,  
 obsecrat dominus seruum, idq; intrinsecus in anima:  
 & alios quidem alloquitur amice vt filios, alios vt  
 fratres, alios vt amicos compellit, instigat, ad se at-  
 trahit, ineffabili & mentali charitate cor exhilarat,  
 edulcat, calefacit, à terrenis transfert, & ad coelestia  
 vocat: redire facit animam, & ad deum transire & vola-  
 te, vrget mente, diuino accendit desiderio, docet vt  
 bona quæ illic sunt cogitemus, quæ illic sunt imagi-  
 nemur, quæ illic sunt somniemus, quæ illic sunt in-  
 quiras

H 5

## 122 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

quiramus: animo versemus exercitus qui illuc sunt, status lumenum, diffusiones que illuc sunt, gloriam que illuc est, choreas que illuc sunt, supernas mansiones & tabernacula, ciuitatem que illuc est, hereditatis possessionem, incessantes hymnorū cōcentus, fontes immortalitatis, que illuc dulcem & inaccessam luce, thesauros æternorum honorum, festa que illuc sunt, æterna solennitati solennia, thalamos sponsarum dei qui illuc, inextinguibiles lapades, immarcessibiles coronas, delicias citra fastidium, gaudium perenne, vitam æternam, regionem uberrimam, ciuitatem virtutū, patriam absque turbatione, portum absq; tempestate, ad quem semper spiritus aduocatus vocat & obsecrat animā ad imaginem suam factam, & ostendit ei intrinsecus quasi in speculo cum inestabilis gaudio futurū æternum gaudium, adhortaturq; eam, & dicit: Veni ad patrem, veni ad supernā patrem, veni ad supernum regnum, veni ad incorruptibilem sponsi thalamū. Si quis vere fidelis inter vos, agnouit omnino que dicta sunt: si quis ex vobis Christum diligit, & habet spiritū sanctū. Illæ enim & similes sunt admonitiones, & exhortationes consolatoris spiritus sancti in cordibus fidelium, tales sunt & his magis mysticæ, quas solas sciunt, qui illici inhabitatorem habent. Ita sancti spiritus consolatōrē accensi simul & alati, corroboratq; in populo Christi viri ac mulieres, sauciis diuino amore amabūs morte contempserunt, naturam carnis vice runt, tyranūdem voluptatū concularunt, flammis concupiscentiarū extinxerunt. Ita spiritus sancti adhortatione incitati, omnia que super terrā, quasi somnia contempserunt, pecunias, negotiations, postulationes, vestes, aedes, patres, matres, filios, cognationes, generis nobilitatem. Persuasit enim eis spiritus sancti operatio, cum dicit: Non habemus hic manente ciuitatem, sed coelestem, inquitimus Hierusalē. Hospites & peregrini sumus, nos in hoc seculo, non habemus super terram patrem, sed ad coelestē imus patrem, desiderantes dissolui, & esse cum eo: desiderantes

Hab. 13.

## DE SPIRITU SANCTO HOM. 123

rantes per mortem ad immortalem transire: illum sicut ceruus ad fontes aquarum: illum desiderantes, illum concupiscentes qui nos dilexit, qui in nostris animabus mansio fecit, qui dignatus est cum pauperibus & peregrinis, & peccatoribus cōmuniōnem habere, qui in infirma nostra carne habitauit, qui spiritū sanctū hodie nobis demisit, & filios nos dei ac hæredes fecit. Etenim & filij sumus. Demisit deus spiritum filij sui in corda nostra clamantē. Abba pater: atque adeo iam nō sumus serui, sed filii dei, si aut filii & hæredes. Audet horribile & metuendū quiddā sermo dicere festiuitate hac fretus: Deus in hominibus domiciliū habuit, & ostendit homines deiparos. Stupendus sermo, at non meus ille sermo. Propter timore tuū domine uterū gessimus, & parviusimus, & peperimus verbum salutis. Nos qui sumus carnes infirmitatis, peperimus spiritū salutis: quia concepimus hodie ab excelso spiritū adoptionis filiorum. De hac salutari incorruptissima spiritus conceptione, volo tibi hodie spiritualem & mysticā quendam sermonē instituere, vt manifestius scias quis prius fueris, quis nunc factus sis, & quid intraterplum cōceperis, & qualē fœtum in anima tua feras. & quomodo omni Christianæ menti quadret, vt etiā dicatur, Benedicta tu in mulieribus vt sponsa dei: & benedictus fructus ventris tui, qui quide spiritus sanctus est, per quē ego festiuitatis amator, hodie concionor. De hoc autē sermonē hinc exordior. Olim in principio, quando omnī opifex ac dominus ineffabili consilio & sermone, iuxta imaginem sue imaginis effigiauit hominē protoplastū: concessa facie corporis illius, forma angelici cuiusdā fulgoris. Quam speciem mox vt honestatis ofor dæmon vidit, inuidit, illamq; per inobedientiam deceperat seduxit, & corruptit, fulgoremq; illum coinqutans immutauit: quam opifex sermo deus renouare volens, non iterum sicut olim, extrinsecus hominem adornauit, vt ne iterum conspectus à malo dæmon,

## 124 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

dæmone, inuidiam experietur, qua pulchritudinis suæ iactoram faceret. Propterea quid facit deus, & quid sit? Demisit spiritum filij sui in corda nostra, clamantem: Abba pater. Spiritus deus nostris fidelium spiritibus vnitus est, fraterno modo. Hoc domū est, quod nobis solis deus dedit, qui in Christū erat dimisus. Hic est thesaurus noster, de quo Paulus dicit, quod habemus thesaurū hūc absconditū in fistulis vasis, luteis nostris corporibus. Hoc est granū sinapis, quod Christus in terra cordis nostri seminavit & occultauit. Hic sancti spiritus in nobis thesaurus est, & preciosissimum margaritum. Hic est ignis sanctissimus, de quod dicit Christus: Ignem veni mittere super terram, & volui videre si iam accēsus sit. Hic in nobis spiritus sanctus regnum cœlorū est, & de quo dicit Christus: Regnum cœlorum intra vos est. Christus intus, spiritus sanctus intus, pater intus: quæ oculus non vidit, & quæ aures non audierunt, etiā ipsa intus. Et quomodo consequenter omnis Christianorū munda mens nō comprobatur primum cœlum, imò etiam cœlo pretiosior? Cœli enim peribunt, fideles aut permanent in seculū, quotquot deum intrinsecus in seipsis ferunt & vident. Vedit quidem & Abrahā olim, sed extrinsecus apud quemcum Mambre. Vedit & Iob, sed extra, per turbinem & nebulas. Vedit Moses deum, sed extra, per cavernam et in petra. Vedit Esaias, sed extra, in throno ex cœlso. Vedit Ezechiel, sed extra, in animalibus oculatis. Vedit & Daniel, sed in visione noctis. Vedit deum & qui nunc apud nos mundi corde, at nō extra, sed intrinsecus, sicut filij & hæredes dei, cohæredes autem Christi. Etenim prophetæ spiritus accepterunt omnes qui ante Christum iusti, non adoptionem filiorum. Nondum enim, inquit Lucas, spiritus sanctus erat in hominibus. Non enim audierant à deo, qui ante Christum fuerunt: Regnum cœlorum intra vos est. Non audierunt qui ante Christum: Veniam ego et pater meus, & mansionem apud vos faciemus. Idcirco dicit vobis, qui in eū creditis: Multiplos

Cor. 4.

Luc. 12.

## DE SPIRITU SANCTO HOMI. 125

*ti prophetæ & iusti desiderauerunt videre quæ vis. Mat. 13.*  
detis, & audire quæ auditis, & non audierūt. Tantū fidelibus in nouissimis deus spiritum suum sanctū demisit, & inhabitauit, & conuersatus est in nobis. Nullus infidelis hunc thesaurum spiritus sancti in seipso possidet, nullus Iudeus donum hoc nouit, etiamsi innumera bona opeferetur, ignorat has diuitias, non habet hunc thesaurum spiritus. Quamuis & Iudeus videtur habere legem, videtur & Pascha facere, sed corporale: videtur offerre sacrificium, sed quæ le faciunt laici. Videtur & templum habere, sed non adhuc ut fidelis. Tu templum Dei, tu verum tabernaculum testimonii, tu domus sancti spiritus, in quo inumbrat semper. Videatur & Samaritanus, videtur & Arabs deum colere, & deum confiteri, verbum deum credere, & spiritum dei glorificare: sed neque ait spiritus sanctus nouit, & quid sit deus omnino ignorat, neque spiritus sancti particeps est, neque deum verbum personam in deitate esse cognoscit. Non enim habet in seipso deum habitantem, nō habet granum sinapis in se seminatum, non habet inap preciabile margaritum, non habet regnum dei intra se, non habet thesaurum spiritus in seipso latenter, ut in agro. Si aut̄ quis spiritū dei non habet, inquit, *Rom. 8.* hic non est dei: sicut Paulus statuit. Quoniam autem hodie spiritus aduenit, & nouæ legis noua & admirabilis legislatio facta est, bonam in spiritu fiduciā habentes, spiritualia cum lege comparemus, ut illustreremus, in quo tu fidelis a Iudeo differas, & quanto sublunius sit nouum testamentum veteri. Quæ igitur lex, quam hodie è cœlo datam discis? Spiritus gratia. Quæ rationales tuæ tabulæ, in quibus hec lex insculpitur? Anima & corpus. Quæ tua spiritualis circumscribitur? Omnis malæ concupiscentiæ excisio, & ab ea auersio. Quod tuum altarium? mens tua spiritualis. Quod spirituale tuum sacrificium? omnis bona operatio. Quis altaris tui ignis? compunctionis calor. Quod templum tuo à deo conditum? mundus, in quo deus habitare amat. Has te doctrinas huius

## 126 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

huius diei solennia paucis docent. Hanc tibi legem statuit dies Pentecoste. Hæc te mysteria docet spiritus. Custodi obsecro hoc donum depositum perpetua memoria dignum. Custodi obsecro, spiritus sanctus faciem inextinctam. Custodi thesaurum qui in te est occultum, ne a prædonibus rapiatur. Serua obsecro & preciosum margaritum immaculatum. Retine conceptionem spiritus, quam te sermo docuit, illæsam. Serua obsecro, hunc fructum immarcescibilem. Ecce manifeste didicisti, quæ per dona spiritus es asecutus. Et quis prius eras, & quid nunc factus sis: nempe amicus dei, filius Christus, frater, heres, dominus, templum, regni celorum thesaurus. Quod ut uos omnes consequamur, gratia & misericordia sua dignetur concedere dominus noster Iesus Christus, cui sit gloria & imperium cum patre & sancto viuificoq; spiritu, in omnia secula seculorum, Amé.

## DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

*Homilia de sancto & adorando spiritu.*

**H**erā nobis, amatores Christi, sancti & adorandi spiritus celebrabatur aduentus: nō humanarum cogitationum honore exceptus, sed paternæ virtutis testimonio comprobatus. Non enim ex his quæ cogitamus vel loquimur, deus commendatur: sed per ea, quibus illustramus, & pietas comendatur, & veritas prædicatur. Vnde dei sermo est, vna sancti spiritus doctrina, pietatis lampas est, & diuinæ agnitionis prædicatio, ac doctrinæ dei illustratio. Operæ pretium autem est, vt perseveremus diutius in sancti adorandi spiritus enarratione, & manifestius aliquid de sancta glorijs facultate dicamus. Iterum et iisdem uerbis, nō per ea, quæ cogitamus, sed per quæ docentur spiritum sanctum, & quæ diuini docent sermones, imo quæ ipse de seipso prædicat, dum per prophetas loquitur, perq; apostolos fert radium suum. Natura inseparabilis est, ut pote qui ex inseparabili & in diuisibili natura progrellus est. Nomen autem eius

spiritus

## DE SPIRITU SANCTO HOM. 127

Spiritus sanctus, spiritus veritatis, spiritus dei, spiritus domini, spiritus patris, spiritus filii, spiritus Christi: & sic vocat eum scriptura, imo ipse seipsum, & spiritum dei, & spiritum qui ex deo est. Et ut nunquam, cum auditus spiritum dei, putemus quod per proprietatem dicatur spiritus dei, introducit scriptura spiritum sanctum, & apponit qui ex deo est. Aliud enim est dicere dei, & qui ex Deo est. Dei enim sunt cœlum & terra, ut pote ab eo facta. Ex deo autem nihil dicitur, nisi quod est ex substantia eius. Itaq; dicitur spiritus sanctus. Ista enim est prima ac propria appellatio: & ut euidentiore habens intelligentiam spiritus sancti natura demostriat. Spiritus sanctus, spiritus dei. Quis eum vocat spiritu dei, audi saluatorem dicentem: Quod si ego in spiritu dei efficio daemonia. Ut igitur, sicut dicebam, ne quis audiens spiritum dei, putet proprium quiddam significari & non commune natura Paulus dicit: Nobis atem non datus est spiritus mundi, sed spiritus qui ex deo est. Iterum dicitur spiritus patris, sicut saluator. Apostolis dicit: Ne soliciti sitis, quomodo vel quid loquamini: nō enim vos estis q; loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Sicut autem dixit, spiritus dei, & subdit scriptura: Qui ex deo est, sic iterum dictus est spiritus patris. Et ut ne putetis hoc secundū proprietate dici, saluator confirmat: Quando venerit paracletus spiritus veritatis, qui a patre procedit. Illic ex deo, hic a patre dicitur, id quod sibi ipsi tribuerat, dicens: Ego a patre exiui, hoc & spiritui sancto ascribit, dicens: Qui a patre procedit. Quid est, procedit? Non dixit genitur. Quod enim non est scriptum, non dixit esse scribiendum. Filius a patre genitus est, spiritus a patre procedit. Queris a me omnem veritatem, quomodo genitus ille, & quomodo processit iste. Cum diceris quod genitus est, didicisti & modum, & comprehendisti ut que. Itaque cum audieris prædictum filium, comprehendisti nativitatis modum. Nomina sunt, quæ pia fide honorantur, non raciocinatione

2. Cor. 1.

Mat. 12.

## 128 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

tione tenentur. Quæ autem vis nominis, Procedit audi: ut nomen nativitatis prætereat scriptura, ne filium ipsum dicas, dicit spiritus sanctus, qui à patre procedit: inducit eum procedentem, ut aquam de fonte scaturientem: sicut & de paradiso dictum est. Fluuius autem procedit ex Edem, procedit & scaturit. Pater fons aquæ viuentis dicitur iuxta Prophetam Hieremiam, dicentem: Obstupescat cœlum super hoc, & horreat valde terra: quoniam duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuentis. Diuinus sermo definiens patrem fontem aquæ, inducit ex fonte vitæ, aquam viuam quæ procedit. Quid procedit? Spiritus sanctus sicut à fonte aqua. Vnde hoc quod spiritus sanctus aqua vocetur dicit saluator: Qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina ex ventre eius fluent aquæ viuæ. Et interpretans euangelista hanc aquam, subdit: Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Siquidigit euangelista Ioannes declarans, spiritum sanctum dixit aquam viuam: Pater autem dicit, Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: Fos spiritus pater, propterea etiam ex patre procedit. Dicitur igitur, repetere liceat, spiritus dei, et spiritus qui ex deo, spiritus patris, & spiritus qui à patre procedit. Spiritum dominum testatur Esaias in persona Christi: Spiritus domini super me, eo quod vixit me. Et Paulus: Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Num per quæ ad uenit libertas, ille seruus? Si eorum ad quos accedit spiritus sanctus, soluit seruitutis iugum, & praefat eis libertatis personam; quomodo ipse seruus? quomodo largitur quod non habet? quomodo cum ipsi sit seruus, libertate donat? Non audisti Paulum dicentem: Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberum me reddidit à lege peccati? Liberolne reddit spiritus seruus, qui natura sua non habet libertatem? Nisi creatus est, etiam seruus factus, non reddit libertum. Ne vos sophismatis circumueniant hæretici. Non dico eum seruum, non creaturam. Videtur tria principia

*Gen. 3.**Hier. 2.**Ioan. 7.**Rom. 8.*

## DE SPIRITU SANCTO HOMI. 129

cipia inducere, increatum, creatum, & aliud nescio quomodo vocem. Spiritus patris, spiritus qui ex patre; spiritus patris, spiritus qui à patre procedit. Spiritus domini, spiritus filij. Quod autem sit filij, dicit Apostolus: Emisit deus spiritu filij sui in corda nostra clamantem, Abba pater. Ecce ipse spiritus filij. Alio loco iterum spiritu Christi dicit Paulus: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: siquidem spiritus dei habitat in nobis. Obscurò animaduertite sanctam hanc connexionem. Quasi catenam quandam sanctam & viuam ex triplici potentia inducit Paulus, naturam coniungens inseparabilem, & in diversis nominibus unam virtutem indicans. Vos autem, inquit, non estis in carne, sed in spiritu. Ecce spiritum, siquidem spiritus Dei habitat in vobis. Videlicet spiritum Dei: Si autem quis spiritum Christi non habet, Et sane oportebat dicere, si autem quis spiritum Dei non habet: sed dixit spiritum Christi, dixit spiritum Dei, & subdit spiritum Christi. Si autem quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Verum hoc dixit, ut ostendat, si spiritus & Christus. Et idem est Christum adesse, & spiritu adesse: & idem est spiritum dei dicere, & spiritum Christi. Est igitur spiritus sanctus spiritus veritatis, quasi quis dicat, spiritu filij: quia dicit saluator, Ego sum Veritas. Dicitur spiritus veritatis qui est spiritus filius. Inquit dicit Paulus: emisit Deus spiritum filij sui, Est igitur & spiritus filij, & spiritus eius qui excitat Iesum Christum. Et audi Paulum dicentem: Si autem spiritus eius qui excitauit Iesum Christum habitat in vobis. Hæc nomina sanctæ & immaculatae trinitatis, sancti & admirabilis spiritus sunt nomina, non naturæ conuenientia, sed operationi. Pro fundus sermo, & opus habet auribus attentis, musitis, & fidelibus. Dicitur autem iterum spiritus, spiritus vitæ: quia saluator dicit, Ego sum Veritas & vita. Dicitur spiritus vitæ, sicut & Paulus dicit: Lex spiritus vitæ. Hæc nomina eiusdem sunt auctoritatis, & eiusdem naturæ. Sunt autem alia nomina,

*Gal. 4.**Rom. 8.**Ioan. 14.**Gal. 4.**1. Cor. 3.**Rom. 8.*

130 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

quæ non ascribuntur sancto spiritui, sed virtuti & operationi eius: vt sunt dona eius. Dico itaque, & ante declaro sententiam, postea testimonium subinducturus. Quando dat spiritus sanctus precibus sanctorum vel mihi, vel alicui Christianorum sanctificationem, accipio donum ita ut sanctum habeam & corpus & animam. Donum datum mihi vocat Spiritum Sanctificationis: hoc est, beneficium. Si dederit spiritus sanctus cuiquam donum non habenti sapientiam, vel non habenti intelligentiam, sed solam fidem, quales sunt multi habentes dona, vt crederant scripturis, ignorantes scripturas, vocatur donum illud, spiritus fidei. Si autem quis accipiat virtutem & donum a spiritu sancto, vt credat promissioni bonorum que dantur in futuro seculo, ille spiritum promissionis accepit. Si autem quis accipit & sapientie donum, vocatur donum Spiritus Sapientiae: & vbi dona spiritus, vocantur spiritus: & attende diligenter, quia hæc speculatio modo ita declaramus. Veniamus ergo ad demonstrationes. Quando quis habet donum charitatis, dicitur quod habeat Spiritum Charitatis. Quando acceperit donum martyrii, dicitur quod habeat Spiritum Virtutis, hoc est donum. Iam quia donas spiritus sanctus est, vocatur & dominum eodem nomine quo is qui donat. Idcirco dicit Paulus: Non enim acceperitis spiritum servitutis rerum ad timorem, sed acceperitis spiritum adoptionis filiorum. Et iterum: Non enim dedit nobis spiritus formidinis, sed spiritum virtutis & dilectionis & temperantiae. Spiritum autem dicit hic donum, sicut quando dicit: Vos autem obsignati estis spiritu promissionis sancto. Promissionis spiritus vbi servatum est? Dicit Paulus: Habentes autem eundem spiritum fidei & promissionis, hoc est gratiam spiritus. Ecce igitur spiritum fidei, & spiritum promissionis. Si fuerit quis mansuetus & humilis corde, dominum accepit mansuetudinis: Est autem donum deum & hoc dicit Paulus: Si & preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales, instaurate eum qui

Rom. 8.

2. Tim. 1.

Eph. 1.

2. Cor. 4.

Gal. 6.

DE SPIRITU SANCTO HOM.

qui talis est in spiritu mansuetudinis: hoc est, in beneficio doni mansuetudinis. Considerans, inquit, te meripsum, ne & tu tenteris. Ecce spiritum mansuetudinis. Alij datur sanctificatio animæ & corporis. & vocatur spiritus sanctificationis. Sicut dicit Paulus, Seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in euangelio dei, quod ante promisit per prophetas secundum spiritum sanctificationis. Vbi multi putauerunt, qd adhuc etat primo verbo, qui declaratus fuit filius dei secundum spiritum sanctificationis. Non est autem sic, sed Paulus ordinatus secundum spiritum sanctificationis: & quando ordinatus est ex resurrectione Iesu Christi. Quoniam alij quidem apostoli ante passionem, hic autem post resurrectionem: & propere dicitur secundum spiritu sanctificationis. Et aliud, quando incipiens omnes tempore factorum mysteriorum dicere, Pater noster qui es in celis: dominum accipimus spiritu Adoptionis, hoc est, beneficium & dominum sancti spiritus. Spiritum vocat & emularionem, sicut dicit Paulus: Quoniam & vos simulatores estis spirituum, hoc est donorum. Et ad hoc excellentiorem vobis viam monstruo. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitate autem non habeo, nihil sum: hoc est, omni dono maior est charitas. Verum ad propositum redeamus. Redit Esaias. Spiritus enim per oes loquitur. Itaque sicut Paulus dixit: spiritus virtutis, spiritum charitatis, spiritum virtutis, spiritum temperantiae, spiritum promissionis, spiritum fidei, spiritum mansuetudinis, spiritum adoptionis filiorum & B. Esaras. Egregietur, inquit, de radice Iesu virginis, hoc est regia dignitas Christi. Virga enim regis symbolum est, vt dicit David: Virga æquitatis, virga regni tui. Egregietur Virga de radice Iesu, & flos de ea ascendet, & requiescat super eum spiritus dei. Hic est nomine ipsius naturæ spiritus, deinceps sequitur dona: Spiritus Sapientiae & intellectus, spiritus eosilij & fortitudinis, spiritus scientiae, spiritus pietatis, spiritus timoris domini. Sicut si quis explicet scripturam, siue tu, siue alius fidelis & Christianus, & si ab

Rom. 1.

Mat. 6.

1. Cor. 14.

Esa. 11.

Psal. 44.

Esa. 11.

## 132 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

sconditum nomen & obscurum fuerit, det autem spiritus sanctus alicui abscondita sensuum reuelare: is accepit spiritum revelationis, qui reuelat profunda. Vnde & Apostolus volens discipulos pios intelligere scripturas, dicit: Precor deū vt det nobis spiritū sapientiæ & revelationis, in agnitione illuminatos oculos mentis nostræ. Vidi spiritum revelationis: sed ad propositum redeamus. Vbi opus est discere profunda, vocatur spiritus revelationis: vbi oportet habere charitatem, vocatur spiritus charitatis: vbi decet manifeste loqui doctorem, vocatur spiritus sapientiæ: vbi opus est auditore vt cum intelligentia capiat, nominatur spiritus intellectus. Spiritus sapientiæ datur docentibus, spiritus intellectus auditoribus. Ego prædico, tu intelligis, & discorum mentem capis, docere autem nescis. Spiritus ille donum est sapientiæ, propter doctrinam. Volens autem deus monstrare, q[uod] sicut mittit docenti sermonem sapientiæ, ita mittit & discenti donum intellectus, vt capiat quæ dei sunt. Sapientiæ gratia habet os praedicans, intellectus gratiam habet cor discens. Sapientia atmatura oris est, intellectus vero cordis. Propterea dicit, Os meū loquetur sapientiæ, & meditatio cordis mei intelligentiæ. Alius nō accepit doctrinæ gratiam, sed accepit donum vt der consilium, consiliumq[ue] bonum & admirabile. Non enim oia quis accipit, vt ne donum naturam putet. Accepit quis doctrinæ gratiam, & vt ne quis extollatur, in operu consilio inuenitur infirmus: & alius non valens docere, bene consulit. Et inuenies aliquem qui mututinunc aliis dat, nunc ab aliis recipit. Vnde hoc? Nunc demonstratiōne adiiciam, q[uod] qui accipit gratiam doctrinæ, indiget at alterius consilio. Moses acceperat spiritu sapientiæ, legislationis & doctrinæ. Permittebat sibi pli toto die ius dicere, accedit Iethro sacer eius, & consultulit ei, ac dicit: Non potes sufficere tanto populo solus tu, vt ei ius dicas: sed si hoc feceris, totū te ipsum perdes. At quid? Constitue, inquit, decanos, & quinquagenarios, & centuriones, & tribunos, vt ea quæ

Eph. 1.

Psal. 48.

Exod. 18.

## DE SPIRITU SANCTO HOM. 133

excedunt decanum, referant ad quinquagenarium: & quæ excedunt quinquagenarium, referant ad centurionem: & quæ centurionem excedunt, referant ad tribunum: & quæ excedunt tribunum, referat ad te: & quæ excedunt te, referas ad decum. Si quod, inquit, graue negocium, referant ad te: si autem tibi quid graue, referas ad deum. Ecce legislator quum sapiens esset, accepit consilium priuati, & factum est consilium lex, & figura futurorum. Quoniam Iethro sacer Mosi, sacerdos erat idolorum: postea autem cognito errore didicit veritatem, factusq[ue] est figura gentium ecclesiæ: quia sapientiam legis transcendit gentium intelligentia: non quia sunt gentes, sed quia respuerunt. Quando enim receptum est consilium Iethro, non erat sacerdos idolorum, sed agnouerat deum. Quia postquam cognovit opera Dei, & mirabilia, quæ narravit ei Moses in Aegypto facta, dicit: Nunc ego cognoui. Vide resipiscientiam, quod magnus sit dominus deus noster supra omnes deos. Nam vbi veritatem agnouit, accepit boni consilij donum. At nos ad propositum redeamus. Accepit doces spiritu sapientiæ, discēs spiritu intelligentiæ vt intelligat. Propterea Efaias sapientiæ ascribit docenti, intellectu audienti, & inquit: Sapientem architecum, & intelligentem auditorem. Spiritus consilij datum consiliario: spiritus fortitudinis, consilii accipienti, accipit donum consiliarius, vt dicat utile quippe: accipit gratiam qui consilii accipit, dum perficit quod utile est. Spiritus timoris dominii. Singula dona illa ad propositum utrum concedebatur, verbi gratia: Quando extrubebatur tabernaculum a Mose in solidudine, non opus erat illi dono doctrinæ, sed dono architectonicæ, quomodo consuerent bysillum, hyacinthum, purpuram, coccinum: deditq[ue] deus donum architectonicæ, & artem confundi, texendi, fundendi arium, poliendi lapides, & construendi. Et quare oes artes illas dedit: quia tabernaculum faciebat deus super terram. Erat autem figura coeli & terræ tabernaculum. In sex autem diebus fecit deus coelum & terram.

I, Extrues

## 134 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

Exod.13. Extrahatur tabernaculum figuram gerens celi & terrae. Et opus habebant gratia spiritus suo operis cōgrua. Non enim erat tempus doctrinæ, sed futoriae, & aliarū artiū. Et dicit dominus: Ecce dedi virū nomine Beseleel, de tribu Iuda, & impleui eum spiritu diuino, spiritu sapientiæ & scientiæ, & sensus. Sapientiæ spiritu, vt quod proponebatur ad faciendum, ita faceret & operaretur. Scientia autem, vt bene quadrarent: sensus vero, vt intelligeret quæ dicebantur à spiritu qualem haberent virtutem. Alio loco promittit deus se daturū gratiā misericordiæ, & dicit: Effundam super domum David spiritū gratiæ et miserationis, hoc est donū misericordiæ. Iterū largitur dona humilitatis. Vnde hoc liquerunt. Tres pueri in camino, quoniam vt iusti flammam calcauerunt, vt humiles autem, peccatores se vocauerunt: Propter excellentem iustitiam calcauerunt, & caminū rorem fecerunt. non inflati sunt, neq; dixerunt, ô quanta nostra iustitia: nescimus enim naturam, transgressi sumus legem, sed operantur vt iusti, loquuntur vt peccatores. Considera enim, Calcabant flammam, exulta bant vt iusti, & confitebantur vt peccatores. Peccatum, iniquè egimus, iniustitiam fecimus. Omnia quæ induxisti super nos, iudicio iusto fecisti: quia iniquè egimus, & discessimus a te, & mādata tua nō audiuimus, vt bene esset nobis. Quoniam igitur quā iusti essent, seipsoſ humiliabant, acceperunt spiritū humilitatis, donū humilitatis. Et propterea cū via derunt gratiam, dicunt: Non est nobis in repte & hoc princeps & propheta, neq; oblatio, neq; thymiana, neq; locus vt offerantur primitiæ, & inueniantur misericordia. Quia igitur non habemus ciuitatem, neq; tē plūm, neque altare, pro omnibus humilitas nostra sufficiat. Propterea dicunt, sed in anima contrita & spiritu humilitatis suscipiamur. Alius cum plenus esset gratiā, accepto integro dono, dicit: Spiritum accipit impletionis. Vnde hoc dicit Hieremias: Via ſic populi mei, nō in sancto, neq; in puro. spiritū impletionis: nō habent, inquit, spiritū qui implete eos.

Dan.3.

## DE SPIRITU SANCTO HOM. 135

Sic habebat spiritū impletionis apostoli, vt scriptū est: Tūc, inquit, Paulus impletus spiritu sancto, quādo arguit Elymam magum. Vides donaria? Reperiāgitur nomina ineffabilis naturæ. Spiritus dei, spiritus qui ex deo, spiritus domini, spiritus patris, spiritus filii, spiritus Christi, spiritus qui excitauit Christum, spiritus vitae, spiritus veritatis. Dein dona, spiritus virtutis, spiritus charitatis, spiritus temperan-  
tiae, spiritus promissionis, spiritus fidei, spiritus reuelationis, spiritus adoptionis filiorū. Qui accipit gratiam vt iudicet, accipit spiritum iudicij, sicut dicit Ff.4. Esaias, & purgabit eos dominus spiritu iudicij, & spiritu adiunctionis. pupitricē & purgatricē vim vocat spiritu adiunctionis. David autē petit spiritum regnum, qui dirigat, & in rectā viā ferat. Et iterū petit donū principiæ, quo dominetur & sit princeps affectionum, faciatq; animā non seruire suis affectionibus. Quoniam enim David peccauerat, & a continētia venerat in nequitiam affectionū & voluptatis: & quia non iuste iudicarat interficiendum virum, et seruus factus erat concupiscentiæ in adulterium pro lapsus, petit Spiritum rectū, inquietus, innova in visus scribus meis: & ne proicias me, inquit, a facie tua: & Redde mihi lētitiam salutaris tui, & spiritu principali confirmā me: hoc est, dono quo dominetur affectionibus, et cohībeat voluptates. Hec a nobis dicta sunt de spū sancti diuina maiestate, & diversitate in operationib. eius. Hæretici aut qui ignorauerunt, Q; quid do dicit spiritū sanctificationis, vel pmissio nis, donorū memor sit. ipsi ad naturā referunt, dices tes, q; deus dedit, & spiritū sanctū donauit. Vidisti, inquit, q; donu dei est: legerūt dona, & ea ad naturā referunt miseri. Oportebat intelligere quæ nomina ad naturā pertineant, & quæ dona & gratiam significant: cauponę fuerunt adulteratae veritatis, cōfuderunt omnia, subuerterunt seipsoſ, exciderunt à veritate, obtenebratum est insipiens cor eorum, discentes se esse sapientes, infatuati sunt. Eapropter inferunt: Quoniam, inquit, de spiritu moues, & a

Rom.8.

I 4 scri,

## 136 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

scriptura doces, & vis testes habere scripturas: ab  
ipsis scripturis moti dicimus ea ipsa quæ de spiritu  
*Ioan. 16.* sancto saluator dixit. Quid igitur ille dicit? Spiritus  
veritatis deducet vos in omnē veritatem: nō enim  
loqueretur à seipso, sed quæcunq; audierit, loquetur,  
& quæ ventura sunt, annunciabit vobis. ille me glo-  
rificabit: quia ex meo accipiet, & annūciabit vobis.  
Vidisti quomodo, inquit, à semetipso nō loquetur,  
sed ex illo accipit? Num potest demonstrari spiritus  
autoritas? An non demonstrauit, inquit, eum subiacere  
potestati filii, & mutuari ab eo, & aliis suppeditare?  
Attende diligenter, quoties tibi dictum aliquod  
apparet obscurum, ne statim addicas te dictio, sed  
expecta finem sententiae. Non vides quando extrahen-  
tur domus, quomodo omnia confusa sint, calx, la-  
pides, ligna, & in oculis tuis omnia sunt confusa, ar-  
tifici autem omnia bene quadrauerunt. Scit enim suo  
tempore, quomodo hoc confusum in hoc loco, illud  
in alio congruat: & quæ nunc disperfa in harmonia  
quandam conuenientia, ædificij pulchritudinem per-  
ficiant. Igitur cum videris dicentem ab hoc in illud,  
& ab illo in hoc transilire, crede quod materias pre-  
parat: quando coniungo materias, tunc ostendo quæ  
bene conueniant. Vna natura filii est et spiritus, vna  
virtus, vna veritas, vna vita, vna sapientia: at ab eo  
tempore quo saluator dignatus assumere creaturā no-  
strā, impletus spiritu sancto: non quod inferior spiri-  
tu sancto, sed quod caro opus habeat humano modo,  
vt accipiat aduentum spiritus, non quod non  
posit deus verbum, sanctificare creaturā quā attinet:  
psit. Nam si hunc concesseris sermonem, superiu-  
rus filius. Sufficiebat enim pater ad sanctificandā car-  
nē. Nō pater quasi infirmus coassumit filiū. Nō qua-  
si infirmus, filius assumit spiritum. Sed quia vna na-  
tura est, quæ omnia in omnibus operatur, alia quidē  
pater operatur, & in omni natura suscipitur: alia au-  
te filius, & in omnē transit naturam: alia vero spiri-  
tus, & in omnī natura suscipit. Quod igitur natura  
secundū seipsum cōsideratur, par est et equalis, plena  
poter-

## DE SPIRITU SANCTO HOM. 137

poteſtatis & autoritatis, admirabilis, neque indiga,  
neq; imperfecta, non proficit, non minuitur, non aug-  
menta ſuscipit, non attenuatur. Cum autem accepit  
Deus verbum carnem nostram, fecit eam humano  
more, quaſi vnum Aſtolorum vel Prophetarum  
ſuscipere ſpiriſum ſanctum. Dixit prius, non quod  
non ſufficiat filius dei, ſed ut perfecta trinitatis ſcien-  
tia in creature illa ostendatur. Aſſecuta igitur eſt ca-  
ro domini ſpiriſum ſanctum, & conſequenter volu-  
it ſaluator carnem quam accepit, ſpirituſi ſancto ap-  
propriare: ut id quod faciebat Christus ſecondū car-  
nem, aſſcriberetur ſpirituſi ſancto, qui habitauit in  
eo, ſicut in ſancto, templo humano. Homo enim pro-  
pter nos, deus autem propter ſeipſum. Homo enim  
propter misericordiam eiecit dæmones, & voluit fu-  
gationem dæmonum aſſcribi ſancto ſpirituſi, & di-  
xit: Si autem ego in ſpiritu ſancto ejicio dæmonia:  
& non dixit in verbo, ſed aſſcribit ſpirituſi, ſicut vir-  
ſanctus ſpirituſum ſanctum affecutus. Deniq; quando  
intravit in templum, ſumit prophetam Elaiam, & le-  
git. Legit autem quæ de ſeipſo erant ſcripta, & re-  
perio, inquit, libro, dicit: Spiritus domini ſuper me. Eſa. 6r.  
Non contradici potest, quin persona hominis loqua-  
tur: Spiritus domini ſuper me, eo quod vnxit me.  
Per ſpirituſum, inquit, ſanctum vngtus sum, Propterea  
Petrus, Iesum à Nazareth, quod vnxit eum deus  
ſpiritu ſancto & virtute. Hic animaduertamus ob-  
ſecro. Hac enim omnia in ædificio sermonis mei in-  
ſumentur: non enim ab aliis in alia efferimur, ſed (ut  
dixi) materias diſpono, ut tu vniōnem coaptes. Al-  
ſequutus eſt ſpirituſum ſanctum, baptizatus eſt in Ior-  
dane, & dicit Ioannes: Vidi cœlos apertos, & ſpiri-  
tum dei deſcendentem ſicut columbam, & manente  
super eum. Vidisti quomodo humano modo acci-  
pit ſpirituſum ſanctum? nullus ſic impius, ut credat  
quod diuinitas accipiat ſpirituſum. Dicit Ioannes Ba-  
ptista: Medijs veſtrum ſterit, quem vos ignoratis,  
Sc: ego nesciebam eum: ſed qui misit me, ut baptiza-  
rem in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris ſpi-  
ritum

## 138 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

ritum sanctum descendētē sicut columbam, & manentem super eum, hic est filius meus. Descendit spiritus sanctus, ut impleatur hoc Esaīa: Spiritus Domini super me. Baptizata est caro, & statim baptizatus ascendit de aqua, & ductus est a spiritu in desertum. Duxta est, & quasi pædagogum habuit caro spiritum sanctum. Quare ductus est: ut nobis figurā daret, quod sicut caro mea non ducitur concupiscentiis, sed dicitur spiritu: sic & vos debetis. Propterea & Paulus: Si autem spiritu dei ducimini, non iā estis in carne. &, quicunq; spiritu dei ducuntur, non sunt sub lege. Dicitur caro Christi, ducamur & nos. Propterea enim omnia in seipsum assumit, vt nobis exemplum relinquat. Ductus est a spiritu ut tentaretur, & vicit diabolum, non deitas. Contumelia facta est deitati dicere, vici. Deus enim nunquā vincitur, neq; vincit, sed semper præualet & dominatur. Nam si omnino vinceret, possibile esset & ipsum vinci. At qui semper dominatur, & præualet in omnibus omnipotens, & neq; obtumultuantur ei subditi, uecte ei negotium faciunt. Si igitur caro dominica, & dominicum figmentum, nouus homo cœlestis, nouum germen, quod nouo partu floruit, accipit spiritum sanctum, habeas testimonia quod aduenit spiritus de cœlo: & duxit eū spiritus, ut vinceret diabolum. Imago Adam quæ in principio seducta, ut homo postea vinceret, noua ingreditur comitata virtute spiritus. Propterea sicut dixit, Ductus est a spiritu in desertum, ut tentaretur: sic quando reuertitur ut vicit, dicit: Iesus autem reuersus est in virtute spiritus a deserto. Habuit igitur caro spiritum sanctum, non partem donariorum sicut nos, cum vni sapientia, alteri scientia datur: sed omnia habuit dona. In veritate anxius sum & tremo, ne infirmitas linguis obscuret magnitudinē eius quod prædicatur. Igitur corpus domini & caro sancta, ut accepit spiritus sancti efficaciam: non accepit, sicut de aliquo apostolorum dicitur & prophetarum gratiam unam, vel aliteram. Homo enim non est capax omniū, ideo dicitur. Pau

Rom. 8.  
Gal. 5.

## DE SPIRITU SANCTO HOM. 139

Paulus: Num omnes apostoli? num omnes prophetae? num omnes dona habent sanationum? In carne autem Christi omnia dona fuerunt, secundum substantiam carnis. Et attēde, implevit primo proprium templum omni gratia. Habuit donum curandi morbos, effugandi dæmones, suscitandi mortuos, prædicti futura, operandi ea quæ veritatis sunt: omnia potuit, et habuit donorum plenitudinem, quatenus impleta est caro eius omnibus charismatibus. Vnde opus fuit, ut inde omnes acciperemus ad mensuram & partes: & inde apostolis & prophetis ex eo suppeditaretur. Joānes testatur, quod in eo tota deitas plenitudo. Et iterum: In quo habitat diuinitas plenitudo corporaliter. Non dixit simpliciter, In quo habitat deitas, sed plenitudo deitatis, hoc est, omne deitatis donum. Et vi ne quis putet quod in Deo verbo habitauerit, dicit: In quo habitauit omnis plenitudo deitatis corporaliter. In carne eius omnis plenitudo sapientie, intellectus, virtus signorum, omnis operationis. Deinde à plenitudine eius mutuamur omnes. Testatur Ioānes baptizans, Et ego nesciebam eum: sed quis misit me ut baptizare, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendenter, & manentem super eum: non dixit, qui largitur ei donum unum: sed manentem totum: hic est qui baptizat in spiritu sancto & igni. Deinde vobis ostendere Ioānes, quod non sicut homo accessit gratiam Saluatoris, dicit quod non ad mensuram dedit Deus spiritum, sed pater diligit filium, et omnia dedit in manū eius. De plenitudine eius nos omnes accepimus, ille plenitudinem, nos de plenitudine. Quomodo? A quo implevit dominicam carnem? Deo hausti sicut à fonte, et largitus est hominibus gratis. Attende obsecro, dicit igitur: Quando venerit paracletus spiritus veritatis, docet vos in omnem veritatem, quia de meo accipiet. Attende magna diligentia, non dixit de me, sed de meo. Ex meo, cuius? De meo dabit vobis, sed accipiet, accipit non mutuatum. At quoniam implevit fontem ut origo

1. Cor. 12

Ioan. 1.  
Col. 2.

Ioan. 1.

origo

## 140 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

originem donorum, à fonte haurit, p̄ebet omnibus de propriis. Et vnde hoc quod accipere de propriis,

*Exo. 18.* est accipere, audi: Impleuit Deus Mosen spiritu, & dicit Moses: Non possum solus ferre pondus huius populi, ordina alium, te ipsum. Dicit ei Deus: Elige septuaginta seniores, & accipiam de spiritu qui in te, et dabo super eos. Non dixit, accipiam tuum: sed,

*Deut. 1.* de spiritu qui in te. De meo accipiam. Dicit Deus in diebus illis: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt. Si Deus à Mose accipiens mutuatus est, spiritum à filio accipiens mutuatus est. Etenim Moses figura erat Christi. Quia sicut à Mose septuaginta fuerū impleti, ita & à Christo orbis terrarum accepit spiritū sanctū. De meo accipiet: ex his quæ mihi suppeditauit homini dominico, sumet sibi qui dedit. Qui venit super me, & misericordia mea, qui vincit me, qui sanctificauit me, qui duxit me in deserto, qui reduxit me victorem, de meo accipiet, & annunciat vobis. Et ut ostendat quod non sancti spiritus mentionem fecerit, sed donorum eius, postquam dixit de meo accipiet, adiun-

*Ioel. 2.* cit statim: Omnia quæcumq; habet pater, mea sunt: accepi ea de spiritu sancto, propterea dixi, de meo sumet. Quoniam Deus carnem sanctificauit spiritu sancto, & emisit donum spiritus pater in carnem Christi. Venit gratia, & omnia dona indidit Christo, dicit: De meo accipiet, & annunciat vobis. Quid igitur est, quod à seipso nō loquetur, sed quæcumque audierit, loquetur vobis? Dictum est ante hoc, quod aliud est spiritus sanctus, & aliud donum: aliud rex, & aliud donum regis. Quando quis contra varias barbarorum gentes bellum gerit, dubitat ubi præliari incipiat. Si in hanc impressionem faciat, & occupatur, mox alia prospectat et rumpere aciem: si in duas partes diuidat, diuiditur virtutes. In medio sumus Arianorum, qui reprobant Christi gloriam, in medio sumus Macedonianorū, quidiuinā spiritus gloriam cōtumeliis afficiunt. Si igitur confessio de filio loquar contra Macedonianos, Arianus statim

## DE SPIRITU SANCTO HOM. 141

statim pugnat. De filio enim dicit, non persuasi, et de spiritu mihi loqueris? Verum quia hodie positum est de spiritu sancto, (sepe enim iuxta gratiam nobis à Christo datum de filio victoriam reportauimus, testesq; dictorum vos estis, quod non fuerint deceptions rhetorica, sed scripturarum demonstrationes) volebam autem & nunc afferre de filio sermonē. Semper enim in illo virtutem fulgentem habet. Sed quia de hoc satis pluribus argumentis persuasi sunt, qui circa spiritum sanctum claudicant, nunc taceo. Impossibile autem est eos qui circa spiritum sanctum aberrant & claudicant, recte pede ambulare circa filium. Usque hodie non inuenis Macedonianū nullum omisisti verbo subscribere iuxta Nicenum decretum, quanvis semper dicant: Nos recta fide incedimus. Quoniam de spiritu sancto nō est manifestatum. Neq; enim de hoc pugna vel labor erat: attamen secundū quod illis satis persuasum est, dico. Scriptum est, à seipso nō loquetur. Dic Macedoniane, scriptum est hoc de filio, Imd ipse dicit de seipso, ego à meipso non loquor. Attende obsecro, affero testimonī apud te confessum (apud Ariani enim certamine hic opus esset, in hoc quod dicit, Ego à meipso nō loquor, & de spiritu sancto: *Ioan. 14.* apud te autem qui promisisti te hoc sancte colere, nulla opus concertatione.) De Christo docens discis, æqualem Deo similem patri per omnia. Coram his qui confitentur gloriam, questionem induxi. Dicis de spiritu, à seipso non loquatur: dicit filius de ipso, Ego à meipso non loquor, sed quodcumque audiui à patre meo, hoc loquor. Ecce & filius à seipso non loquitur, attamen est æqualis honor. Hæc adeste dico. Ariani enim & ille etiam de hoc dubitat. Idem evenit incredulis, quod & naufragis accidit, sicut dicit Paulus, qui circa fidem naufragium fecerunt, Ariani naufragio facto, perdidierunt et Christi gloriam, & spiritus sancti virtutem. Macedoniani contendunt quidem emergere, sed dimidiam sarcinam amittunt. Si autem quis spiritum Christi non habet,

*1. Tim. 1*

## 142 DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

habet, hic non est eius. Attende igitur, ut ne videas  
mū more certantium illudere, & contumeliose des-  
monstrationem facere. Ego à meipso non loquor.  
Interpretare mihi quid est hoc quod dicit, Ego à  
meipso non loquor? Quomodo dixit Saluator. Si  
enī adduxerit solutionem de filio, hanc intelliget  
& spiritui sancto congruere. Duo statuit æqualis  
ponderis, neque spiritus à seipso, neq; filius a seipso:  
sed opus habet filius patre, opus habet & spiritus  
sanctus patre, itaq; æqualis erit honor. Attende igitur:  
Scio quod in profundū meipsum dedi, sicut no-  
uit virtus Christi omnia perscrutati, iñmō tremo po-  
tius quām dico, ne in imminensam abyssum abeat na-  
vicularia, & desit spiritus. Da enim mihi nauim vacu-  
am, gubernatōrē, nautas, funes, anchoras, omnia dis-  
posita, & nusquam esse spiritum venti: nō nre tar-  
dat omnis quantus cung; est apparatus, si desit opes  
ratio spiritus? Ita fieri solet, licet sit sermonis ampla  
supellex, & mens profunda, & eloquentia, & intel-  
ligentia, & non assit spiritus sanctus qui viam suppe-  
ditat, otiosa sunt omnia. Quare igitur de seipso sicut  
de spiritu sancto loquitur? Quasi agonistæ essemus,  
subuerteremus contradicentes, sufficientibus conse-  
queretur argumentis persuasuri & his & illis, si qui  
dem parere voluerint. Non enim omnino necessari-  
te eos adducemus, sed dico, si forte quidam persua-  
deantur, et ne admireris, si ego homo dicam hoc. Di-  
cit Deus Ezechieli: Abi ad domū Israel, & dñe eis,  
si forte audiant, si forte sciant. Dicimus huc, si forte  
audiant, si forte credant, si forte se nobis iungant.  
Quod si huc nobis dicentibus non se iunxerint, in-  
noxii sumus nos. Sc̄e Paulus docebat, & postquam  
dovit, dicit: Testificor quod mundus sum à sanguini  
ne omnium vestrum. Non enim reveritus sum quod  
minus annunciarē vobis viam dei. Et nūc dico,  
quare Saluator dixit, A meipso non loquor: & de spi-  
ritu sancto, A seipso non loquetur. Oro charitatem  
vestram, hic animaduertamus. Quum vñus sit Chri-  
stus, multi prodierunt falsi Christi, sicut Saluator di-

Eze. 2.

Act. 20

## DE SPIRITU SANCTO HOM. 143

xit: Multi venerunt in nomine meo falsi Christi, &  
pseudoprophetae: quū vñus sit Christus, & promis-  
sus per prophetas, quod veniat: ante aduentum eius  
apparuerunt quida impostores, dicentes: Nos sumus.  
Theudas dixit: Ego sum. Judas Galilæus dixit: ego  
sum: & seducebant multos. Saluator venit, & dixit:  
Quotquot venerunt ante me, fures fuerunt & latro-  
nes, sed non audierunt eos oues. Oves meæ meam  
vozem audiunt, & cognoscunt vocem meam, & se-  
quuntur me. Venerunt igitur illi falsi Christi, & nō  
docuerunt ex lege & prophetis, sed ex seipisis loqua-  
ti sunt, & ex propria sententia. Saluator venit, et nō  
dicessit à lege, non discessit à prophetis, sed dicebat  
quasi in exemplo, Bene dixit Esaias. & iterū: Nō n-  
ne scriptum est in lege vestra. Et quū accederet ad  
eum diabolus, dicit ei: Dominum Deum tuum ado-  
ribis, & illi soli seruies. Venit igitur Christus se-  
cundum carnem. Non loquutus est ex seipso, sed ex  
prophetis. Igitur quia illi qui ante Christum vene-  
runt, in nomine Christi non sunt loquuti, neq; ex le-  
ge, neq; ex prophetis, sed ex propria sententia erro-  
res loquuti sunt, dicit Saluator: Ego à meipso non  
loquor, sicut illi. A seipso enim loqui extra legem  
loqui est. Sic igitur oportet etiam te loqui, quum vi-  
deris hæreticos Aristotelica vel Platonica mouere:  
dic, Nos a nobis ipsis non loquimur, quæcunq; audi-  
imus à Christo, hæc loquimur. Et vnde hoc, quod  
a seipso loques pseudopropheta est, vel quod loqui  
a seipso pseudopropheta nobis indicat? Dicit Eze-  
chiel Propheta: Vito ego, dicit dominus ad prophe-  
tas, qui seducunt populum meum, nō misi eos: a se-  
ipsis locuti sunt, & ex corde suo loquuntur. Proin-  
de quia pseudoprophetae a seipisis prædicauerunt,  
Saluator à suspicione hac se purgans, dicit: Ego à  
meipso non loquor. Vnde hoc quod Saluator habi-  
tus est deceptor? Hoc primum confirmabimus. In  
falso cenopegia quærebant turbæ Iesum, dicentes:  
Vbi est? Et erat de eo diuersa vox: alii dicebant, ho-  
rus est, alii dicebant, Non, sed seducit populum.  
Vidisti

Mat. 24

Deut. 6.

Eze. 18.

Ioh. 18

## 144 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

**Mat. 27.** Vidisti vbi habitus est seductor? Itē post sanctam saluatoris mortem dicunt pontifices Pilato: Scimus domine, quod dixit seductor ille adhuc viuēs, post tres dies resurgam. Hęc ideo dixi, ut demonstrarem eum habitum fuisse seductorem. Quia igitur seductor habitus est, dicit: Ego à meipso nō loquor, sed de lege, de prophetis, quæcumq; audiui de patre, nō secundum diuinitatem audiui à patre in lege & in prophetis. Ex persona carnis loquitur, ut solueret suspicionem. Ego à meipso non loquor, sed quæcumq; audiuitis à patre vestro diabolo, loquimini. Et ut monstrat quod diabolus quando in aliquibus loquitur, mendacium operatur, dicit: Quando loquitur mendacium, ex propriis loquitur. Ego ex meipso nō loquor, sed ex prophetis & lege: hoc enim est veritas. Sicut igitur saluator purgans se à suspicione, dicit: Ego à meipso non loquor, sicut deceptores, sic et de spiritu sancto. Cæterum obsecro, hic animaduertamus, iuxta dictum Salvatoris: Multi apparent pseu doprophetæ & pseudochristi, & dicent, hic quidem ego sum: & alius, ego sum, sicut scriptum est, quod multi venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducent: sed ne seducamini, sicut igitur aliqui suspicabantur seductores esse Christos, sic & venturi multi, qui & facturi se habere spiritum sanctum quem non habent, & loqui: sed illi quidem homo apparebat, & dicebat, Ego sum Christus: hic autem nō audebat aliquis dicere, Ego sum spiritus sanctus. Non enim corporeus facinus est, sed inuisibilis aduenit. Venit ad Petrum, vel ad Paulum, & erat ex confessio quod spiritus sanctus iisque retur. Prodit Petrus, & dicit: Spiritu habeo. A facie nullus videt quis habeat, vel quis non habeat: vel quis habeat spiritu immundū, vel quis habeat spiritu sanctū. Nam si visibilis esset, nō decepisset nisi agnitione fuisse redargutus. Venit Montanus, dicens: Spiritum sanctum habeo. Venit Manichaeus, dicens: Spiritum sanctum habeo, nō fuit autem manifestum.

**Ioan. 14****Mat. 24**

## DE SPIRITU SANCTO HOM. 145

festum. Ut igitur ne plures nomine seducerentur, quoniam inuisibiliter donum venturum erat, dicit: Quando venerit paracletus spiritus veritatis qui à patre procedit, ille vos memores faciet verborum meorum, & inducit vos in omnem veritatem: non enim à semetipso loqueretur. Nam si quem videritis dicentem, spiritū sanctum habeo: & non loquentē euangelica, sed propria, is à seipso loquitur, & nō est spiritus sanctus in ipso. Sicut enim dicit de seipso, Ego à meipso non loquor: ut soluat suspicionē deceptionis, imò errorem à veritate separat: Ita ut ostendat quinam habeant spiritum sanctum, & qui nō habent, sed simulant se habere. A me audistis quid trahidi. Quando veniet inuisibilis spiritus, mea loqueretur. Si videritis aliquid euangelica repetentem, prolecto spiritum sanctum habet. Veniet enim spiritus sanctus, ut recordari vos faciat eorum quæ docui. Si quis igitur eorum qui dicuntur habere spiritū sanctum, dicat aliquid à seipso, & nō ex euangelii, nō credite, meam doctrinam sequamini. A seipso nō loquetur, sed propter hoc factus est aduentus, qui indicit quis accepit spiritum, & quis non accepit. Si quis sequitur dicta Christi, spiritū sanctum habet. Nulius enim potest dicere Dominum Iesum Christum, nisi in spiritu sancto. Venit Manes, vere <sup>maevs</sup> & hoc est insaniens, alludens suæ seductioni nomen habens, & dicit: Ego sum paracletus que promisit Saluator Apostolis, ego sum filius dei. Vbi audisti in euangelio Christi, quod sol & luna opifices sunt? Vbi dixit Christus, quod hęc hauriant animas, & reducant eas? Vbi legisti hęc? Ex quo non legit hęc scripta, sed à seipso loquitur: manifestum est quod non habet spiritum sanctum. A seipso non loqueretur, sed quæcumq; audierit, annunciat vobis: hoc est, quæ dixi, confirmabit. Et vide miraculum. Quemad modum Salvator venit, & factus est impletio legis & prophetarum: ita impletio euangelij est spiritus sanctus. Christus venit, & implevit quæ à patre in lege & prophetis sunt dicta, propter quod dicit Paulus.

**z. Cor. 12**

( K )

## 146 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

- Rom.10.** Ius: Impletio legis Christus. Spiritus sanctus venit & impletus euaniglica. Quæcunq; sunt in lege, Christus implet: quæcunq; sunt in doctrina Christi, spiritus implet: non quod imperfectus sit pater, sed aperte Christus confirmans quæ sunt patris: sic apparet spiritus sanctus, confirmans quæ sunt filij. Vnde hoc? Dicit Saluator discipulis: Multa habeo dicere vobis, sed non potestis portare modo: quando autem venerit spiritus sanctus, inducet vos in omnem veritatem, quia a seipso non loquetur. Nam mea implet. Filius implet ea quæ sunt patris, & a seipso non loquitur. Si autem audieris dicentem, Mittam vobis spiritum sanctum, non secundum deitatem accipias. Deus enim non demittitur. Nomina sunt hæc operationem significantia, eo quod omnis qui demittitur, in illa mittit loca in quibus non est. Finge quod ego loquar alicui in hac sede. Non possum dicere cuiquam, Veni, mittam te here: hoc non est mittere, sed collare vel adstituere. Quod cum Deus vbiq; est, Cœlū enim, inquit, & terram ego impleo, dicit Dominus: quod mittit quis vbiq; est? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades; si sumpropter penas meas diluculo, & habitauero in extremis matis; etenim illic manus tua deducer me. Quorsum igitur Deus mittit? An forte quod ipse quidē vbiq; is autem qui mittitur, non vbiq;? Misit Deus filium suum in mundum: ut non præsentem in mundo? Propterea venit in mundum, quia antea non fuerat in mundo? Quomodo igitur Ioannes euangelista dicit, Omnia per ipsum facta sunt: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est: Quomodo igitur iterum in mundū missus est? Num missus est, qui missus: & misit, qui misit luprā, & qui missus est infra: quomodo dicebat, Et qui misit me, mecum est? Obscurum dicit genter attendas, secure serua sermonem. Potest enim dicere hereticus: Mecū est, mihi est auxilio: sicut & ego dico, Deus meū est. Non dixit simpliciter, sed quidē Pater in me manens. Si mecum erat, & mecum misit, quomodo ille misit, vel quomodo hic misit?

## DE SPIRITU SANCTO HOM. 147

Et si mansit supra qui misit, et qui missus est, venit deorsum, quomodo dicit filius: Pater meū est. Si supra mansit qui misit, quomodo secū habet missus missum? Ego enim, dixit, in patre, & pater meū est. Quomodo igitur missus est, qui dicit: Pater in me est? Et quomodo igitur misit? Igitur cū dicit, Mitto vobis spiritū sanctū: donum dicit sancti spiritus. Et ut discatis qd; donum mittitur, spiritus autem nō mittitur, Saluator dicit apostolis: Manete in Hierusalem, donec induamini virtute ex alto, & summis virtutē superuenientis spiritus sancti in vos. Alia est virtus quæ conceditur, & alius est spiritus qui concedit, diuidens singulis prout vult. Igitur tu nō potes ostendere mitti spiritum sanctum à pura deitate. Ego autem ostendā tibi factorem cœlū & terræ mitti a spiritu sancto. Quid facis? Vel nega Christum, vel expunge scripturas, vel seruus scripturarū obedi scripturis. Et ubi, inquit, dictum est hoc? Audī Deū dicetem per prophetā Esaiā, præcone pietas. Audi me, dicit Jacob et Israel quid ego loquar: Ego Deus primus, & ego post hæc, & præter me Deus non est. Attende oro. Restat enim hoc quod queratur. Quis igitur qui dicit hæc, pater vel filius? Vide quomodo in figura monachæ trinitatem recte prædicat. Ego Deus primus, & ego post hæc, et præter me non est deus. Quis est qui hæc dicit? mundi conditor. Subdit enim, Ego manu mea fundauis terram. Vide quomodo opifex loquitur: Et spiritus meus firmauit cœlum. Ego omnibus stellis mādaui, ego excitaui cum iustitia regem, & omnes viæ meæ rectæ. Dixit seipsum opificem, & factorem cœli a terra. Dicit postea hæc: Non ab initio in occulto locutus sum vobis hæc, neque in loco tenebroso. Dixit, Fundauis terram, & feci cœlum: quando facti sunt, illuc aderam. Et nunc dominus misit me & spiritum suum. Te qui fecisti cœlum & terram, qui disti astris, dominus misit & spiritū suum, genuit secundum deitatem, misit secundum carnem. Factor cœli & terræ dicit: dominus misit me & spiritum

## 148 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

tum suum. Missionem spiritus haeretici in contumeliam capiunt. Misit pater qui non migrat, nec transfertur loco. Misit filius qui non se discedere facit, &

*Act. 10.* a quo non seceditur. Et idcirco scriptura dicit: Deus effudit donum spiritus sancti. Diuinitas non effusa est, sed donum, propter hoc ut demonstraretur, quod hoc quod effunditur, non sit spiritus sanctus, sed spi-

*Psal. 44* ritus dei gratia, dicit David Christo: Effusa est gratia in labiis tuis. Gratia effunditur, non qui donat gratiam. Si igitur aequalis honor prædicatur, & q[uod] a seipso manifestatus est, & q[uod] de meo accipiet, quasi a fonte, interpretari quis potest, ne habeant locum vel suffugium impietatis haeretici. Venerare spiritum sancti quem accepisti. Dic saepe q[uod] retributione accepteris. Assumpsit Christus figmentum tuum, dedit mihi spiritum suum. Honore prosecutus est creaturam suam, ipsa ad dexteram patris collocata, & tu spiritum sanctum in ordine seruitutis constituisti? H[oc] salutaris lex suggestit, prophetæ loquuntur, apostoli diuinis oraculis annunciant, martyres constentur, pii credunt, ecclesia contestatur, inscitia oppugnant, fidelis pluribus argumentis persuasum habet: sic & Christus glorificatur. Eius enim est gloria, & honor, & adoratio, simul cum patre & sanctissimo & hono viuisco spiritu, nunc & semper, &c.

## DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE FIDE, &amp; lege naturae, &amp; sancto spiritu, sermo.

*O*mnis scriptura, quæ diuinitus inspirata, est utilis, originem & fontem pietatis a spiritu veritatis ducit. Omnia enim profunda humana a sancto adorando spiritu, quasi a tertili & secundo fonte scaturiunt. Omnia igitur que cunguntur vel lex dicit, vel prophetæ vaticinantur, vel apostoli prædicant, sancto spiritui vere tribuuntur & ascribuntur. Omnia enim operatur unus & idem spiritus, distribuens peculiariter unicuique sicut vult. Hinc fulgurant omnigenæ pietatis pulchritudines, præludent veritatis sermones, manant diuine sapientiae thesauri. Thesauri non qui in terra delin-

*2. Cor. 12*

## DE FIDE ET LEGE NA. SER. 149

escunt, sed qui in profundo pietatis spectantur. Thesauri qui animas laetificant, mentes illustrant, orbem totum conuertunt, Ad pauperatum dicunt. Quia sicut qui primitiua pulcherrimamq[ue] pietatem exuit, in magnam deductus est humilitatem: Ita & qui pie viuit, & virtute præditus est, ditescit, & exultat. Id quod testatur alicubi Paulus, dicens: Gratiæ ago Deo, quia in omnibus locupletati estis in illo, omni sermone et omni scientia. Etenim qui dei sermonem accipit, diues fit: qui non accipit dei sermonem, fit inops. Huius testis est Hieremias, dicens:

*Hier. 5.* Et dixit, forte pauperes sunt, propter hoc non pos-

sunt audire sermonem domini. Et pauper quidem ma-

le audit, diues autem exultat. Diues, inquam, sermo-

ne veritatis, & florens virtutibus fructuosa philo-

sophie. Qualis erat David dicens: Ego autem quasi

*Psal. 51.* oliva fructifera in domo dei. Oliua fructifera non fo-

lis tantum germinans, sed & fructibus pietatis abun-

dans. Sepe enim fit, ut anima ramis & foliis sit deco-

ra, fructum autem ferat nullum. Sicut de Israel Hie-

remias dicebat: Vitis Israel pampinosa, non autem

fructifera. At Propheta exultat, dicens: Ego autem

quasi oliua fructifera, non solum foris frondosa, sed

intus succulenta. In domo dei fructifera. Non est

enim bonum extra domum dei versari. Offendes

equidem multos, qui quamvis sermonem veritatis

non acceperint, & foris sint, operibus tamen pietati-

atis, ut appareat, sunt conspicui. Inuenies viros miseri-

cordes, comparientes, iustitiae vacantes: sed nullos

facientes fructus operum, quia nescierunt opus ve-

ritatis. Nam & hæc sunt opera bona. Atque necessaria

opus est, ut præcedat opus summum. Enimuero cum

olim Iudei diceret domino: Quid faciemus, ut ope-

renur opera dei? Respondit eis: Hoc est opus dei,

*Ioan. 6.* ut credaris in eum, quem misit ille. Vides quomo-

do fidem opus vocavit? Igitur quamprimum credi-

deris, simul & operibus ornatus eris. Non quod de-

sunt opera, sed per seipsum fides plena est operibus

bonis. Opera quidem erga homines, & ex homini-

K; bus

## 150 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

bus sunt. Fides autem ex hominibus erga Deum. Fides eum qui conuertitur, ciuem cœlorum declarat. Fides hominem, qui terrenus est, Deo familiarem efficit. Nihil enim extra fidem bonū. Et ut quādam verbi similitudine vtar, Fratres, similes mihi videntur, qui operibus bonis florent, & Deum pie tatis ignorant, reliquis mortuorum pulchre quidē induitis, sensum autem pulchrorum non habentibus. Quæ enim utilitas animæ mortuæ, Deo quidē mortuæ fide & ratione, bonis autem operibus vestitæ? Opera in spe fiunt retributionis & coronarū. Quod si agnothetam ignoras, pro quo certas? Non oportet quidem nudam ab operibus esse fidem, ut ne vituperetur. Veruntamen sublimior est fides, quam opera. Sicut enim hominibus, qui hominis nomen merentur, opus est primum, ut præcedat vita, & sic enutriantur: conseruat enim vitam nostram alimen tum: Ita necessarium, ut præcedat vita nostram spes in Christum, quæ postea pascenda bonis operibus. Conceditur viuere quempiam qui non nutritur, non conceditur autem nutritri aliquem non viuentem. Jeiunavit Moses diebus quadraginta, sed quia habuit in se animam viuentem, nihil detrimenti exterritorum penuria accidit ei. Ita & opus quidem habet anima, ut operibus alatur. Ante opera tamen fides primum inducenda est. Eum qui operatur opera iustitiae, sine fide non possum probare viuum sum se. Fidelem autem absque operibus possunt monstrare, & vixisse, & regnum cœlorum assecutum. Nullus sine fide vitâ habuit, Latro autem credidit duntaxat, et iustificatus est à misericordissimo Deo. Atq; hic ne mihi dixeris, defuisse ei tēpus, quo iuste viueret, & honesta faceret opera. Neq; enim de hoc cōtenderim ego, sed illud vnu asseuerauerim, quod sola fides per se saluum fecerit. Nam si supervixisset, fideiq; & operum suis negligens, à salute excusisset. Hoc autem nūc queritur, & agitur, q; & fides per se ipsam saluum fecerit: opera autem per se nullos vñquā operarios iustificarunt. Et vñ plane vñdere,

## DE FIDE ET LEGE NA. SER.

dere, quod opera sine fide nō viuiscant? Testimonium bonū habuit Cornelius de eleemosyna et praesib; sed Christum ignorabat. Deum quidem credens, dei autem sermonē nondū edocitus. Sed quia opera erant bona & admirabilia (placebat enim bonorum remuneratori & amatori Deo) & quia manus ille iustitia & veritatis oculus, iustus inquam ille iudex, personarum respectum nesciens, vidit bona quidem opera, sed mortua, eo quod fidem nō habebant: mitit diuinum angelum operibus ad præmia acquirenda ministrantem, ita ut bene certando ob fidem coronari possit. Qui dicit ei: Cornelius, preses tuæ ascenderunt in memoriam coram Deo. Si igitur exaudita est petitio, inquit, & eleemosynæ meæ acceptæ sunt, quid mihi deest ad iustitiam? Mitte igitur in Ioppe dicit, & accerse Simonem, qui agnominatur Petrus. Qui vbi venerit, loquetur tibi verba, in quibus saluaberis tu, & tota domus tua. Itaq; nō poterant opera saluare. Nam si his quæ Petrus prædicat, saluatur & ipse, et domus sua: nondum habuit Cornelius ex operibus salutem, donec operibus suis fides acquirendum præmium offerret. Atq; hæc ob causam, beatus Petrus venerandus dei apostolus, postquam ex Ioppe venit, & vidit dei gratiam in eos, qui tunc habebantur alienigenæ, effusam, factus diuini iudicij admirator, dicit: In veritate cōperi, quod non est personari acceptor Deus: sed in omni gente, qui facit iustitiam, ei acceptus est. Hoc est, dignus fit ut assumatur.. Oportet igitur & ante opera lucere fidem, & fidei pedestre sequa esse opera: & ne quis fidem propter sterilitatem, & ne que opera propter incredulitatem vituperet. Esto igitur oliva fructifera, sed in domo dei. Interpretandum enim est de operibus esse oliuam fructiferam, de fide autem esse in domo dei. Quæ autem sunt opera? Omnes scimus, si operari volumus. Nullum enim est occultum. Nam in dogmatis quidem ambiguitas & disceptatio, opera autem non sunt occulta. Natura enim leges dicit. Scimus ex nos.

Act. 101

## 192 DIVI IOANNIS GHRYSOST.

bisipsis quid bonum, & quid malum. Posuit Deus in natura nostra legem non scriptam, quæ illustret mentes nostras. Nullus dicat, nesciebam legem, ne sciebam quæ ad legem pertinent. Nam si negaueris communem legem, argueret te naturæ lex. Vis disce re quod Deus naturæ inseuerit leges, quæ discernat quid bonum, & quid malum? Interroga nostram ipsorum conuersationem, quomodo omnes, qui facimus mala, fugimus, ne mali appellemur. Et quomodo audi: Adulter adulterium committit, erubet autem si adulter vocetur. Dic manifestatio, adultero, Adulter: confundetur tamen, licet quod faciat non ignoret. Quod si bonum putas peccatum, quare appellari talis tantopere fugis? Dic periuro, Per iure: & pro cōtumelia dictum habebit suorum operum appellatione. Sic natura ipsa clamat, qd malum sit, & alienum ab opere dei. Et quod fecit Deus, bonum est, & bonum valde, atq; ita bonum, quod & malis immiscetur, vt e malitia erubescat. Dic casto: Caste: & nomen agnoscens, de appellatione nō erubescit. Voca iustum, iustum: & opere coronatur, & appellatione honestatur. Et licet modestiæ gratia nomen fugiat, laudem tamen in anima sua accipit. Cogita quantū malorum cōmittatur in mundo, & persona caret malum, & quomodo personam nō habet. Si particulatim inquiras, nullam inuenies malitiam in sua apparentem persona. Non enim nisi personam assumat virtutis, appetit. Et quomodo audi: Qui mentitur, non fatetur se mentiri, sed veritatem simulans decipit. Qui mentitur, non prædicat quod est, sed quod non est figurat, & tunc iniustitiam operatur. Similiter dolosus nō ostendit dolorum, sed assu mit amicitiæ personā, & sic rem facit malam. Adulter non illegitimum adulterium confessus, à suo domino transit: sed figmentum continentiæ prætexēs, diuinia violat. Vides quod propriam personam nō habet malitiæ. Similiter & calumniator, quādo ingreditur in iudiciū, non hoc confitetur quod est: sed iaruam assumit veritatis, quasi ei patrocinari velit.

canig

## DE FIDE ET LEGE NA. SER. 153

namq; facit malitiæ testē propter mendacia. Sic malitia persona propria carerit, nisi personā veritatis afferatur. Et idcirco saluator dicebat: Venient ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Sed ad institutum redeamus. Vis videre frater, quantū valeat innata lex? Et anima nostra, quāvis tota malis fermentata sit, nomen tamen bonum amat & amplexatur. Sæpen numero potentes qui auctoritatem spirant, & nihil præterquam rapinam & iniustitiam cogitant, vincuntur aliquorum precibus: ut pauperi, valde necessaria quædam dimittant, vel debitum remittant, vel non vlciscantur eos, qui se legunt, vel lädere putarunt. Et qui legatione funguntur apud virum potentem, & malum, non statim à veritate exorditur: non dicit ei, quod est, sed tribuit nomen virtutis. An nescis qualibus semper insigne legati coloribus vntantur? Vir es, inquit, bonus, celebratum vbiq; est nomen tuum. Omnes tua bona opera decantant. Multaq; talia exhortationi inferunt, vt flectant laudibus, & malitiā effugiant. Vis des quomodo malitia virtutem celebrando vincit? Nullus malus, malus dici vult. Natura enim quod suum est amplexatur, etiamsi voluntas diuersum eligat. Simus ergo dilecti oliua fructifera, & operibus, & fructibus & folijs ornati. Folia enim nostra sunt sermones, fructus autem vita. Sit igitur & honestus sermo, & bona frugis vita. Apud pium enim neque follium decidit. Foliū enim eius inquit David, nō defluat, & omnia quæcumq; faciet, prosperabuntur. sed o miraculum. Cogita quomodo Adā nudus exiuit de Paradiso, & quomodo David florēt in domo dei. Ille quidē exiuit nudus propter prævaricationē ille autem in clutus virtutibus, clamat: Ego autem quā si oliva fructifera. Nihil nos ita spoliat, vt fructuum carentia. Nihil ita vestit, vt fertilitas. Propter opera bona formicatus est Adam. Operæ pretium fuerit repetere dicta. Bonorum enim repetitio, doctrinam in fluctibus bene stabilit. Sieut lanas, quæ subinde in fluctibus immerguntur, crebra tinctio profundius

K 5 opera,

Psal. 1.

## 154 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

operationem recipere fecit: ita opus est ut & anima nostra cōtinuō in diuinos sermones intingantur, ut abluamur quide à veteri opprobrio, induamur autē nouā pulchritudinem. Enī muero lanae illae cū tingū tur, naturæ sua nomē amittunt, & tinctura nomen accipiunt. Et non vltra vocas lanam, sed vel purpuram, vel coccinū, vel prafinū, vel tale aliquid, prout colorem tinctæ præbuerit tinctura. Si igitur tinctio naturæ nomen transformat: cur dei natura non trāsformat hominem, ita vt is, qui ante pulueris gerebat imaginem, post tincturam imaginem gerat fulgidā, & plus quam coelestem? Formatus igitur Adam pauper de terra. Puluere enim accepto, deus eum formauit. Sed nesciuit Adam, quomodo formatus est, ut dixi olim. Non enim oportebat eum testem adesse eorum quæ siebant, ut ne contra deū extolleretur, & ignoraret eum qui se creauerat, & reprobaret suum conditorem. Si accepisset quid super naturam, quis remisisset ei immodicā superbiam? Propterea deus, cum fixit hominem, figimento magnam virtutem & variam humilitatem imposuit, ut per virtutem insitam gratia dei in admiratione eset: propter humilationem autem humanus fastus deprimiceretur, ac modestior fieret. Dedit ei linguam, quæ loquetur, deum laudaret, diuina caneret, pulchritudinem naturæ interpretaretur. Differit de ccelo & terra parua lingue caruncula, neque duorum digitorum habens latitudinem: & quid inquam digitorum? nego vnguis, sed summū illud paruum, & vile de ccelo & terra loquitur. Et vt ne putet se magnam aliquā esse, & extollat se super naturam, sāpe tumores & viles in ea hunc, ut discat quod mortalis existens, de extensis et immortalibus loquatur: & sciat quę virtus eius, quod predicatur, & infirmitas eius qui praedicit. Dedit ei oculum paruum illud milii. Ut milii enim est id quod videt, & ipsissimum pupillæ medium: atramen per medium illud milium videt omnem creaturam. Et vt neq; visu suo omnem creaturam accipiat, & extollatur: sāpe innascuntur in oculis

## DE FIDE ET LEGE NA. SER.

lis lemæ, & lachrymæ, & alia quæ dolere faciunt, & turbat oculos, ut ab infirmitate ipsam agnoscat, ab formatione autem opificem. Dedit ei cor rationale, fontem cogitationū, radicem cupiditati: sed in iisdē locis fecit viscera, quæ stercoribus aliisq; sordibus opplentur, per quas homo & comedit, ut si quando cor extollatur, humiliet idipsum venter. Atq; ita vester & stercus nostræ cruditioni seruiunt. Nā si cum homo est, & stercus circūfert, audet temeritate ostendare, & non solū ostentare temeritatem, sed & contradeurm, sicut Barbarus quidam rex ausus fuit dicere: Supra stellas ponam sedem meam, & similis ero alij. Si tantum, inquam, stercoris & insuavitatis circumferens sic loquitur, quis eum ferret exaltatum? Hac de causa Esaias magnis superbis dicit: Quid superbit terra & cinis? Verum iterū ad institutū redamus. Deus creauit hominem de puluere, sed nesciebat homo quomodo esset factus, & propterea ignorabat & suam vilitatem. Deus enim (vt dicebā dum) animā noluit esse priorem, ut ne videret formationem. Veruntamē, quoniam omnino nesciuit, ex qua humilitate substiterit, & q; eum opifex de terra fixerit, conuertit eum in terra, a qua sumptus est: vt iterum de sua infirmitate edocetus, agnoscat et primā eam beneficentia, & futuram inuidiam. Quia enim quando formatus est, nesciuit quod de terra fatus esset. Attende diligenter, ne te fugiat lates sensus. Quia Adam dū formaretur, ignorabat q; de puluere surgeret: quando in resurrectione surget, sciet q; exuat puluerem & excitetur. Nam & si mortuus semper non videat, videt tamen eum qui ante se est. Videlicet nos mortuos, & in puluerē resolutos: & per quas videmus, docemur. Non vidiisti sāpe audaces viros & superbos, quomodo sepe consernati & humiliati sunt in mortibus? Nunciatur mors, & toto corde tremiscunt, menteq; eorū nihil est absichtus. Ita sane & circa sepulchra philosophamur, videntes ossa nuda, & humana natura corrosā et dissolutā, cogitamus statim, & inter nos disputamus, dicentes:

Ecce,

Esa. 14.

Eccl. 10.

Ecce, quid tandem ex nobis sit? Et quod abimus? Collebulamur, egredimur de sepulchris: & humilitatis nostræ obliuiscimur. Apud sepulchra ita unusquisque proximo loquitur: O miseram, o miseram nostrâ vitam. Quid tandem ex nobis sit? Quamvis autem sic los quamur, tapimus tamen ipsi: & licet sic clamemus, iniuriam tamen nostram vlciscimur. Omnes enim plane ita philosophamur, quasi malitia renunciatur. Et intus quidem tam pios sermones tractamus: egressi autem, deo aduersarij sumus. Ea propter deus ubiq[ue] sepulchra fieri voluit, ut illis nostræ ipsorum infirmitatis memores fieremus. Ideo omnis ciuitas, omne castellum ante ingressum sepulchra habet, ut contendens intrare in ciuitatem que imperat & flore diuinitis & potentatu, aliiq[ue] dignitatibus, priusquam videt quod secum concipit, videat primū quod sit. Ante portas sunt sepulchra. Ante agros sunt sepulchra. Vbiq[ue] ante oculos est nostræ humilitatis schola, & docemur in quid desinamus tandem, & videntur qualia futura sint phantasmata: neq[ue] hic solum, sed ingressuri ad communionem viræ, docemur uitatem summam naturæ. Sæpe vir quando vxore ducere vult, meminit in desponsatione, & scribit in doce. Nondum introducta est, & mors statim describitur: nondum conuixerunt, neq[ue] nuptiæ habitæ, & mortem statim definit. Nondum nuptiam vidit, & mortis aduersus illam calculos proponit. Scribit in hunc modum: Si mortuus fuerit vir ante mulierem, si inulier ante virum, hoc et hoc disponatur. Sic formæ sunt patriæ leges. Vbiq[ue] omnibus naturæ sunt monumenta: & non solum eorum qui sunt & viunt, mortis feruntur sententiae: sed & eorum qui nondum nat. Quid enim ultra dicit? Quod si natus fuerit filius, & mortuus fuerit: nondum fructus, & sententia latet. Dein in instrumentis quidem agnoscit naturam, sic cœvens. Si autem quid humanum patiarur, vel multe moriatur, obliuiscitur eorum quæ scripsit, & alterius naturæ tragœdiam profert: & hæc dicit: Méne oportebat hæc ferre? Hunc tantum potui sperare dolorem.

Contin.

Coniugio fraudandus olim? Quid, inquis, obliuisceris eorum quæ scripsisti? & cum extra negotium es, agnoscis naturæ limites: quando autem in affectiones incidisti, obliuisceris legum naturæ? Hæc dicuntur in castigatione omnium, ut omnes omnia, quæ sibi eveniunt, fortiter ferant, & ne quis damna pueri dei iudicata. Extra affectiones ne sis disputator magnus constitutus, sed cum te illæ inuadunt, magnum inimitate declarata. Quando incoeres, recordare verborum, quibus mœstum consolaris. Quibus autem sermonibus vtrum apud lugentes? Nonne ita apud eos philosophamur, humanæ sunt hæc calamitates. Non fers solus has calamitates. Non solus mortis vim sustinuisti. Et reges similia ferunt. Damnum hoc saepe & principes faciunt, atq[ue] alij potentes. Agnosce tuum ipsius calculum. Homo es, per omnia comunes leges habes, quas alij. Hæc & his plura loqueris, cum aliuum solaris. Num aliorum magnificus es doctor, tibi autem neq[ue] miser es discipulus? magnæ & generosæ anima fuerit, philosophum agere, cum affectiones feruent. Et posse in quauis calamitate, vel tristitia, vel damno dicere: Iustus es domine, & recta iudicia tua. Damnum fert ut homo, coronatur autem vita deum amans. Vita fratres multa difficultate plena est, & oportet omnino iustum & iniustum, & p[ro]p[ter]i impium affligi: sed magna est varietas. Aliud enim est corripi, ut domesticum: aliud flagellari, ut alienum. Verberatur filius, verberatur & famulus: sed hic quidem ut seruus qui peccauit, ille vero ut liber, & ut filius, disciplina indigens. Plagæ illæ non faciunt æqualem honorem. Non ideo si patiatur pius, quæ patitur impius, eiusdem conditionis erit cum impiis: sed congruit correptio huic in afflictione & probationem, impio autem in flagella & poenas. Propterea David sciens has difficultates, de iustis quidem dicit: Multæ tribulationes iustorum: sed vide quid subdit. Et ex omnibus illis liberabit eos dominus. Nonnulli dixit afflictionem, & monstravit curationem. De aduersariis autem dicit: Multa flagella peccatoris, & nihil

## 158 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

nihil tale subdit, quod de iustis dicebat: Multæ afflictiones iustorum, de his autem omnibus liberabit eos dominus. Hæc autem quis audiens, ne de seipso despetet, neque dicat: Si igitur ut peccator flagellor, & spiritus non libebo, infructuosa mea est correptio. Peccatorem enim vocavit nunc scriptura, non omnino à pietate alienum, sed qui affligitur, & aliqua parte pius est, labitur tamen. Quod peccatoribus deus miseretur, plena omnis scriptura pignoribus diuinæ misericordiae: inquit enim: Vt ego, dicit dominus. Nolo morte peccatoris, sed ut magis couertatur & vivat. Iurauit deus, non quasi sibi ipsi discredens, sed nostram infidelitatem ad fidem vrgens. Dicat igitur omnis homo, qui afflictionibus examinatur, Iustus es domine, & recta iudicia tua: & simul fortè declarat animam suam, pietatemq; non soluat. Qualis erat beatior Job, qui diaboli terriculamenta vicit, qui omnem eius rabiem preslit, qui constantia mentis fluctus diabolus i stravit, qui omnibus simul priuatus, attamen omnium dñm non negavit. Verum illius strategemata proprii habebunt librū: nam vere opus habent, ut exquirantur, non sermone breuiore & perfunctorio intelligillentur illius certamina. At præ oculis habeamus, quæ dixit fortis ille & magnus pugil: Quoniam, quia ligillū dictis infect, nudatus omnibus, seipsum pietate non nudavit, sed dixit: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino visum est, ita et factum est. Bene, inquit, visum est. Concedit autoritati, non curiose dispensationem explorat: non dixit sicut nos, Quare iuuenes moriuntur, & senes manent? Qualis est ista dispesatio? Desiderat senex mortem, solitus carnibus, opum indigus, et aliis consolationibus distractus, frustraturq; voro. Et puer amabilis fornax, gratus parentibus, intempestiuus rapitur. Disce neta queras: disce ut dicas: Iudicia tua abyssi mula. Disce ut dicas: Iustus es dñe, & recta iudicia tua. Disce ut dicas: Sicut domino visum est, ita & factum est. Agnosce autoritatem, ut agnoscas & pietatem. Verum quoniam incedit sermo de gloria spiritus sancti, ali-

Ezeb.18.

Job.1.

## DE FIDE ET LEGE NA. SER. 159

tamus aliquid ex dogmatibus in vestra utilitatem & securitatem. Nam sicut Job, cum dixit, sicut dñs visum est, autoritatē monstrauit & dominationem: sic & apostoli dominatiū autoritatē sancti spiritus ostendentes, dicunt: Visum est sancto spiritui, nihil imponere vobis. Visum est sancto spiritui. Si subditus est, quare ei visum est: si sub lege est spiritus, & servit, quomodo visum fuit subdito? quomodo de- crevit? Nonne quæ regi videntur, ea & sunt, an pos- tius quæ subditis placent? Sicut domino visum est, dicit Job: spiritus sancto visum est, dicunt Apostoli. Eiusdem auctoritatis & honoris dictio utrobique, quoniam indiuisa est gloria regni. At malitia hæresicorum iterum inuenit effugium. Num enim quia dixerunt, dicit Apostoli: Visum est spiritui sancto: subdidierunt autem, & nobis: iuxta illud habebanc & Apostoli diuinitatis autoritatem? Hæc bene ex- minentur, ne inexercitatis suæ infidelitatis venenū iniciant, nec sinceras auribus impieatis hæresim infundant. Talia enim saepè magnifice loquitur. Nihi, inquit, admireris dicta, fratrem te vocat, & qua- si hostem te occidit. Ne mireris, inquit, si de spiritu sancto dicunt Apostoli: Visum est spiritui sancto et nobis, visum est Apostolis. Num dñs Apostoli? Nu- diuinam habent autoritatem? Quando hæc dicit hæc, nos à sancta scriptura tela proferamus. Sa- gitte enim potentis acutæ in cor inimicorum regis mitcendæ. Quid igitur adhæc dicendum? Si hoc spis- ritus sancti dignitatem imminuit, itaque & Mosen ritus coniunctum esse deo, dei imminuit dignitatem. Ex- ampli gratia dico: Si non magnum putas, quod dici- tur, visum fuit, eo quod & Apostolis sit coniunctu- tur, vi- lumen fuit, vbi potest fides, quia & deus Mosi iunctus est. Dicit enim scriptura: Cres- didic populus in deum & in Mosen. Cæteru & aliud telū proferamus. Si spiritus sancti dignitatem de- fruit adiuncta gloria Apostolorū, contumelia et ex- Samuel erit deo. Scriptu est enim, Et timuit omnis populus deum & Samuelem. Denuo & tertiu pro- manus

Act.15.

Psal.44.

Exod.34.

1. Reg.12.

## 160 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

manus iaculum contra impiefatem. Si dignitate spiritus sancti, & diuinam autoritatem hoc imminuit, quod ei iunguntur Apostoli, minuit & dignitatem dei Gedeon adiunctus eadem appellatione. Clamas enim omnis populus militans, Gladius deo & Gedeoni. Sicut igitur coniunctus est Moses deo, non ut honore par deo, sed ut minister dei. Et Samuel Deo, non ut aequalis dignitate, sed ut propheta dei. Et Gedeon deo, non ut eiusdem honoris, sed ut miles praelij. Sic & Apostoli junci sunt spiritui, ut predicatores Euangelij. Agnosce igitur autoritatem, & ne fugilles spiritus diuinatatem. Agnosco diuinam trinitatis theologiam patris, & filii, & spiritus sancti. Ista est increata natura, vera dignitas, indiuinum imperium, impartibilis honor, indiscreta spes, incomprehensibilis gloria patris, & filii, & spiritus sancti, quam decet omnis gloria, honor, & adoratio, &c,

## DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Sermo de sancta & consubstantiali, viuificanti, ac inseparabili Trinitate.

**Q**ui aduersus sanctam & consubstantialem, inseparabilemque Trinitatem linguis acutis & blasphemant, intunturque vniogeniti, & spiritus sancti dignitatem destruere, arguuntur quidem ab ipso spirito sancto, qui locutus est per prophetas, & a verbo quod praedicavit in ipsius propriu & in carne aduentu, propter nos ex sancta virgine factum, ineffabilem & alterationem expertem propter suas dignitates: arguentur autem & postremum in die iusti iudicij, quando iterum veniet de celo ut glorificetur in sanctis suis, & admirabitur appareat in his qui fide in se custodierunt immutabiliter. Auli autem sunt Arianorum discipuli, & insania Macedonianorum laborantes, dicere deum magnum & parvum, & creatum deum, gentilites nobis subintroducentes. Gentilium enim est crearam adorare, & alium ex diis suis maiorem, alium minorem facere. Enimvero si in aliquo deficit filius vel spiritus sanctus, non est deus. Paulus enim reprehendens

## DE TRINITATE SERMO.

161

hendens dicit: Venerati sunt, & coluerunt creaturā supra eum qui condidit, qui est in omnibus deus benedictus. Quod si adorant filium, ut creaturam, dicentes & patrem creaturam, maledicti sunt, iuxta Mosen dicente: Maledictus omnis qui adorat creaturam & facturam: nos autem non creaturam adoramus, sed Trinitatem incretam, mutationis expertem & consubstantialem, nihilque habentem aduenticum vel seruile, vel quod productione in esse venerit, quasi prius quidem non existens, postea autē adueniens. Vide, oro, testimonia sanctae & consubstantialis Trinitatis, & venerare illā recte, ne pereas. Et dixit, inquit, deus: Faciamus hominem secundū imaginē nostram, & secundū similitudinem. Cum quo consistat inī deus? Cum angelis, inquit. At nō habent angelī imaginem dei: loquitur autem ad coopificem suū, & sanctū spiritum. Et ut veritas licet tibi persuadeatur, audi Psaltem dicente: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum Non ignoras autem verbum esse filium. Dixit enim Ioannes Theologus: Et deus erat verbum: et de spiritu, Spiritus deus. Dicit igitur deus & pater Deo filio & deo spiritui sancto: Faciamus hominem secundum imaginē nostram. Et non dixit, meā & vestram, neq; meā & tuā. Significas autem scriptura esse unā imaginē sanctae trinitatis, dicit: Et fecit deus hominem, secundū imaginem dei fecit illum. Sicut & Paulus clamat de filio: Qui cū sit splendor gloriae & character substantiae. Et iterum: Qui est imago dei inuisibilis. Iterū & alio loco dicit scriptura: Venite & descendamus & confundamus illorum linguis, dicendo, Venite: pares honore exhortando vocat. Neq; enim si angelis imperasset, dicere debuit, venite: sed imperando, ite. Vide autem obsecro, quomodo patris vox filium & spiritum vocet. Nā si ad unum solum hoc dictum esset, debebat dicere, Venite & descendamus & confundamus illorum linguis: quia autem dixit, Venite: unius est vox ad duos honore aequales. Audi quoque & beatum Job,

Rom. 1.

Deut. 27.

Gen. 1.

Psal. 32.

Ivan. 1.

Heb. 1.

## 162 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

qui manifeste declarat inseparabilem Trinitatem.  
Iob. 27. Dicit enim: Vixit dominus, qui sic me iudicavit, & omnipotens, qui amaram fecit animā meam, et spiritus duximus qui tenetur in naribus meis. Dicendo dominum & omnipotentem & spiritū dei, consubstantia-

Esa. 6. tialem prædicat. Disce & hymnum Seraphin clamātum tertio, sanctus, sanctus, sanctus: no enim dicunt semel sanctus, neq; his sanctus, neq; quater dicunt, sancti sancti sancti, ut ne multis nominibus multos deos nobis inducerent, sed vnum solū. Tert autem dicendo sanctus, sanctus, sanctus: manifestat vnam & æqualem gloriam patris, & filii, & spiritus sancti. Audi ite et prophetam dicentem: Spiritus domini locutus est in me, & sermo illius in ore meo pronunciatus est: quia deus erat sermo. Ecce dicendo spiritum domini, & sermonem, & dominū, pronunciat inseparabilem Trinitatem. Vide autem & me pueros in camino omnes creaturas & facturas, ut glorificant deum, vocantes, solem, lunam, stellas, celos, angelos, virtutes, homines, spiritus, omnē creaturam visibilem & inuisibilem & mente preditam, & nusquam connumerant filium vel spiritū sanctū inter facturas. Quod si contendis, qd cum Iudei eb sent, ignorarint spiritum sanctum, reprehenderis mox à scriptura: Erat enim quartus, inquit, quā si similitudo filii dei. De sancto autem spiritu dicit: Ecce citauit deus spiritu sancto puerū adolescentem, cui nō Daniel. Et in alijs multis locis præmōstratus est spiritus sanctus in veteri. Itaq; sciuerūt quidē patre & filii & spiritū sanctū vnius esse deitatis & potentiae, sciuerūt autē & quā illi seruiebant prouocare ad glorificandum deitatem. Ut autem scias, quod nihil aduenticum vel creatum Trinitati accedit, Paulus præponendo patrē dicit sic: Vnus deus pater ex quo omnia, & nos ex illo: & vnum dñs Iesus Christus per quē omnia, & nos per illū: & vnum spiritus sanctus. Iterum autem dicit: Diuīsōnes dominorum sunt, idem vero spiritus: & diuīsōnes ministracionū, idē autem dñs: & diuīsōnes efficaciarum

Ephes. 4.

Cor. 12.

## DE TRINITATE SERMO.

163  
fiant, idē autē deus qui operatur omnia in omnibus. Hac vtq; oīa operatur vñus et idē spiritus, diuidē singulis prout vult, & nō sicut scit. Iam cū baptizas Mat. 11. terur filius, pater de cœlo testificatus est, spiritus autē sanctus in specie columbae descendit super illum, qui pari honore prædictus est. Per hanc omnia vnum regnum indiuisibilis Trinitatis intelligere possūmus. Ipse autē deus sermo, qui propter nos verē incarnatus, redditurus vnde venerat dicit S. Apostolis suis: Ite & docete oīes gentes, baptizantes illos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Obsignati sumus, sed vnu signaculū est sancte Trinitatis vnum baptisma. Quomodo igitur audes a paterna substanciali alienare filiū vel spiritū sanctū? Neq; enim si alie- rari. Quā ratione iuxta tuum sermonē aduerfarie dei in baptismō debuerunt annumerari? Si creatus est filius vel spiritus sanctus, quare cum patre simul consumuntur? Enimvero si nōmen patris solum eū qui baptizatur potest saluare, quare coassumuntur & creature, quasi pater non possit solus saluare? Ab iste igitur si patris infirmitatem negas, & consubstantia non admittis, cogeris nobiscum fateri Trinitatem incretam & consubstantialem & omnipotētē. Iam si dixeris mihi de patre, Scriptum est: Te solum verum deum. Sed est & hoc scriptum, Et deus erat sermo. Et quomodo igitur æqualis patris Dicendo enim de patre, quod ipse sit solus verus deus: monstravit filium non naturalem, sed adoptatum filium. At quid propria salutis inimice? num quia scriptum, sicut dicit Ioannes de patre, Deus lux est: de filio autem, Erat lux vera: ideo audes propter hoc dicere minorem patrem, eo quod non adiecit, quod sit lux vera: sed de filio solo dicit, quod fuit lux vera. Sicut igitur non audes minorem facere patrem, eo quod non appositum est, quod sit vera luxita cum audis de patre, Te solum verum deum: facere filium; quoniam nomina diuerso modo nunc

Ioan. 17.

Ephes. 5.

L 2 illi,

## 164 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

illi, nunc huic adhærent, ut de patre dicatur, deus verus; de filio autem, deus. & contraria; Erat lux vera, tristitia buitur filio; patri autem, lux tantum. Porro sicut non licet dicere de patre, quod non sit lux vera; & de filio, quod non sit deus verus. Ipse enim dixit, Ego sum veritas: ita & de spiritu sancto, quoniam spiritus est veritatis. Atque ita per hæc testimonia dico, ut venieris inseparabilem deitatent. Omnia quæcumque habet pater, mea sunt, dicit unigenitus deus, existens in

*Exod. 3.* sinu patris. Moses dicit: Qui est, misit me. Qui est, est pater: qui est, est filius, et habet se qui est, ad eum qui est, absque principio & non in tempore genitus est. Omnia quæ habet pater, qui vere vita, & immortalitas & lux & omnipotens & deus & dominus, ea vixi habet & filius. Ego enim, inquit, veritas, & vita, & erat lux vera, & deus erat verbum. Et Thomas inquit apostolus: Dominus meus & deus in unus, quemadmodum & Psaltes dicit: Manibus meis deum exquisiui, & non sum deceptus. Palpauit enim Thomas verbum in incredulitate, & non est deceptus. Christus et deus illi confessus in fide. Profecto, inquit, dico filium dei deum. Sed dicens: Non sine principio autem, sed creatum, proinde & seruū. Et quomodo hoc? Quasi in forma dei existens, non rapina arbitria, sed equalē se deo, sed semetipsum inaniuit forma serui accepta. Si igitur seruis est (omnis enim creatura serua est) quomodo seruis existens forma serui accepit? Acepit enim quod non habuit, & manu abscerui versione accepit formam serui. Si autem non vis illum confiteri abscerui principio, sequitur quod non erit tempus, quo non fuerit filius. Etiam dicit. Ecce igitur, inquam, iuxta tuum sermonem erat tempus quo non fuit pater. Qui enim filium non habet, pater non vocatur. Et pater habuit principium, quo cepit esse pater. Ex filio enim pater cognoscitur. Nunquid propter tempore aliquo alterius patris erat filius? Propter quanta blasphemia. Itaque dum videris venerari patrem, summa illum contumelia affidis. Iam si filius ipse

*Ioan. 20.* mas inquit apostolus: Dominus meus & deus in unus, quemadmodum & Psaltes dicit: Manibus meis deum exquisiui, & non sum deceptus. Palpauit enim Thomas verbum in incredulitate, & non est deceptus. Christus et deus illi confessus in fide. Profecto, inquit, dico filium dei deum. Sed dicens: Non sine principio autem, sed creatum, proinde & seruū. Et quomodo

*Philipp. 2.* hoc? Quasi in forma dei existens, non rapina arbitria, sed equalē se deo, sed semetipsum inaniuit forma serui accepta. Si igitur seruis est (omnis enim creatura serua est) quomodo seruis existens forma serui accepit? Acepit enim quod non habuit, & manu abscerui versione accepit formam serui. Si autem non vis illum confiteri abscerui principio, sequitur quod non erit tempus, quo non fuerit filius. Etiam dicit. Ecce igitur, inquam, iuxta tuum sermonem erat tempus quo non fuit pater. Qui enim filium non habet, pater non vocatur. Et pater habuit principium, quo cepit esse pater. Ex filio enim pater cognoscitur. Nunquid propter tempore aliquo alterius patris erat filius? Propter quanta blasphemia. Itaque dum videris venerari patrem, summa illum contumelia affidis. Iam si filius

## DE TRINITATE SERMO.

Ipse tempora fecit (omnia enim per ipsum facta sunt) quo pacto dicere audes, quod fuerit tempus quo non fuerit filius? Proinde iuxta sermonem tuum, maius erit tempus quam sermo diuinus. Nam quod prius, id necessario & maius. Vis autem scire, quod filius coeterus sit patri? Dicit Esaias: Ego deus primus, & ego posthac, & ante me non fuit aliud deus, & post me non erit. Itaque si posteriore patre dicas filiu: quo modo dicit pater, quod post me non erit aliud deus? Sin exponis hoc de filio: quomodo dicit, ante me non fuit aliud deus? Quapropter ex his collige filium coeterum esse patri, audi autem & testimonia de filio, & fuge cum blasphematur. Pluit dominus a domino ignem & sulphur super Sodoma. Dominum vocat patrem, dominum filium, dominum spiritu sanctu.

Victrum dicit, Dominus autem spiritus est & non dicit, dominus minor, a domino magno. Et Moses dicit: Et adorent illum omnes angeli. Angelus autem creaturam non adorat. Et ut dicas de filio hoc dictum esse, audi Paulum dicente: Quando autem inducit proximo genitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent illum omnes angeli dei. Et David quoque clamat: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedi tuorum. Et non dixit, Dixit dominus domini mei; sed, dominus dominus meo. Ecce (dicit Esaias) virgo vterum geret,

*Esa. 7.*

& pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel: quod est interpretatum, nobiscum deus. Vtique dico ipsum filium subiectum plane & inferiorem patre. Arguit te denudo Esaias, dicens: Puer natus est nobis, filius est datus nobis, & vocabitur nomen eius Iesu Christi consilij angelus, admirabilis consiliarius, deus fortis, potestatem habens, princeps pacis, pater futuri seculi. Propheta potestate prædictum, & deum formam prædicat, & tu dicas illum subditum? Ille magni consilij angelum vocat, & tu dicas parvum? Vide autem obsecro, quid Hieremias de eo clamet: Hic deus noster, non conferetur alius ad illum. De patre dicit, an de filio? De patre dicit. Paterne incarnatione

*Barnab. 5.*

L. 3 tus

tus est, an filius? filius. Itaq; secundum sermonem tuū pater incarnatus. Verum nunc video iuxta sermonē prophetæ, quōd filius qui & conuersatus est cū hominibus. Etiam filius incarnatus est, pater autem nō incarnatus permanisit. Reprehenderis igitur insipiens, quōd de filio hoc dicis per sequentia: Hic deus noster nō conferetur ad illum alius, inuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puerō suo, & Ira el dilecto suo: postea super terram visus est, & cum hominibus conuersatus est. Vides illum & legislatorē? Nam si ipse inuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puerō suo, & Israel dilecto suo, ipse est qui & Mosi apparuit, & legem dedit. Et unde hoc manifestum? audi prophetam dicentem: Disponam vobis testamentū quod disposui cum patribus vestris, quando apprehendi manū eorū, vt educere rem eos ex Agypto. Dabo leges meas in corda eorū, & in mētes eorū inscribam illas, & erunt mīlii in populū, & ego ero eis in deum. Vides q; ipse est legislator tam veteris quam nouæ? nam quōd nouam legem ipse tulerit, neq; tu inficias ieris. Et tu Bethlehēm domus Ephrata non minima es, vt sis in mīliis Iuda: ex te enim mihi egredietur dux, & egredientes eius ab initio dierum, & ipse reget populū meū Israel. Vides vñū populū patris & filij? Filius dicit: Ero eis in deū, & ipsi mihi in populū. Pater de Christo dicit: Et reget populū meū Israel. Disce vñū regnū patris & filij. Quæcumq; autem quæ post hæc audis humilia, quōd incarnatus sit, & se humiliavit ipso dicente propter salutem hominū, senti de illo ut dignum est deo. Nam litera occidit, spiritus autem vivificat. Nam si apostolis qui viderant sua miracula, & in nomine suo omnes morbos curaverant, dicebat: Multa vobis habeo dicere, sed non potestis portare modo: quid ergo ad multo crassiorē Iudeū? etenim si cum diceret, priusquā Abraham feret, ego sum: tulerunt lapides vt lapidarent ipsū: quomodo quid sublimius sibi dici sustinuerint. Sic & in veteri multa inueniet quis dici pro crassitate auditorū.

auditorū: vt, Septem oculi domini respicientes orbem terrarū: &, In velamento alarum tuarum proteges me. &, Excitare, vt quid obdormis domine? &, Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcū suum intendit, & parauit illum, sagittas suas ardenti bus elaborauit. Et quomodo? neq; enim volatilis est deus, neq; somno grauatur, neq; vel gladius apud dum, vel arcus, vel sagitte. Incorporeus enim de⁹ est, Vñū hæc interminatur propheta, attemperas se auditōrum crassitudini; ita & deus verbū propter nos incarnatus, imitans patrem suū, humilia loquitur, ad moltram salutē respiciens. Quoniam enim ipsum adventiarium deo putabant, dicentes: Non est hic à deo: &, De bono opere non lapidamus te, sed propter blasphemiam: quia tu cum homo sis, facis reipsum deum. Et propter hoc quærebant eū lapidare, quōd non solū soluebat sabbatū, sed quōd & patrem suum dicebat deum, æqualem seipsum faciens deo: et ideo quia non capiebant sublimia & sua deitate digna, incipit humilia dicere, per omnia declarans quōd non sit deo contrarius. Si diligenteris me, gauderetis utiq;, Quid ego vado ad eum qui misit me patrem, quoniā pater meus maior me est. quando enim seipsum æqualem patri faciebat, lapidare ipsum conabatur. Quod si hæc non sic se haberent, cogereris laudare Iudeos, quōd iuste crucifixissent Christum, vt aduersariū dei. Nā qui semetipsum æqualem deo & parenti facie, cū non sit talis, is deo aduersarius est. Cæterū mendax erit et Paulus, dicens: Non rapinam arbitratū est se esse æqualem deo. Quid igitur est salvator, secundū quod incarnatus est? Sic dices, Vado ad patrem meū & patrem vestruū, & deum meū & deuvestrum: aliter vocat suum, secundum naturam: & aliter nostrum, secundum gratiam & adoptionem: aliter suum, propter bonam voluntatem, & propter creatam assumptionem: & aliter nostrum, vt creaturam. Quod si in his ambigit, potuit dicere patrem meū, non patrem meū & vestrum. Cuius ergo gratia diuulsi le⁹ nō uine vt hanc nos deo dignam seu

Ioan. 10.

Philip. 1.

Iona. 20.

## 168 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

tentia doceret? Vides, inquit, quomodo indiguerit paterno auxilio, dicens: Nūc anima mea turbata est. Et quid dico, Pater salua me ex hora hac. Indigne legis. Nūc anima mea turbata est: & quid. Nam cum distinctionem ibi fecisset, subdit: Et quid dico, Pater salua me ex hora hac, sed propterea veni in horā hanc. Enīm uero per hoc quod dixit, Propterea veni

*Ioan. 12.*

in horam hanc: monstrauit quōd salutare mortē nō fugeret. Desiderio enīm desiderauit hoc Pascha manducare vobiscum, inquit. Si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen nō voluntas mea, sed tua fiat. Nunquid mortem formidat, vel inuoluntarius ad passionem accedit, qui dixit: Oportet filium hominis mulra pati, & occidi, & sepeliri, & tertia die resurgere? qui dixit, Solute templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Qui dixit: Potestatem habeo ponendi animā meam, & potestatē habeo item recipiendi illam: nullus tollit illā à me, ego à memet ipso pono illā, & ego iterū accipio illam. Qui increpauit Petrum, quem paulū ante beatificarat, qui dixerat. Tu es Christus filius dei viuentis: sed deinde cum indignum illi videretur, quōd pateretur, dixit illi: Vade post me satana, offendiculū mihi es, quia nō sapis quāt̄ dei sunt, sed quāt̄ hominum. Qui obfirmavit faciē suam cum ascenderet in Hierusalem, ut salutē per passionem suam omnibus suppeditaret: per prophetas ipsam passionis suę speciē prædicti.

*Hier. 11.*

Per Hieremiā enim dicit: Super me cogitauerunt, dicentes: Venite, & immittamus lignū in panē illius, & exteramus illum de terra: crucē significās. Per Dauid autem: Dederunt in cibum meum fel, & in fici mea potauerunt me aceto. &, Foderunt manus meas & pedes meos. Partiti sunt sibiipsis vestimenta mea, et super vestimenta mea miserunt sortē. Et per Esaiam: Tergum meum dedi ad flagella, genas meas ad alapas, faciem meam non auerti a confusione spirituum. Vidisti sanē hāc omnia perfecta in cruce: nam sub Pilato flagellatus est, a seruo alapa cæsus, ab impiis cōspitus, & militibus clavis in cruce fixus,

## DE TRINITATE SERMO. 169

qui diuiserunt ipsius vestimenta, & sortem miserūt. Qui per tam multa passionē significauit, quomodo nunc cessaret? Quare igitur dicit, Pater si possibile est, transeat à me calix iste! Ignorabat diabolus quis esset. Videlicet enim ipsum sitientem, esurientē, lastrum & alias dispensationes, reputauit hominē esse purū:

Videlicet autem eius diuina miracula, deum suspicabatur. Dubitabat igitur de eo, ignorans illum. Nam si evidenter scisset, quōd deus esset, non ausi fuissent ad eum accedere, sicut & Paulus dicit: Si enim cognovissent, vt iugis dominū gloriæ non crucifixissent. Prætentit igitur dominus formidinem quo ille alliceretur, vt cum accederet hominem, & ab ipso in fugā verteberetur, redimerentur omes qui ab illo detentи erant. Quemadmodum rex aliquis inuasurus tyranus, singit metū, dicens exercitibus suis: Fugiamus hinc à facie illius, vt ne à nobis fugiat, sed persequatur nos, & sic conuersi comprehendamus illum: Ita & Dominus prætexebat formidinem, vt cum dia-

bolis ipsum quasi hominem aggredetur, inuenire Deum qui illum interimeret, & liberaret omnes qui ab illo detinebantur in inferno. Sic enim dicit:

Apparuit angelus confortans eum. Qui ab angelis adoratur, & cui flectitur omne genu cœlestium, & terrestrium, & subterraneorum, quo pacto ab angelo robur accipiebat? Non robur accepit, sed glorifica-

tionem angelii dicentis: Tuum est regnum & imperium domine. Nullus scit diem illum vel horā, neq; angelii, neq; filius, nisi pater. Et quomodo ergo, inquit, æqualis est pater, qui nescit diem illam? Qui fecit illum, ignorabitne illum? Et quare igitur dicit, neq; filius? Vide theoriam exquisitiorem. Duas quis

scientias & notitias in scriptura inueniet, Vnam qui dem quā ex opere sumitur, alteram verò ex cognitis oīe. Cognovit enim, inquit, Adam Heuam vxorem suam, non quōd prius ignorauerit. Aut quomodo ignorasset, qui dixerat: Hoc nunc os ex oīibus meis & caro ex carne mea. Et cognovit Abraham Sarām uxorem suam. Et Iacob Lian, & Rachel. Num igno-

*Mat. 24*

*Gen. 29*

L 5 rabat

## 170 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

erabat illas, qui propter illas annos quatuordecim seruierat? Sciebat quidem illas agnoscendo, opere autem postea cognovit. Itaque pater qui non iudicat quenquam sed omne iudicium dedit filio, scit diem tam cognitionis quam opere. Filius autem qui venit ut saluet multum, & non ut iudicet, scit eam speculatiua notitia: quia autem nondum iudicavit, ideo dixit: Ignorat die, notitiam operativam significans. At Paulus dicit:

*Heb. 3* Considerate apostolum & pontificem confessionem nostrae Christum Iesum, quod fidelis sit et qui fecit ipsum. Et alio loco: Dominum & Christum illum

*Pron. 8*. Deus fecit. Et Solomon dicit: Dominus creauit me ab initio viarum suarum in operibus suis. Vides quomodo creaturam & facturam suam eum scriptura significat? Verum arguit te aduersarie dei, ea quae sequuntur:

*Heb. 5* Omnis enim, inquit, sacerdos, qui ex hominibus assumitur, pro hominibus constitutur, ut offerat dona & sacrificia. Accepit enim ex nobis carnem absq; peccato, quam pro nobis patri obrulit sacrificium. Itaque intellige, quod secundum carnem fecerit eum, & non secundum diuinitatem. Sic & Dominum Iesum Christum eum Deus fecit. Nam ante dispensationem vbiq; Deus praedicatur, sicut præmonitus est, & nunquam aliquis facturam eum dicit, sed propter unionem carnis dicit, Dominum & Christum Deus eum fecit. Propter auditorum crassitatem inquit, Dominus initio viarum suarum creauit me. Vides quod creaturam dicit? Verum procedamus ad ea quae ibi deinceps sequuntur. Ante seculum fundauit me, ante omnes colles gignit me. Primum quidem ó vanæ gloriae sectator, disce quod liber parcer mixt vel parabola inscribitur. Quicquid autem per parabolam dicitur, non idem est quod verbi visus litera. Nam Dominus regnum coelorum fagenit fermento, & grano sinapis assimilauit, & alias multis. Et non omnino dicimus regnum coelorum aliquid tale esse. Sed non dicam multis ambagibus. Dominus ab initio viarum suarum creauit me, ante secundum fundauit me, ante omnes colles gignit me. Quomodo

## DE TRINITATE SERMO.

171

Quomodo igitur quod gignitur, creatur, vel fundatur vel quomodo quod creatur, gignitur? Nam si creatus est, non est genitus. Nos quae condimus, non gignimus: neque gignimus quae condimus. Et quomodo possibile est, increato patri natum esse filium creatum? Nos enim qui creati sumus, gignimus creaturam. Pater autem qui incarnatus est, filium genuit incrementum. Aquila autem interpretatus est, posse dicit me. Igitur quod dicit, creauit me, praedicit futurum, quasi iam esset factum. Etenim hic ipso est scripture, sicut cum dicit: Foderunt manus meas & pedes meos: *Psal. 22.*

quasi diceret, Ego quem videtis creatam carnem proprio voluntate mihi adunasse, ab initio sum, non a Maria habeo initium. In principio enim erat verbum: & priusquam Abraham fieret, ego sum. Considerare igitur filium incrementum, & cum patre principio carentem, ut ne des & patri principium quo competit esse pater. Quod si dicas filium cum patre principio carere: dic, quomodo genuit pater filium, volens vel non volens? Si dixerimus volens, contradicunt: Iam erat voluntas ante verbum: priusquam enim vellet, dicunt, non erat filius. Si autem dixerimus, non volens, dicunt: Vim patitur ergo Deus. Omne autem quod vim patitur, non est Deus. Nos autem dicimus, quod sicut sol radios & lumen coetera habet, ita pater filium & spiritum sanctum: Ut ne dicamus & patrem sub principio. Si enim dicetur sub principio priusquam inciperet esse filius, non erat pater pater, secundum sermonem tuum. Erat enim tempus quo pater non erat pater. Itaque & ipse incipit ut esset pater. Itaque si dixeris, non volens, vim passus est Deus autem vim non patitur. Quid enim vim patitur, Deus non est. Vides in quantam incidit impietatem, si non confiteris, filium cum patre carere principio, & coopercerem esse. Scriptum est enim, quoniam omnia per ipsum facta sunt. Non audis Prophetam dicentem de filio: Ex ore parvorum & lactentium perfecisti laudem? & cetera. *Iob. 1.* *Psal. 3.*

Quoniam videbo celos opera digitorum tuorum,

lunam

*Ioan. 5.* lunam & stellas tu fundasti. Non vides Christi au-  
toritatem, dicentem: Pater meus usque modo ope-  
ratur, & ego operor? &, Quomodo pater suscitat  
mortuos & viuiscat, & filius quos vult, viuiscat  
&, Adolescens tibi dico surge. Et spiritui immido:  
Ego tibi impero, obmutesc, & egredere ex illo. &, Bono animo sis fili, remittuntur tibi peccata tua.  
Quoniam enim illi dicebant: Nullus potest dimis-  
tere peccata, nisi solus Deus: ex ore ipsorum arguit  
illos, dicens: Vos dixistis, quod dei solius est dimis-  
tere peccata. Ecce igitur dimisit peccata, & con-  
fiteamini deitatem meam. Si autem non creditis, ex  
sanitate corporis videte & discite animę bonam va-  
*Luc. 5.* letudinem. Tunc dixit ei: Surge, et tolle grabbatum  
tuum, & vade in domum tuam. Et iterum loco alio:  
Extende manum tuam. Et matri: Sile, obmutesc.  
Puella surge. Lazare veni foras. Volo, mundare. Et  
catera omnia per quae manifestat, quod cum patre  
æqualem habeat dignitatem. Quę cum omnia recte  
didiceris, crede quod patri consubstantialis sit, &  
quod consubstantialis sit & spiritus. Nam si ex pa-  
tre procedit, & a filio sumit, non alterius substantia  
est spiritus. Spiritus dei, spiritus Christi, spiritus ve-  
ritatis, spiritus consolator, non habens aliud oppo-  
situm spiritus Deus. Dominus autem spiritus est:  
sicut & Petrus ad Ananiam, Cur conspirastis in me  
vos, vt tentaretis spiritum sanctum? & manifestans  
quod Deus sit, inquit, non mentitus es homini, sed  
Deo. Vides quod Deus spiritus, cui mentiti sunt?

*2. Cor. 6*

Et Paulus dicit: Vos templum dei estis, & spiritus  
dei habitat in vobis. Manifestū quod Deus est spi-  
ritus, qui habitat in vobis. In ipso enim viuimus, &  
mouemur, & sumus: &, Secundus homo, in spiritum  
viuificantem. Et alio loco dicit: Caro non procebat  
quicquam, spiritus est qui viuiscat. Ne ausis igitur  
aliquid loqui contra consubstantialē & omni pos-  
tentem trinitatem. Et iterum: Nullus scit quae homi-  
nis, nisi spiritus hominis qui in eo: sic & quae dei  
nullus scit, nisi spiritus dei; no iam qui in illo, vt ne-

quis compositum spiritū putet. Spiritus enim om-  
nia scrutatur, etiam profunda dei. Profectō scruta-  
tur, sed non comprehendit. Non enim scriptum est,  
quod comprehendatur: quomodo igitur scrutatur?  
Vt extraneus, vt alienus, vt ignorans? An non est  
scriptum: Profundiora te ne queras, & sublimiora  
te ne exquiras, quę proposita tibi sunt, ea & cogita.  
Non est enim tibi opus absconditis: num alienus  
est, iuxta tuum sermonem? Quomodo audet ergo ab-  
scindita dei scrutari? De patre scriptum est: Quoni-  
am ego sum Deus probans renes, & scrutans pene-  
tralia cordis. Num quia non additur hoc verbum  
comprehendendo, ignorare patrem dices? Num igno-  
ranti scrutatur & probat, vt & de adorando spiritu  
hoc dicere ausis? Quomodo dixit, Segregate mihi  
Paulum et Barnabam in opus ad quod vocauī eos?  
Vides potestatem, intellige deitatem. Et Agabus:  
haec dicit spiritus sanctus: Virū cuius est zona haec,  
sic ligabunt in Hierusalem. Et apostoli: Visum est  
spiritui sancto nihil magis seruandum. Et iterum:  
Pertransi Phrygiā & Galatā regionem, prohi-  
biti a spiritu sancto loqui sermonem in Asia. Vt ve-  
nerunt autem in Mysiam, attentarū in Bithyniam  
profici, & non sinebat eos spiritus sanctus. Et ite-  
bunt. Veruntamen spiritus sanctus per singulas ci-  
uitates testificatur, dicens, &c. Et Prophetā, Et spi-  
ritus meus, inquit, altitit in medio vestri. Dominus  
vero! Vbi cunguerint duo vel tres congregati in  
notione meo, illuc sum in medio eorum. &, Domi-  
nus misit me, ac spiritus eius. Attendite vobis ipsis  
& toti gregi, in quo vos posuit spiritus sanctus epi-  
scopos & diaconos. Vide virtutem spiritus sancti,  
& autoritatem, & potestatem, num alienus a Deo  
sit spiritus. Vidi, vidi, inquit Esaias, Deum super  
thronum excelsum & eleuatum, & Seraphim in cir-  
citu eius, &c ac dixi: O miserum me, quoniam com-  
punctus sum, quoniam immunda labia habens, in  
medio populi immunda labia habetis ego habito,  
& regem dominum Sabaoth vidi oculis meis. Et  
dixit:

## 174 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

dixit: Quis ibit ad populum hunc? Et dixi, Ecce ego, mitte me. Manifestum, quod qui sedebat in throno, dixit: Vade ad populum hunc. & dixit: Auditu audietis, & minime intelligatis: & videntes vestis deatis, & minime videritis. Quis est qui sedebat super thronum? Pater, dicit. Si autem didiceris a Paus lo quod spiritus est, confiteris illum Deum? Ostendit, inquit, & credo. Audi illum dicentem: Bene dixit spiritus sanctus per Esaiam prophetam: Vade ad populum hunc, et dic: Auditibus audietis, &c. Paulus inquit, dixit spiritus sanctus. Esaias inquit, dixit dominus Sabaoth. Vides, inquit, qua diversitate scriptura loquitur de patre & filio & spiritu sancto? Igitur ne dic posthac, Magnum & paruum Deum, incidens in gentilem errorem. Nam si pater

Deus est filius, mentitur Paulus, dicens: Exspectantes beatam spem, gloriam magni Dei & salutis nostri Iesu Christi: quem nunc Paulus vocat magnu Deum, tu ne dixeris parvum. Nam in Deo perfecta sunt omnia, ex quibus Christus quantum ad carnem, qui tamen super omnia Deus est in secula. Neque creatum deum nominabis vñquam: impius enim est qui creaturam adorat. Quid igitur? No dices corpus domini creatum? vide ergo quod & tu creaturam adoras. In sapientia nullus dicit regi, exire purpuram quam induitus es, vel surge a throno tuo, ut te nudum adorem: sed adorat regem super thronum sedentem, & purpura vestitum. Complacitum enim fuit Deo verbo, ut creatam carnem nostram sibi absque macula adunaret, & adoraretur cum deo verbo, quatenus deitati adest. Et hoc significans diuinus Dauid, clamat: Exaltate dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctus est. In alio eloquio dicit: Ceterum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum. Terram nos iubes adorare, ô beate Dauid!

*Exo.20* Et quomodo Moses legem ponit, neque ccelum, neque terram, neque quae in eis sunt adoranda? *Vnde* dete sacramentum. Quoniam adunaturus erat nos

*Esa.66* stram carnem absque macula in unam carnem. Certo autem nostra ex Adam, ex terra est. Iuxta quod dicit: Et adorate scabellum pedum eius. Nos enim terram non adoramus, sed deum verbum qui vñuit sibi absque peccato carnem quae ex terra formata est Adæ. Ne igitur ultra dicas, creatum deum filium. Aut dic, ubi dixit pater: Creavi mihi filium: vel filius, creavit me pater, neque humanas voces Christi in eius diminutionem accipe. Nam si his dicitur, & humanas in eo demonstratis, ausi sunt quidam dicere phantasiam et apparentiam fuisse, quod fuit incarnatus: si haec non essent facta, in quam non excederent impietatem? Proinde omnis qui sanctis scripturis credit, adoret trinitatem incretam, inseparabilem, versionis expertem, omnipotentem, principio carentem, coeternam & confititiam, patrem, & filium prius quidem absque carnem, deinde autem voluntate propria in fine seculorum perfectum hominem factum, absque peccato, absque versione & mutatione sui. Homo enim factus, mansit id quod erat, nempe Deus: non enim excidit a gloria & dignitate sua: & misit spiritum sanctum, spiritum qui locutus est per prophetas. Eos autem qui dicunt spiritum sanctum, aut filium vel verum vel mutatum, vel alterius substantiae, vel ex nihilo factum, vel quod fuerit tempus quando non erat, anathemate punit ecclesia. Sufficiant haec ei qui voluerit, tametsi pauca sint: omnia enim tractare impossibile. Docent enim mihi deficeret tempus. Neque ipsum mundum opinor, capere liberos qui scribuntur: nos autem indigni qui tantum ex sacris scripturis utilitatem assequamur; adoremus patrem & filium & spiritum sanctum, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

## DE TRINITATE SERMO. 175

DE

admonitorius sermo.

Jac. 2.

**N**on satis fuerit simpliciter & vulgariter Christianos homines dici nos. Eius rei, si placet, adhibeo fide dignū testem fratrem domini Iacobum dicentem: Fides sine operibus mortua est. Ergo ubique opus est mandatorū operatione. Nam illa absente, neque Christiani nominis appellatio nobis prodest poterit. Et ne miraris. Quid enim, dic mihi, lucri habes miles quando in exercitu es, nisi & digne pro rege milites? Forte autem terribile est quod dicitur: Melius enim erat non militare, quam in militia curam & honorem regis negligere eum qui à rege nutritur, pro rege autem non certare. Quid autem dico rege? Ut in tam etiam pro nostris animabus curam gereremus. Et quomodo, ait, possibile in mundo & medio hominum versantem saluari? Quid dicas homo? Vis breuitate ostendam non esse locum qui saluet, sed mores & re Etiam fidem, & voluntatem. Adam in paradiſo ut in portu naufragium fecit. Loth in Sodomis sicut in pelago seruatus est. Job in stercore iustificatus est. Saul ille inter raros regno praesenti & futuro existit. Non est defensio, quod dicas te non posse etiam in medio negotiorum saluari: sed haec grauia nobis accidit, quia in diuinis conuentibus frequentes non sumus. An non videtis volentes dignitatem a terra no rege accipere, quomodo assidet, quomodo alias ad patrocinandum incitant, ut potiantur eo quod querunt? Haec ego dixerim ad eos qui sanctorum communionem & congregationem relinquent, & sub horam terribilis mysticæ mensæ in vano loquuntur conuentibus occupati sunt. Quid facis homo? Non promisisti sacerdoti, qui dixit: Sursum mentem & corda, & dixisti, habemus ad dominum? Non revereris & erubescis? Et illa ipsa hora mendax inueniris. Papæ mensa mysteriis instructa est, & agnus dei pro te immolatur, sacerdos pro te angit, famulus spiritualis ex sacra mensa refluit. Seraphim adstant sex alii faciem tegentia, omnes incorporeæ virtutis

Virtutes pro te cum sacerdote intercedunt: ignis spiritualis è cœlo descendit, sanguis in craterem tuam purificationem ex immaculato latere haustus est. Et non erubescis, revereris, & confunderis, neq; Deum tibi propitium facis? Non conscientia tua iudicat te & homo? Centum sexaginta octo horas habente hebdomada, vnam & solam horam sibi ipsi segregauit Deus, & hanc in opera secularia, & in ridicula, & in conuenticula insumis: cum qua postea fiducia ad mysteria accedes? & quam polluta conscientia. Num si stetcas manibus haberet, auderes appropriare similitudinem regis? Num vides panem? num vinum? num sicut reliqui cibi in secessum vadunt? Absit. Ne sic cogites. Quemadmodū enim si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substantiae remanet, nihil superfluum. & hic puta mysteria consumi corporis substantia. Propter quod & accedentes, ne putetis quod accipiatis diuinum corpus ex homine, sed ex ipsis Seraphim forcipe ignem, quem scilicet Isaías vidit vos accipere. Reputate salutarem sanguinem, quasi è divisorio & impolluto latere effluere, & ita approximatates labiis puris accipite. Quocirca fratres oro vos & obsecro, ne absimus ab ecclesiis, neq; in aliis collocquis occupati simus. Stemus trementes & timidi demissis oculis, renara autem anima, gementes sine voce, sublantes corde. An non vides eos qui sensibili, corruptibili, temporali & terreno regi afflunt quam sint immobiles, non loquentes, non oculos huc & illuc mittentes, sed mortali, territi, lugentes? Ex ipsis documentis accipite homines, & sic assistite deo, quasi terrenum regem accessuri. Multo magis coelestis regi cum timore adstare oportet. Hoc saepe dico, & dicere non cessabo, donec correctos videam. Ingrederentes autem in ecclesiam, ut decet, Deum accedamus, ne vindictæ cupiditatem in mente habetis, aduersus nos precemur, dicentes: Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus. Terribile est mysterium hoc quod dicitur, & fermè sic ad Deum clamat qui hoc dicit: Dimitte domine, dimitte: solui, solue: igitur M noui,

Mat. 6.

nous, ignosce: si non solui proximo, neq; tu mea soluas: si non dimisi, neq; tu dimittas: si inuasi, inuade: si durus fuisti, durus esto: in qua mēsura metior proximo eadem remetiaris mihi. Igitur quum hæc sciamus, & ignem illum & terribilem tormentorum locū in mentrem accipiamus, conuertentes nos postea à via qua errauimus. Veniet enim hora, quando theatrum vitæ huius soluetur, & nullus postea certabit. Non est post huius vitæ finem negotiatio. Dissoluto hoc theatro coronas mereri non datur. Hoc tempus est poenitentia, illud iudicij: hoc agonum, illud coronarum: hoc laboris, illud relaxationis: hoc ærumpæ, illud retributionis. Excitemini, obsecro, excitemini, & quæ dicuntur, suauiter audiamus, & alacriter faciamus. Viximus in carne, viuamus posthac in spiritu: viximus in voluptatibus, viuamus in virtutibus: viximus in negligientia, viuamus in poenitentia. Quid inflatis terra & cios? quid superbis hominibus? quid arrogans es? quid speras ex gloria mundi & diuitiis? Egressiamur ad sepulchra obsecro, videamus ibi mysteria, videamus dilapsam naturam, ossa corposa, corpora putrefacta. Considera ibi quis sapientius & quis prudens: dic mihi, Quis illic rex, & quis prouatus: quis generosus, & quis seruus: quis sapiens, & quis insipiens? Vbi pulchritudo illuc adolescentes, vbi gratiosus aspectus, vbi oculi speciosi, vbi elegans nasus, vbi flagratiæ labia, vbi pulchritudo præfens, vbi frons radians? An non omnia cinis? nonne omnia puluis? nonne omnia fauilla? nonne omnia vermis? nonne omnia putredo & foetor? Hoc animis inserentes dilecti, & extremum diem in animo collocantes, dum tempus habemus, conuertamur à via nostra qua errauimus. Sanguine pretioso redempti sumus. Propter hoc Deus super terram visus est non habens vbi caput, reclinet. Papæ, iudex ad tribunal ducitur, creator creaturæ sistitur, qui a Seraphim videri nequit, à conseruo consputitur: fel & aceruum gustat, lancea configitur, in sepulchrum deponitur. Et tu negligens es. Et tu dormis, & contemnis hos.

Eccl. 10.

mō: nondum scis, quod etsi proprium sanguinem pro ipso effundas, non quantum oportet, imples? Alius enim est sanguis serui. Preueni conuersatione animæ tute, ne quādo si mors aduerterit, omnem curam anima negligat. Propter quod super terram tam & nō in inferno penitentia robur habet. Quæramus dominum, cum tempus habemus: operemur honum, ut à gehenna quæ fine caret, liberemur, & celorum regnum consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE PRAEMIIS SANCTORVM, DIVERSIS honoribus apostolorum, & de gehenna si sit, & vbi sit, Sermo.

**H**AUD &QUE idem beatis omnibus in dei regno honos habebitur, siquidem neq; Christi discipulos inter se pares omnes fuisse constat: tres enim erant qui cæteris præstarent, quos inter distare etiā videbatur: quippe cum Deo vel minima quæq; acriori sunt curæ. Astrum enim, inquit, ab astro differt gloria. Tametsi discipuli omnes pro apostolis haberentur, vniuersiq; sint super sedes duodecim consilii, palamq; sit & sua singulos reliquise, cum Christo & vitam duxisse singulos: qui tamen cum esset orandi gratia secesserunt, tres secum sumpsit, alioquin hos inter nemine præstare asserit, cum dicit: Sedere enim ad dextram meam, aut ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus à patre paratu est. Item & Petrum reliquis præfert, dicens: Petre, amas me plus his? Et alibi: Iohannes autem cæteros præter ab eo colebatur. Erit autem diligenterissima in omne inquisitio, adeo ut si parua aliqua re, vel minima proximū excesseris, vel id sit deo curæ futurum, & ita vt ex fulgore superne accepto, beatorum quiuis cognosci possit. Nempe & Lóth cum iustior haberetur, haud tamen Abram par esse iustitia videbatur: Item & Ezechias cum æquior esset, nec tamen David æquitate erat affl.

x. Cor. 15

Mar. 15.

Ioan. 21

## 180 DE PRÆMIIS SANCT. SER.

assimilis. Prophetæ insuper omnes cū iustitia abundarent, non tamen vel singuli cum Ioanne conferendi. Vbi igitur sunt qui post tam acerrimam meritorum inuestigationem, nullam fore gehennam arbitrantur, quādo & iusti omnes, si vel paruo reliquos antecesserint, haudquaquam paria sunt præmia recepturi? vt illud: Astrum enim ab astro distat gloria. Quo ergo pacto facinorosi eadem cum iustis statione futuri sunt? Huiusmodi rerum confusione ne deum dixerim, neq; hominum quempiam factorum existimauerim. Quid si liber ex prisorum hominum erratis, & quantū illi inter se distent, & dei quam accuratissimum sit iudicium, patefaciam. Peccauit Adam, peccauit & Heua, ita vt vtriq; prævaricati sint, vtrq; nec paria eorum errata, sic absimili sunt affecti suppicio. Siquidem horum adeō erant peccata diueria, vt Paulus afferat Adam nihil fuisse fallacie perpeccum, quin Heuam quia seducta sit, siue prevaricatam: et si non impar esset vtriq; deceptio nis conditio, factum tamen est diuina illa & diligentissima inquisitione, vt tanta delinquentium argueretur diuersitas, quod Paulus illud dicere compulsus sit. Porro ob fraticidium cruciabatur Cain, quum Lamech qui hominem paulò post necasset, nullo sit eiusmodi tormento affectus: quumq; horū vterq; humaanum sanguinē fudisset, grauius tamen esset Lamech culpandus, quod Cain exemplo nihil in melius profecisset: sed quoniam neq; fratrem admonitus interemit, neq; admitti facinoris delator, qui commissa ederet, indiguit: neq; domino de ex quærenti impudentius respondisset, quin nemine inculante ipse homicidii se arguens damnasset, facilius est sceleris veniam allequitus. Cain vero quoniam his longe aliena facere est aggreditus, cruciatus & tormentis afficiebatur. Vides quam diligenter inuestigatione Deus hominū facta disquirat? Circo de his qui aquarum inundatione consumpti sunt, variis modis supplicium sumpdit. Diversis etiam Israelitas poenis, & Babylonios, & qui Antio-

2. Tim. 2

## 181 DE PRÆMIIS SANCT. SER.

chi fuere temporibus, Iudeos affecit, vt ostenderet se nostri haud mediocrem habere rationem: quum horum aliqui annos octoginta, quadragesimos nō nulli fuisse seruitute oppressi: constetq; ex his plerosq; liberos præ esurie fameq; esitasse, fuisseq; calamitatibus & erūnis grauioribus affecatos, quas neq; faro functi, neq; superstites euasissent: quippe quum potius Deus Sodomam laturum se, et Gomorrah afferat, q; istorum hominum ciuitatem. Quid si nulla foret ei de nobis delinquentibus, vel proficientibus cura: aliquid forte gehennam negare, & futura supplicia diffiteri, rationis præ se ferre videretur. Verum cum tanto studio incumbat, ne in aliquod ipsi facinus prolabamur, tatumq; impendat operæ, vt recte viuamus: conspicuum est quod peccatisbus poenas, benefacientibus coronam sit & præmia largitur. Nunc vero adverte quam varie hominum sentiat multitudo, qui plerunque deo id culpæ affeunt, q; violentos & raptore nonnunquam tollerent, hefarios & facinorosos impunes sinat: quodq; ex his dumtaxat supplicia minitur, culpant grauius, & iniquo animo ferunt: quorum et si altero grauenatur, alterum tamen probari per eos, & cum admiratione efferrati laudibus oportet. Sed o dementiam, o efferratam & sine ratione mentem, o animum sceletum, & in omne flagitium & scelus propensum. Vnde eiusmodi tua hæc depravata emergit opinio: quod si maluerint qui hæc sentiunt, virtutibus inheretere, quamprimum quavis ambiguitate rejecta, fiat de gehenna certiores. Quareret aliquis, vbinam gentium, aut quibus in terris hanc gehennam sitam dixeris? Verum quid illud tibi est curæ: quum enim est aliquid inquirendum: quanuis pleriq; pro certo non diffitetur esse hanc in Iosaphat valle constitutam: quod in certamine quodam, & bello apud veteres illos quondam in gehenna vallis Iosaphat gesto narratur: quod sacra literæ nusquam affirmant. At si de situ & loco quæsieris, respondebo, dicamq;

M 3 extra

## 182 DE PRÆMIIS SANCT. SER.

extra terrarū orbem hunc aliquo esse positam. Non ergo erit quo fuerit hæc loco sita , quin magis quo pacto euitari possit, querendū: neq; quod pro nimia eius indulgentia Deus nullas persæpe exigat in hac vita pœnas, futuris est diffidendum. nam ideo homi num tolerat errata, quia clemēs & pius, eoq; potius cōminatur, q̄ subito cursu inuadat. Inquit enim: Nō lo mortem delinquentis. Vnde cognosci potest, si nulla esset peccati proposta mors, superuacaneum id Christi dictum extitisse. Scio equidem vobis his verbis nihil quippiam esse molestius, cum mihi sic nihil suauius: utinamq; quum coenatur, quum prandium sumitur, quum lauatur, cum demum reliqua peraguntur, de gehenna fieret apud nos mentior: nec enim illius formidine aut hic aduersa videretur grauia, aut pro suauibus prospera haberentur. Tu vero quid graue, aut molestum dixeris? num paupertate? num languores? num seruitutem? num corporis cæcitatem? Hæc certe ridicula videbuntur, si cuicq; gehennæ incendio comparentur. Quin vel si rame & longa vexatos adduxeris, vel ab ineunte aetate & lumenib; captos, & mendicos, pro esca hæc onnia, & cibo quodam laetiori ducentur, illorum tormentorum respectu, quorum narratio frequentius iteranda est, quando gehennæ eiusmodi recordationis eam incidere haud sinit. Nōne & Paulum audis dicentem, qui pœnas perpetuas daturi sunt à facie domini: cuiusmodi & Nero fuit, quem idem Antichristi mysterium appellat, quum inquit: Mysterium iam operatur iniquitatis. Quid igitur? nihil Nero, nihil Antichristus, nihilne mali & diabolus patietur? Nunquid Antichristus pro diabolo futurus est? num demum hi omnes nisi suppicio & pœna cogantur, malis aliquando sunt finem facturi? Verum dicet aliquis, nihil erit à gehenna verendum, quam solum a Christi fide alieni homines adiiciuntur. Quæso quamobrem? quoniam fideles sui dominii iampridem habent notionem. At quid illud, cum horum sit vita impurior, proptereaq; maiores

Ezecl.18

1.Tbesf.2.

## DE PRÆMIIS SANCT. SER. 183

funt quim illi pœnas daturi? quotquot enim sine lege admittunt, sine lege & pereunt: qui vero in lege deliquerint, & lege iudicabuntur. Item & seruus qui herilis sit animi conscius, acc domino ad voluntatem paruerit, multis vt vapulet necesse est. Quod si nullam dixeris vitæ rationem reddendā fore, frustraq; id & vulgo opinari nonnullos: ergo nec diabolus ipse cruciabitur, quia habeat & ipse dei notitiam longe magis quam homines certiorem. Siquidem demones vniuersi & deum norunt, fatentur, & contremiscunt. Itaque si vitæ huius actionum, prauitatum facinorum nullæ essent reddendæ rationes, fovent & hi supplicio quoquis liberati. Non ita se res habent, nō ita, cauendum sanè ne vos fallat opinio. Nam si certe nihil de gehenna cōstaret, quoniam paulo duodecim apostoli bis senas & Israeliticas essent tribus iudicaturi? Quid præterea & Paulus ille affereret, inquiens: Nōne videtis quoniam de iudicium factum a Quid etiam & Christus illud protulisset: Vixi Ninivitæ refugient, & condemnabunt generationem hanc, eritq; terra Sodomorum magis in die iudicij, q̄ hi tolerabilis e. Qui illa ioco agis, que serio ageda sunt? quid falleris insaniendo? quid dei clemetiam oppugnas? ed enim gehennam Deus & paravit, & comminatus est, vt illam trepidi caueremus. Itaque & qui eam tollit, nihil aliud eniti videtur, q̄ vt falsa opinione captus in ea enixius prolabatur. Non igitur erunt illorum vires, aut manus debilitas, qui pro virtute contendunt, neque tortuosa augenda segnities: quando enim cum pertinaci hac & itulta vulgi persuasione qua gehennam negant, a scelere desistetur: quando etiam imponeatur nequitia finis, aut ubi de iustitia constabat: non dieo solum quæ flagitiosum a iusto fecernat, sed arguat a peccatore delinqüetem: id est, cur aliquoties nonnulli hominum pœnas hic pro sceleribus luant, nonnulli vero qui aut equè, aut grauius forte commisserint, sint sane dum vivunt, tormentoru expertes.

M 4 Si

1.Cor.6.

Luc.11.

## 184 DE PRÆMIIS SANCT. SER.

Si itaq; nullibi sit de gehenna compertum, nil profe-  
cto tibi quod eiusmodi obiectantibus respondeas,  
suppetet. Quocirca obsecro, vt rebus his irrisione  
dignissimis rejectis, eorum ora occludatis, qui lon-  
ge aliter de gehenna q; vos ipsi senserint: quando vt  
perexigua errata, ita & benefacta acerrime conquisi-  
rentur, adeo vt pro impudico oculorū aspectu po-  
nas datur i simus, proq; supuacaneis otiosetq; dictis,  
pro leui insuper & tenui contumelia, proq; violen-  
tia demum ipsa tormenta nobis subeunda sint. Sic  
contra pro gelidioris aquæ cyatho communicato,  
vel solo gemitu, mercedē promerebimur. Da enim  
signum, inquit, in faciem ingemiscientium & dolen-  
tium. Quo igitur pacto affirmare audebis eum qui  
nostra omnia diligentius scrutetur, frustra fuisse ge-  
hennam comminatum? ne obsecro, ne, inquam, inae-  
ni hac spe tum te ipsum, tum tuq; huius opinionis se-  
ctatores eas perditum. Nam si meis forte diffiden-  
dum esse dictis censueris, Iudæos, Gentiles, hereti-  
cosq; vniuersos rogato: respōdebunt sanè ad unum  
omnes futurum iudicium, futuramq; vt honorum,  
ita & malorum retributionem. Quod si homines  
haud satis petitioni huic facturos existimaueris, pe-  
te vel dæmones ipsos, audies mox illos clamitantes:

*Mat. 8.* Quid hoc venisti nos ante tempus cruciatum? Qui  
bus omnibus in unum coactis, persuade animo ne  
frustra deliret, ne gehennam expertus, de ea certior  
fiant: quin illius contemplatione, et metu moderatior  
effectus, eiusdem queat & cruciatus effugere, & fu-  
turis bonis potiri.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI  
*de martyribus Sermo.*

**N**emo est qui nesciat martyrum glorias ad  
hoc diuino consilio à dei populis frequen-  
tari: nisi, vt & illis debitus honor dicetur,  
& nobis virtutis exempla fauente Christo  
monstrenur: vt dum hęc ita celebrari perspicimus,  
cognoscamus, quāta eos gloria maneat in celis, quo  
ru natalitia taliter celebrant in terris: quo pōmūs  
ctiam

## DE MARTYRIBVS SERMO. 185

Niam ipsi talibus prouocari exemplis, virtute pari,  
deuotione consimili ac fide: vt Christo præstante di-  
micare & vincere hostē possimus: vt parta victoria  
cū iisdem sanctis in regnis cœlestibus trisp̄hemus.  
Quis est enim, qui eorū volens merito copulari, nisi  
prius cōstantiam eorū teneat, sectetur fidē, imitetur  
virtutem passionis, eorum gloriam vitæ liniamen-  
tis aut inueniat, aut exquirat? Qui & si martyrio par-  
eſſe non possit, tamen muneris rati dignitate se quis  
que bonis actibus dignū præbeat. Adeſt enim cle-  
mentissimus deus, qui desiderantibus suis aut mar-  
tyrium præbeat, aut sine martyrio cum sanctis præ-  
mia diuina. Nobis namq; peccata nostra officiunt:  
nobis, inquam, peccata nostra aduersa prouocant, ar-  
dent prospera, bona à nobis diuina repellunt. Qui, si  
domino seruiremus, vt par est, cuncta nobis prospe-  
ra proueniarent. Duæ sunt enim causæ in seculo, quæ  
homini aduersa importat: quæ aduersa licet de uno  
malitiae fonte procedant, tamen haec nonnunquam  
peccatoribus & iustis & que obueniunt: sed diuersi-  
tate meriti discernuntur. Aliud enim pro peccatis af-  
fici, aliud pro iustitia exerceri. In peccatore merito  
rum retributio, in iusto glorioſa de virtute certatio.  
Hic peccator, vt meretur, affligitur: hic iustus pro  
examine cōprobatur. Vt enim infirmatur peccator  
aduersis, ita iustus tētationibus roboratur. Sic dimi-  
carunt aduersus peccatum sancti: sic & laborando  
fortiores, & moriendo victores effecti sunt. Nullus  
athletes sine certamine fortior dici, nullus sine vi-  
ctoria poterit coronari. Nemo miles sine prælio ho-  
stem subiecit, nemo sine bello imperatorem prome-  
rit. Habet Christiane competencia arma, quibus ini-  
ficium expugnes: habes fortissima tela, quibus ini-  
ficium debelles. His te iamduđ dominus per gra-  
tiam imbuđ, & postmodum Apostolus Paulus ar-  
mauit. Haec sunt arma, quibus dimicarūt sancti: quo  
rum virtutes diligis, & victorias admiraris. Imitare  
Christianæ, quos diligis, sanctos: & quorum virtus-  
tes frequentas, eorum vitam & instituta sectare.

M 5 Esto

## 186 DE MARTYRIBVS SERMO.

Esto talis, de eorum exemplo: quia & hi de superiori  
ru, tales effecti sunt. Nec enim virtus ab eo poterit  
imitari cuiusquam, qui eius vitam non fuerit imitatus.  
Caeterum amare non est, quem imitari nolueris: & quem  
sectari detrectas, eum profecto amare te stimulas. Ha-  
bes exempla, qua secteris, ut vincas: quia Abel in  
principio ante Iulius exemplum, prior dedicauit mar-  
tyrium. Qui quidem optaret innocens in seculo viue-  
re, quam a fratre occisus, in occidentis perniciem mar-  
tyrium dedicare. Cain enim nec innocentiam natu-  
rae seruauit, & pietatis iura in causa fratris corrupit.  
Perpetrat scelus, quod nec ipse sciebat admittere,  
nec frater nouerat praecauere. Gerit diabolus totum,  
qui iam parentes fecerat peccatores. Gerit, inquam,  
diabolus totum: sed consentit Cain hosti, quem du-  
parentum casu debuerat execrari: ut eterne reatu-  
crimen incurreret: & diabolus, qui parricidium sus-  
cit, & Cain, qui assensum persuadenti diabolo con-  
modauit. Solus autem Abel sanctissimus inter ira-  
trem & diabolum, inter parricidam & hostem, inter  
persuadentem & factorem purus atque integer per-  
uerat. Fuit enim Abel innocens, gloriolus sacerdos et  
victima, immolator & hostia, antistes & holocaustum.  
Ut enim sancte atque innocenter deo hostias im-  
molabat: ita sancta atque innocens hostia deo summo  
effectus est. Necon & Jacob sanctissimum innoce-  
tem & iustum Esau reprobus impie atque crudeliter  
minatur occidere: quod quidem facinus etiam ipse  
complexset: nisi ad propagationem paterni seminis  
eum dominus reseruasset, sicut idem Esau loquitur  
dices: Appropinquet dies mortis patris mei, ut ego  
occidam Jacob fratrem meum. O nepharium scelus  
venenato ore prolatum. Ut fratrem occidat, patri  
mortem exoptat. Ibis in una causa delinquit: & dicit  
optat obitum patris, & dum disponit parricidium fra-  
tris. Non intelligit miser se gemino ac duplisci crimi-  
ne detineri: non intelligit, inquam, utrumque scelus &  
se in sua iam professione compleri. Nec considerat  
iudicio dei se perditum, nisi & hoc quod mente con-  
cepereat,

*imitari  
pasuisse*

*Gen. 27.*

## 187 DE MARTYRIBVS SERMO.

reperat, suis sermonibus indicaret: ut malitiam, quae  
dominus in eo reprobauerat, sua professione expro-  
meret. Denique Jacob fugae consilium inuenit, ne im-  
moratio sui fratris faceret parricidam. Cuius quidem  
peregrinationis angustias, tribulationes, & metus,  
ita dominus gubernauit, ut in ipso durissimae serui-  
tatis obsequio augeret patrimonio, locupletaret fi-  
dei: & quod est amplius, per visitationes & diuina  
colloquia, angelicaque luctamina, sua eum benignita-  
te donaret. Quid Joseph persecutione fratrum, quid  
David Saulis regis atrocissimo metu, quid prophe-  
tarum, apostolorumque sanctorum chororum, Judaeoru-  
morum, aut afflictos, aut iugulatos enumerem? Quis  
enim sanctorum in seculo, non aut persecutionem  
perpessus, aut ab inimicis est iugulatus? Nulli est du-  
biu[m] inimicum esse seculum sanctis domini. Vox  
est ad iuos dicentis, Si me persecuti sunt, & vos per-  
secutur. Et rursus addit dices: Si de seculo esetis:  
Iohann. 15.  
seculum, quod suum esset, amaret. Sed quia de seculo  
non esetis, & ego elegi vos de seculo, propterea odis-  
tis seculum. Et rursum, Vos plorabitis & plange-  
tis, seculum autem gaudebit: vos tristes eritis, sed &  
tristitia veltra in latitudo veniet. Timenda sunt Chri-  
stiani presentis seculi gaudia: & optanda pro deuo-  
tione mœstitia, quæ cœlesti latitudo repensem. Pro  
amore dei, odio humana optanda sunt: pro dilectio-  
ne Christi, inimicorum infectatio appeteda. Nemo  
enim amatur a mundo, nisi qui odio fuerit Christo:  
deci diligitur a seculo, nisi qui execrabilis fuerit deo.  
Seculi est enim quodcumque letatur: dei est, quod pro-  
iustitia affligitur. Inimici sui amicū nemo in amici-  
tias sumit, nisi qui amico inimicus esse voluerit. Ne  
modi uersarii fratri, familiarē sibi arrogat, nisi q[ui] ger-  
manitatis iura violare emulo liuore desideret. Holti  
dñi sui seruus nunq[ue] famulat, nisi a dñi atrocissima  
feueritate vexet. Nemo miles ab imperatore extra-  
neō stipendiū accipit: si autem, illū cui militat lædit.  
Quid agis Christiane si dñi hoste amicū habueris?  
Quid agis, inq[ue], si dilexeris seculū, salvatoris Christi  
hostem

## 188 DE MARTYRIBVS SERMO.

hostem pariter & inimicū? Quid agis, inquā, si amas  
ueris mundum, qui deum tuum inimica crudelitate  
peremit? aut enim eris seruus acceptus, si donuas  
tui inimicum fueris detestatus: aut si eius amaueris  
inimicum, eris ipse a domino alienus. Quare aut odi  
ris inimicum, necesse est, si domini tui volueris esse  
charissimus: aut si eius amaueris inimicum, cū eodē  
in die iudicij mulctaberis. Fuge Christiatio[n]e, fuge q[uod]  
dominus non amat: detestare & horre, quæ tibi do-  
testanda mandauit. Præsentि liberalitate æternam  
vitam mercare, momenitaneo lucro præmia diuinū  
acquire. Thesauros tuos ad cœlestia regna transmis-  
te: foenerare in pauperibus dominū, in egenis Chri-  
stum & pacem & vesti. Et serua mandata, quæ te ad  
vitam perducant: custodi præcepta, quæ te deo prae-  
ximum faciant. Propterea ad æterna, ad futura felici-  
ta. Nec te aliqua dulcedo seculi ac præsentis vita  
detineat, sed tibi futura omnia Christo numerante  
occurrant.

DE MARTYRIBVS, QVOD AVT IMITATI  
di, aut non laudandi sunt, Sermo.

**Q**VI sanctorum merita religiosa charitate in-  
ratur, quicq[ue] iustorū glorias frequenti laude  
colloquitur, eorum mores sanctos atq[ue] iusti-  
tiam imitetur: quoniā quem delectat sancta  
alicuius meritum, delectare debet par circa cultum  
dei obsequiū. Quare aut imitari debet si laudat, aut  
laudare non debet si imitari detrectat: vt qui alium  
laudat, laudabilem se reddat, & qui sanctorum mer-  
ita admiratur, mirabilis ipse vite sanctitate redatur.  
Nam si propterea iustos fideles diligimus, quod in  
ipsis iustitiam fidemq[ue] suscipimus, possumus nos  
quog[ue] esse quod sunt, si faciamus ipsi quod faciunt.  
Neg[ue] enim difficile nobis est quod ab ipsis geritur  
imitari, cum sine præcedenti exemplo ab antiquis  
talia gesta conspicimus: vt non ipsi aliorum annos  
li redderentur, sed æmulandæ virtutis leipso[n]s nobis  
præberent exemplum, vt dum nos ex ipsis & ex no-  
bis alii proficiunt, sic Christus in suis semper seruus  
in eo

## 189 DE MARTYRIBVS SERMO.

in ecclesia sancta laudetur. Vnde ab origine mundi  
innocens Abel occiditur, Enoch deo placens trans-  
fertur, iustus Noë inuenitur, Abraham fidelis proba-  
tur, Moyses mansuetus dignoscitur, Iesus castus, Da-  
vid lenis, Helias acceptus, Daniel sanctus, tres pue-  
ri victores redduntur, Apostoli discipuli Christi  
credentium magistri habentur. A quibus erudit[i] co-  
fessores fortissimi pugnant, martyres perfecti trium-  
phant, & Christiani semper exercitus diabolū Deo  
armati debellant. In istis semper pares virtutes, dissimili-  
miles pugnæ, gloriose victoriae. Vnde tu Christia-  
ne deliciatus es miles, si putas te posse sine pugna  
vincere, sine certamine triumphare. Exere vires, for-  
titer dimica, atrociter in prælio isto concerta. Consi-  
dera pactum, conditionem attende, militiam nosce.  
Pactum quod spopondisti, conditionem qua acces-  
isti, militiam cui nomen dedisti. Hoc enim pacto  
quos miraris cuncti pugnarunt, hac conditione uni-  
versa vicerunt, hac militia omnes triumpharunt. De  
hinc considera præsente deo te cum hoste pugnare, fa-  
uet ille vt vincas, fauer vt obtineas. Cū pugnas ad-  
est, cum dimiccas præsens est. Tantum enim virium  
de eius præsencia concipis, quantum inimico debili-  
tatis accedit. Tu erigeris in virtutem, hostis incidit  
in debilitatem. Tibi arma diuinitus ministrantur, il-  
li malitia tela franguntur. Tibi conspectus dei viri  
adum adiutum incrementa, hosti præsens maiestas adi-  
mit hoc dicit venena. Tibi angeli applaudunt, illi for-  
midinem adhibent. Tibi enim fortitudo tribuitur,  
illius malitia infirmatur. Quibus tu fueris, ille op-  
primitur: quibus tu erigeris, ille prosternitur. In tua  
pugna dominus congregatur, dominus dimicat, do-  
minus præliatur, & victoria tibi adscribitur. Cer-  
ta men tuum dei certamen est, prælium tuum Christi  
est prælium. Quid trepidas, quid formidas, quasi tua  
virtute deuincas? Prende arma, procede in bellum,  
fortiter dimica, vt dimicanti adsit ille qui vinci non  
nouit. Non potest imperatorem demeiri, qui hoste  
a se noluerit superari. Non potest regi esse acceptus,  
qui

## 190 DE MARTYRIBVS SERMO.

qui hosti fuerit lenocinatus. Nec enim hoste potest vincere, nisi qui atrociter voluerit dimicare. Victoria militis, peremptio est hostis: & peremptio hostis, gloria est imperatoris. Denique in certamine Christiano, aut superstes miles prostrato hoste beatus de praelio reddit, aut hostem victor moriendo devincit. Feliciter enim vincit, qui post victoriā vincēti non nouit. Feliciter vincit, qui & diabolū & mundum post victoriā dereliquit. Feliciter vincit, qui proficiscens ē mundo diabolū quem in praesenti deruicit, in futuro cū domino iudicabit. Alios enim post vnum certamen ad alias palmas dominus farruat, alios consummato martyrio iam coronat: alios victores retinet in exemplum, alios iam perfectos transmittit ad cœlum. Alios frequenter desiderat videre certantes, alios passione iam meritos impōnē regnis cœlestibus triumphantes: vt imperatoris Christi ab omnibus dignatio collaudetur, qui in suis & semel & frequenter hostem deuicit, & quemlibet quomodo pugnare viderit, munerauit. Tantum contra hostem excitetur animus, exerantur artus, & uotio præparetur, vt procedens miles ad bellū, vel primo prælio coronetur, vel frequentibus trophēis palmarum numero honoretur. Sic dimicarunt, quos diligere Christiane consuesti; sic præliati sunt, quos semper amasti. Deniq̄ tres pueri in Chaldaea Barbatī regis dum terrores despiciunt, formidines calcinas contemnunt, sic eundem regem cum suis igribus deuicerunt. Daniel quoq̄ cultor dei, amator iustitiae, veritatis defensor, dum in afferendo deo regis edicta contemnit, sic & leonum rabiem vicit, & de inimicorum interitu exultauit. Petrus & Ioaannes Apostoli ad orandum deum hora nona Salomonis templum ascendunt, claudum curant, virtutem faciunt, quinq̄ milia hominum prædicando acquirunt. Vnius cura, multitudinis salus efficitur. Vnus enim curatur, & multi saluantur. Vnum membra virtutem in homine vno corrigitur, sed plurimorum virtutates operante domino reparantur. Vnius debilitas cura,

## DE MARTYRIBVS SERMO. 191

tur, sed multorum salus acquiritur. Vexato sanitas redditur, sed priuatas in obdurate corrigitur. Ascendunt Apostoli dominū deprecari, sed preces claudi non poterant aspernari. Praeueniuntur precibus preces, rogantem claudum rogatuti ante audiunt q̄ precentur: nec permittit claudus orare illos quos petit, nisi prius acciperet ipse quod optauit: vt ante ab eis quod voluit impetraret, quam ipsi à domino quod volebant expeterent. O gloriosum Apostolorum meritum, qui ante in templo operantur, quam dominū deprecantur: ante virtus ostenditur, ipsi oratio ad dominū præmittatur: effectus praeueniunt, virtutes desideria antecedunt: nec expectatur vt vota ad dominū præmittantur, quia dominus ipse ante efficit, quam rogetur. Interea clavis aliud petit, & aliud accipit: aliud postulat, & aliud impetrat: aliud cupit accipere, & aliud à domino meruit impetrare. Postulat eleemosynam, & sanitatis accipit curam. Petit aliiquid ad victimum accipere, & integratatem corporis meruit recuperare. Quod petis, inquit Petrus, non habeo: sed illud dabo, quo ex gratia Christi redundo. Argentum quidem & auro non est mihi, quod autem habeo, hoc do tibi. In nomine domini Iesu Christi, surge & ambula sanus. Sanctissimus Petrus nihil sibi de facto, nihil de opere, nihil de virtute adscribit: sed totum illi adsignat, per quem meruit quod impletuit. Deniq̄ cura, vt dixi, Vnius claudi negotium geritur multitudinis, Vnus sanus efficitur, & plurimorum utilitati confitetur. Adeò mirantur cuncti virtutem, stupet factū, honorant deum, quinq̄ milia credunt in Christum, vt & claudi desiderium, & Apostolorum meritum, & benignitatis Christi in multorum salutem probaretur exemplum.

## 192 DE B. PHILOGONIO ORATIO.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ORATIO de beato Philogonio, qui fuit ex patrono causarum factus episcopus, & quod nibil aequre reddidit nos deo probatos, atque si studiosi finis earum rerum que publicae cōducunt utilitatē, & quod negligenter adeuntes mysteria grauisitatem punisuntur etiam si semel tantum in anno scelus hoc commisserint. Dicta est autem quinque diebus ante natam Christi, Erasmo Roterodamo interprete.

*A contraria ratione ratio-  
cmatur.*

**E**GO quidem & hodie destinaram aduersari hæreticos luctaturus vestes exuere, quodq[ue] stabat debiti vobis persolue: Verum beatissimus Philogoni dies, cuius hodie memoriam celebramus, ad ipsius benefactorum enarrationem largiam nostram euocauit. Et omnino parendum est. Etenim si qui patri matrīe maledicit, morte moritur: profecto clarum est eum qui benedixerit illis vita p̄m̄ia recepturum: & si iis qui iuxta naturam parentes sunt tantam debemus præstare benevolentiam, multo magis id præstandūm iis, qui fuxi p̄ ritum sunt parentes, potissimum verò quum iam vita defunctos nostrā laudatio nihilo reddat illis gloriſiores, nos verò congregatos tum qui loquimur, tum qui audimus, reddat meliores. Nam illi quidem subiectus in cœlum haudquam egenus potest humanis laudibus, ad feliciorem magisq[ue] daturam quietem profectus. Cæterum nos qui hanc nus hic versamur multaq[ue] opus habemus exhorteone, illius egemus encomiis, quod videlicet ad imitationem excitemur. Quapropter sapiens quidam hortatur, dicens: Memoria iusti cum laudibus perinde quod laudantur qui deceperunt, sed quidam potius qui res istas egregias laudibus vehunt. Quoniam igitur haec ex re tanta nobis utilitas proficitur, obtemperemus neque recusemus. Nam et ipsum tempus huic narrationi congruit. Siquidem hodie beatus ille ad tranquillam omnisciū turbationis extempore vitam translatus est, cogit nauigium appu-

*Prout. 10.*

## DE B. PHILOGONIO ORATIO. 193

lū, vbi deinceps non poterit metuere naufragium, nec villam animi dejectionem aut dolorem. Et quid mirum est, si locus ille purus est ab omni molestia animi, quum Paulus hominibus adhuc in hac vita degentibus loquens dicat: Semper gaudete, sine intemperie orare. Quod si hic, vbi morbi, vbi infestationes, vbi præmaturæ mortes, vbi calumniæ, vbi inuidiæ, vbi desperations, vbi iræ, vbi cupidities, vbi innumerabiles insidiæ, vbi quotidiane sollicitudines, vbi perpetua sibi cohærentia mala sunt, inumeros ex omni parte dolores adserēta, Paulus dixit fieri posse ut semper gaudeamus, si quis paulus in exterritu mundanarum fluctibus erexerit caput, vi tamq[ue] suam recte moderetur composueritq[ue]: multo magis postquam hinc demigrauerimus facile compotes erimus eius boni, quum hæc omnia sublata fuerint, aduersa valetudo, morbi, peccandi materia, vbi non est meum ac tuum, frigidum illud verbum & qui cquid est malorum in vitam nostrā inuehens innumerāq[ue] gignens bella. Quamobrem maximopere gratulator huius sancti felicitati, quod quanquam tristatus est, atque hanc quæ apud nos est ciuitatem reliquit, tamq[ue] in alteram transiit ciuitatem, nempe dei, ac digressus ab hac ecclesia ad illam peruenit, quæ est primogenitorum descriptorum in cœlis, ac reliæ hisce festis transiit ad celebritatem angelorum. Etenim quod & superne sit ciuitas, ecclesia ac celebritas, audi Paulum dicente, Accessisti ad ciuitatem viuentis, ad Hierosolymam coelestem, & ecclesiam primogenitorum descriptorum in cœlis, & ad innumerabilem angelorum frequentiam. Non solum autem ob multitudinem virtutum coelestium, verum etiam ob abundantiam bonorum, ac iuge gaudium et lætitiam, panegyrim, hoc est, totius multitudinis coetum appellat totam illam vitam. Nec enim alia res facere solet panegyrim, quam merci um venalium copia, quum triticum, ordeum, & omniū frugum species, ouium greges, boum armens, niūgæ, aliq[ue] id genus plurimæ importantur, aliis ravelles aliaq[ue] id genus plurimæ importantur, aliis

*Heb. 11.*

*πανεγυρις*

) N quidem

194 DE B. PHILOCONIO ORATIO.

quidem vendentibus, aliis verò commercantibus.  
Sed quid, inquis, harum rerum est in cœlis? Horum  
quidē nihil, sed sunt his multo magis præclara. Non  
enim illuc sunt triticum, ordeum, ac frugum variaz  
species, sed illuc vbiq; fructus spiritus, gaudium, be  
nevolentia, bonitas, pax, ac mansuetudo summa exal  
berat copia. Non ouium greges, non boum armen  
ta, sed spiritus iustorum perfectorum, animarum  
virtutes, virtèq; recta facta per omnes cœlos videre  
licet. Non vestes aut amictus, sed coronas quoique  
auro pretiosiores, tum brabia, certaminum præmia,  
aliaq; innumera bona deposita iis qui recte fecerint  
adhaec ibi est multitudo congregatorum, longe tum  
copiosior, tum honoratior. Nec enim constat ex vi  
ris vrbanis indigenisq; sed hic sunt angelorum in  
nita milia, illuc sodalitia prophetarum, alibi marty  
rum chori, Apostolorum ordines, cunei iustorum,  
omniūq; qui fortiter rem gesserunt varij cœtus.  
Profecto miranda panegyris est. Iamq; id sanè mā  
ius est omnibus, quod in media frequentia versatur  
horum omniū rex. Etenim vbi dixisset, ad innumer  
abilium angelorum frequentiam, subiecit, & ad illū  
dicem vniuersorū deū. Quis vnq; vedit in panegy  
rim prodeunte regē? Hic quidē nemo vedit, illuc au  
tē qui adsunt perpetuo vident, quatenus illum vide  
re licet, non solum præsentē, verū etiam suæ gloriæ  
splendore condecorantem vniuersum cœtum. Ego  
stræ quidem celebritates sub meridiem plerūq; soli  
vuntur, ille vero non item. Nec enim mensu in or  
bem recursus, neq; annorū circuitus, neq; dierū num  
rū expectat: sed stat perpetuo, illiusq; bona fine mā  
habet, nec senescere nec marcescere possunt, sed sanc  
tum senij, tum mortis expertia. Nullus illuc tumultu  
tus, quemadmodum hic: nulla turbatio, sed iugens  
omnium cum ordine decenti compositio, haud leu  
cus atque in cithara quapiam, modulatissimum con  
centum & quavis musica suauorem reddentū vtrī  
usque creaturæ domino, dum anima illuc velut in fa  
bris adytis, diuinisq; mysteriis, diuinorum arcans

DE B. PHILOCONIO ORATIO. 195

hum celebrationem peragit. Ad hanc beatam requi  
em transit beatus Philogonius. Quænamq; igitur ora  
tio par sit viri laudibus, quem Deus tam felici forte  
dignatus est? Non est villa. Sed age dic mihi, num id  
circo silebitus? Et cuius rei grālia conuenimus?  
An dicemus nos haud posse magnitudinem gesto  
rum oratione consequi? Atqui ob hoc ipsum neces  
se est dicere, quandoquidem hæc est præcipua lau  
dum illius pars, quod factis verba æquiparari non  
possint. Nam quorum benefacta naturam etiam su  
peravit mortalem, perspicuum est, quod horum lau  
des excedunt linguam humanam. Haud tamē ob id  
aspernabitur officium nostrum, quod pro viribus  
præstamus, sed suum imitabitur dominum. Siquidē  
& ille videt duos tantum obolos deficiente in ga  
zophylacium, non tantum duorum obolorum mer  
cedem reddidit. Quoniam ita tandem! Quoniam nō per  
pendebat pecunia modum, sed animi diuitias. Na  
si pecunia modum expendas, magna paupertas est:  
si voluntatem explices, ineffabilem videbis excel  
lantim mercedem. Proinde quamvis nostræ faculta  
tes exiguae sint minimisq; preti, attamen quæ possu  
mus offerimus. Ea licet non respondeant magnitudi  
ni operitorum animæ præclari iustiq; Philogonij, ta  
men hoc ipsum celsitudinis illius maximum fuerit  
argumentum, quod nec pusilla repellat, sed idem fa  
ciat quod solent diuities. Siquidem illi quū accep  
erit a tenuibus exigua, quibus non egent, sua vicis  
sim apponit, remunerantes eos, qui quod poterant  
obtulerint. Itidem & hic, quum acceperit a nobis  
laudem verbis peractam, qua nequaquam egerit, re  
donabat nobis per ipsa facta benedictionem, qua  
semper vti possimus. Unde igitur laudationem illi  
li tradidit gratia? Nam mundani magistratus nequa  
quam possunt Christianorum demonstrare virtu  
tes, quin potius frequenter habent accusationem ma  
litiae. Quā ob causam? Quoniam & solicitudines ami  
corum, & circumcurlationes, & adulaciones aliaq;

## 196 DE B. PHILOGONIO ORATIO.

permulta his foediora tales magistratus solent consiliare. Cæterum ubi deus suo suffragio designaret aliquem, illaq̄ manus sanctum contigerit caput, in corruptum suffragium alienum ab omni suspicione iudicium, indubitate fuerit delecti comprobatio, propter eius qui delegit autoritatem. Porro quod elegerit illum deus, vel ex ipsa morum integritate perspicuum est, quippe quem ex medio abruptum foro ad thronum hunc euexerit: adeò castam & insignem prius egit vitam, quum vxorem haberet ac filiam, & in forensibus negotiis versaretur, adeò famam ipsum splendore vicit, ut protinus ab illo gesto, hoc magistratu dignus videretur, & a tribunali ad tribunal electus sit. Ac cum quidem hominibus patrocinabatur aduersis homines qui struebant infidias, iis qui afficiebant iniuria, superiores reddens iis qui iniuriam inferebant. Hic autem a deo hominibus patrocinans aduersus dæmones invictus. Quantum autem sit pietatis argumentum, qđ deus illum tanto magistratu dignum iudicavit, aut Christus excitatus à morte quid dicit Petro, post enim illum interrogasset, Petre amas me? Isq̄ respondidit: Tu domine scis quod amo te. Nō dixit Christus, abrice pecunias, iejunium exerce, macera te, vel horibus, mortuos excita, dæmones abige, nihil vel horum vel aliorum miraculorum recteq; factum in medium adduxit, sed omnibus illis prætermis dicit illi: Si diligis me, pasce oves meas. Hoc autem dicebat non solum vt nobis certissime declararet, et quantopere ipsum diligenter Petrus: verum etiam erga suas oves, exemplum proposuit Petri erga ipsum amoris, tantum non dicens: Qui diligit oves meas me diligit. Vide igitur quam multa propter huc grem pallus sit Christus. Homo factus est, servus vestram assumptus, consputus est, alapis cæsus est, perstremo ne mortem quide recusauit, & quidem ignominiosissimam. Quin & ipsum sauginem tuum expedit. Itaq; si quis voluerit illi commendatus esse, cu

Ioan. 21.

## DE B. PHILOGONIO ORATIO. 197

tem habeat ouium illius, publicam querat utilitatem, fratum suorum saluti proficiat. Nullum enim officium hoc deo charius est. Et ob id alicubi dicit: Simon Simon, expetiuit te satanas vt cribraret te tamen quam triticum, sed ego rogau pro te, ne deficiat fides tua. Quod igitur huius sollicitudinis curæq; praemium mihi rependise? Sed quam tandem poscit repetitionem? Eandem curam quam nobis impedit, reproducit. Nam & tu, inquit, aliquando conuersus confirma fratres tuos. Sic & Paulus ait: Imitatores mei 1. Cor. 4. Christi sicut & ego Christi. Quomodo ille factus est Christi imitator? Omnibus per omnia placens, non querens suam ipsius utilitatem, sed multorum, ut salvi fierent. Rursus alio loco dicit: Etenim Christus non sibiipsi placuit, sed multis. Neq; prorsus alia res est, quae perinde declarat doceatq; quis sit fidelis & amans Christi, quam si fratum curam agat, proq; ilorum salute gerat sollicitudinem. Hæc omnes audiunt & monachi, qui montium occuparunt cacumina, quicq; modis omnibus seipso mundo crucifixi sunt, quo pro viribus ecclesiarum prefectos adiuvant, horumq; curas leniat precibus, concordia, charitate, scientes quod ni modis omnibus epitulerentur negotiorum curas sustineant, quibuscumq; possunt rationibus auxilientur, quanqua procul habitantes, et vicinius sors ipsis periret, & tota in scopulo impingeset sapientia. Verum hoc esse maximum amicitię erat Christum argumentum, declaratur et hinc. Videamus autem quomodo manus hoc episcopi administrari. Quin potius non est opus hīc pluribus versibus aut voce nostra, quum vester fauor vestrumq; studium hoc vltro declareret. Quenadmodum enim aliquis ingressus vineam, vitesq; cōtemplatus, paupēris comantes, fructu grauidas, macerias ac septis undique munitas, haud quaquam desiderat orationem, cuiusquam qui demonstrat vinitoris industrias & agriculturæ virtutem: Itidem & hīc, si quis ingressus cōspiciat vites spirituales, vestrumq; fructu

N 3. con-

Luc. 22.

Rom. 15.

## 298 DE B. PHILOGONIO ORATIO.

contempletur, nil opus habuerit ut ex cuiusquam oratione discat qualis sit vester prepositus. Sicut et Paulus scribit alicubi: Epistola mea vos estis, quae inferpta est, & legitur. Fluuius arguit qualis sit fons, & fructus indicat qualis sit radix. Dicendū igitur erat & tempus & initium quando vineam hanc suscepit. Negi enim hoc minimū habebit momentū ad soluendam Encomii partē, sed omnino satis fuerit declarandam hominis virtutem. Res tum erat multa difficultatis, quā nuper esset sedata persequitio, manentibus etiamnum grauisimā tempestatis illius reliquiis, quumq; negotia plurimam desiderari correctionem. His insuper illud adiungendum erait, quod quemadmodum dicebam, hereticorum factio sub illo nata negotium exhibuit illius sapientia cū ea prospiciente. Verum ad aliam necessariā materiam nobis festinat oratio, eoq; comuni patri, beatus Philogonij sectatori hæc dicenda relinquentes, ut qui melius nobis teneat quicquid est antiquitatum, ad aliam cogitationi rationem transeamus. Apparet enim festum omnium festorum maxime venerandum, adorandumq; quod si quis appellat omnium festorum metropolim, haudquaquam aberret. Quid autem hoc est Christi iuxta carnem nativitas. Ab hoc enim illustratio dei, festum videlicet Epiphany, ac sacrum Pascha, Ascensio, & Pentecoste, originem ac fundamentum ducunt. Nisi enim secundum carnem natus esset Christus, nequaquam baptizatus esset; nam id est festum Theophaniorum. Nequaquam fuisse crucifixus, nam hoc est festum Paschæ. Nequaquam misisset spiritum sanctum, quod est festum Pentecostes. Itaque ab hoc ceu fonte quodam, hi diversi amnes orti, nata sunt nobis hæc festa. Verum non ob hoc tantum par est hunc diem ceteris anteponi, sed etiam ob id, quod id quodam hoc natum est, ceteris omnibus est venerabilis. Nam quod Christus homo factus mortuus est, quum nullum omnino peccatum perpetrasset. Sed mon-

2. Cor. 3.

## DE B. PHILOGONIO ORATIO. 199

tale corpus assumpsit. Erat quidem et hoc admirandum. Cæterum quod deus quum esset, voluerit homo fieri, tantumq; se se demittere sustinuerit, quantum ne cogitatione quidem complecti queas, hoc est omnium maxime reverendum, stuporisq; plenum. Quod quidem & Paulus admirans dicebat, sine controuersia magnum pietatis mysterium. Quod magnum? Deus declaratus in carne. Ac rursus alibi. Non enim angelos apprehendit deus, semen Abraham apprehendit. Vnde debuit per omnia fratibus assimilari. Propter hoc potissimum amplector diligoq; diem hunc, & amorem eius in mediū propono, vt vos huius amatorij pharmaci participes reddam. Eoq; rogo vos omnes obsecroq;, vt illum studio summagj cum alacritate velitis adesse, sed prius suam quisque domum repurget, vt vicem dominum nostrum in cunis iacentem, ac fasciis inuolutum, horrendum ac stupendum spectaculum. Quid enim excusabimus, aut quam veniam obtinebimus, si quum ipse nostra causa descenderit ē coelis, nos ad illum vel ex ædibus ire grauemur: quum alienigenæ barbariq; ex Perside accurant ut illum videant in præsepi iacentem, tu vero ne breue quidē spatium emetiri sustines, vt hoc felici specaculo perfruaris. Nam si cū fide accesserimus, præculdubio videbimus illum in præsepi iacentem. Si quidem hæc mensa vicem explet præsepis. Nam & hic ponitur corpus dominicum: non quidem fasciis inuolutum sicuti tunc, sed vndiquaque spiritu sancto conuestitum. Qui mysteriis initiati sunt, intelligunt que dicuntur. Ac Magi quidem nihil aliud q; adorarunt, tibi vero si cum pura accesseris conscientia, permittemus ut summas, & sumpto domum absenter. Accede igitur tu quoque munera offerens, non qualia deferebant illi, sed multo religiosiora. Obtulerunt illi autem, offer tu temperantiam ac virtutem. Obtulerunt illi thus, offer tu puras preces, quæ sunt odoramenta spiritualia. Obtulerunt illi myrrā, offer tu modestiam, & cor submissum cū eleemosyna.

1. Tim. 3.

Heb. 2.

N 4

Quod

Quod si hisce cum muneribus accesseris, multa cum fiducia particeps eris huius sacræ mensæ. Nam hac ideo nunc loquier, quod sciām certo futurū, quod in illa die complures accedant, irruantq; ad victimam hanc spirituale. Id igitur ne faciamus ad detrimentum & condemnationem animæ nostræ, sed ad salutem; iam nunc obtestor obsecroq; ut omnibus modis repurgatis animis vestris, ita demū adeatis mysteria. Neque mihi quisquam dixerit, vereor, habeo conscientiam peccatis oppletam, sarcinam circumsevero grauissimam. Sufficit enim horum quinq; dierum tempus, si solerius fueris, si attentus, si vigilaueris, multitudinem peccatorum reddes contractiorem. Nec illud perpende quod breue tempus est, sed illud considera quod benignus est dominus. Quandoquidem & Niniuitæ tridui spatio tantam iram Dei a se depulerunt, nec obstitit illis temporis angustia, sed animi promptitudo amplectens domini benignitatem, totū peragere valuit. Et meretrix illa breui temporis momento, quū ad Christū accessisset, onus prohra diluit. Quin & calumniantibus Iudeis, q; illā admisisset, tantamq; præbuisset fiduciā, Christus illis quidem silentiū imposuit, hanc vero malis omnibus liberatam, comprobatoq; illius studio, domū remisit. Quid ita tandem Quonia feruenti animo, & flagrati corde, ardētq; accessit fide, sanctosq; illos ac sacros attigit pedes, solutis capillis, fontibus lachrymarum ex oculis emissis, vnguento profuso. Etenim per quæ deceperat homines, per eadem paruit remedia poenitentiæ: per quæ auocarat oculos in temperantium, per hac emisit lachrymas: per capillos arte compositos multos illexerat ad peccatum, per eosdem pedes abstersit Iesu. Vnguento multos inescarat, per hoc pedes illius lauit. Proinde & tu quibus rebus prouocasti deū, per has rursum facio propitium. Prouocasti illum pecuniarū rapina, per eaſdem illum reconcilia, quumq; & rapta restitueris illis quos iniuria affeceras, & alia insuper addideris, dico iuxta Zacc̄æwū: Reddo si quid rapui, quod druplum.

druplum. Prout casti linguae maledicentia, multis contumelias affectis: vicissim lingua placato, pura emittens preces, benedicens maledicētibus, laudans vituperantes, gratias agens iniuriam inferentibus. Hac non egent multis diebus annisve, sed solo anni proposito viuco die perficiuntur. Discede a malo, Virtutem amplectere, desiste a prauitate. Polliceor te posthac ista non cōmissurum, & istud sufficiet ad executionem. Ego testificor ac fideiubet fore, vt si nos sumus quisque qui peccatis obnoxij sumus recedens a pristinis malis, ex animo vereq; promittat Deo se posseca nunquam ad illa redditum, nihil aliud Deus requirat ad satisfactionem ulteriorem. Benignus enim est, & quemadmodum parturiens cupit eniti fructum, ita & ille cupit effundere suam misericordiā sed obstant peccata nostra. Diruamus igitur mactem, atq; ex hoc iam tempore festum auspicemur, hosce dies quinque negotiis omnibus valere iussis. Valeat forum, valeat curia, faceant mundanæ curæ, cum pactis & contractibus: animam meā seruare cupio. Quid lucrificerit homo, si totum mundum lucrificiens, animaꝝ suā iacturam faciat? Egressi sunt a perlide Magi, egrēdere tu ē temporariis negotiis, ad Iesum proficisci, non est longum interuallum si velimus. Non enim necesse est traicere mare, neque montū superare cacumina, sed domi sedens, si pietate exhibeas, multamq; cordis cōpunctionem, postes illum videre, potes totam diruere maceriem, totum submovere obstaculum, abbreviare vitæ longitudinem. Deus enim, inquit, appropinquans ego sum, & non deus procul. Et dominus prope est omnibus invocantibus ipsum in veritate. Nunc autem multi Christianorū in tantā vecordiam, tantumq; venere contemptum, vt quum innumeris scanteant malis, nullam tamen vitæ suæ curam habeant: sed in diebus festis negligenter ac temere ad mensam hanc accedant, haud intelligentes quod communionis rebus non est festum, neque celebritas, sed conscientia pura, vitaq; a peccatis repurgata. Quemadmodum

Hier. 23.  
Psal. 144.

enim qui sibi nullius mali conscientis est, hunc oportet singulis diebus accedere: sic qui per eatis occupatus est, nec penitent, eum ne in festis quidem accedere tutus est. Neque enim semel in anno accedere, liberat nos a peccatis, si indigne accesserimus, quin hoc ipsum potius auget damnationem, quod quum semel tantum accedamus, ne tum quidem pure accedimus. Quia propter adhortor vos omnes ne negligenter, veluti festo die cogente ad diuinam mysteria accedatis, sed quando parabitis huius sacrae hostiae fieri participes multis ante diebus repurgetis vosipso per penitentiam, preicationem & eleemosynam. Denique per hoc ut vacetis spiritualibus, nec denuo conuertamini canis in morem ad proprium vomitum. An non enim absurdum tantam habere curam rerum corporalium, ut appetente festo multis ante diebus vestem et scrieniis depromptam diligenter appares, emas calceamenta, mensa largior splendidiorque paretur, denique variam vndiquaque rerum copiam excogires, omnibusq; modis temeritatem ornes, nitidumque reddas. anima verò neglecta, fordanis, squalida, fame contabescens nullum habere respectum, quū sola matneat impura: ac corpus quidem nitidum huc addiscere, animam verò nudam incultamque? Atqui corpus quidem videt conseruus, neque quicquam est detrimenti, quomodo cumque fuerit habitum: illam autem videt Dominus, qui grauissime punit negligentiam. An nescitis quod hæc mensa plena est igni spirituali? Et quemadmodum fontes aquæ vim exundant, ita hæc flammam quandam habet arcanam. Ne igitur accesseris stipulam adferens, non ligna, non secnum, ne augeras incendium, exurataq; animam ad combustioninem accedentem: sed accede ferens lapides preciosos, aurum, argentum, quod puriorem reddas materiam, multoque cum lucro discedas. Si quid malum est, abigas ab animo. Habet quis inimicum, grauiter Iesus, soluat similitatem, coercent animum exaduentem, intumescentemque, ne quis sit tumultus aut perturbatio. Regem enim excepturus es per

communionem: quum autem rex ingreditur animum, oportet magnam esse tranquillitatem, multumq; silentium, profundam cogitationum quietem. Sed atrociter Iesus es, nec potes irā remittere. Quid igitur? An igitur te ipsum magis etiam & grauius laedes? Neque enim tatis malis te afficiet inimicus, q; tecunquam fecerit, quibus te ipsum afficiunt, si non ille reconcilieris, sed dei leges concularis. Ille te contumelia affect, dic mihi num tu ideo deum afficies contumelia? Etenim non recipere in gratiam cum illi molestiam attulit, non tam est illum vlcisci, q; deum afficere contumelia legis huius autorem, praetipiens ut inimicis reconciliemur priusquam accedamus ad altare. Proinde ne respicias ad consedium, neq; ad magnitudinem iniuriarum, quas intulit ille, sed ad deum, illiusq; timore in animum immisso, illud expede, quod quo maiore vim admoueris animo tuo, post innumera mala cogens illum redire in gratiam cum eo qui molestiam intulit, canticus præmium feres a deo, qui haec præcepit. Et quemadmodum hic deum excipis multo cum honore, sic & ipse te illic multa eum gloria excipiet, redetq; tibi miliecuplam istius obedientiæ mercede: quia nobis omnibus aslequi contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN IV.  
Centinum & Maximum martyres, sermo, docto  
quodam interprete.

**H**ec beatus Babylas cum tribus pueris nos hic congregabat, hodie vero per sanctorum milium, in acie exercitu Christi ostendit. Heri quadriga martyrum, hodie biga se ostendit. Impar eorum est ætas, sed par fides. Varias certamina, sed eadem fortitudo. Illi tempore superiores, isti recentiores. Et quum tantus thesaurus sit ecclesiæ, nouas & veteres habentis marginatas:

## 204 DIVI IOANNIS CHRYSOST.

tas: sed vna omnium est gratia. Eorum flos neque  
languescit, neq; defluit tempore. Nescit vetustatis  
rubiginem splendoris istius natura. Temporis ac-  
cessione, opes quæ ad corpora spectant, facile ince-  
reunt, vestimenta absumuntur, domus destruuntur,  
& aurum rubigine consumitur: & in summa, om-  
nium sensibilium facultatum natura tempore tan-  
dem aboletur & intercidit. At non sic se res habet  
in spiritualibus thesauris, de martyribus, inquam,  
qui semper in eodem manent vigore, semper in eo-  
dem iuuentutis flore sunt, semper suæ gloria fulgo-  
rem emittunt & radios. Quod scientes non aliter  
priscos, aliter recentiores colitis sanctos, sed eadem  
alacritate omnes. Non enim exploratis tempus, sed  
exquiritis animi fortitudinem, fidem, zelum feru-  
dum, & eas virtutes, quas præ se ferunt sancti, ob  
quorum honorem hodie conuenimus. Hi enim tan-  
to amore dei flagrabant, vt etiam extra persecutio-  
nis tempus, martyrii corona redimiri fuerint, absq;  
pugna triumphum retulerint, absq; prælio victoria  
poti sint, absq; theatri certamine brautum rapue-  
rint. Et quomodo hoc? Ego dicam: sed ferte me rem  
paulò altius enarrantem. Erat rex etiam nostro ~~tempore~~  
omnes qui se præcesserunt, impietate vincens, de  
quo & heri à nie dictum. Qui, cum videret res no-  
stras martyrum morte clariores fieri, & ea causa no-  
solum viros, sed & teneros pueros, virginesq; non  
dum nubiles: & in summa, ex omni sexu & ætate  
quosdam pro religione ad mortem profilire, crucia-  
batur & dolebat. Cæterum mouere bellum manu-  
festè solebat. Omnes enim, dicebat, ad martyrium,  
quasi ad aluearium apes volabunt. Hæc autem non  
à semetipso habebat, sed à progenitoribus suis dñi  
cerat. Etenim & illi, ytpote tyranni ecclesiam inse-  
starunt, & populi quoq; in nos insurrexerunt, quum  
adhuc parua religionis scintilla esset: eam tamen  
non expugnarunt, neq; confrengerunt, sed ipsi potius  
confracti sunt. Augebatur quotidie scintilla hac,  
ferebaturq; in sublime, & omne vndiq; orbeni inua-  
debat.

## IN IV. ET MAX. MAR. SER. 205

debat. Cum occiderentur, adureretur, suspenderen-  
tur, præcipitarentur, bestiis obicerentur fideles: car-  
bones sicut lutum calcabant, mare & fluctus sicut  
pratum intuebantur, ad gladium sicut ad diadema  
& coronam currebant: omniaq; tormentorum gene-  
ra ita contemnebant, vt ea non solum generose &  
fortiter ferrent, sed & alacriter & volupe. Enime-  
ro sicut plantæ rigate magis crescunt, ita & fides no-  
stra oppugnata magis floret: & seditione agitata,  
incrementa maiora sumit. Neque horti aquis irriga-  
ti ita germinant & fecundi sunt, vt ecclesiæ, si mar-  
trum irrigentur sanguine. Hæc omnia atque plura  
cum rex ille sciret, meticulosior erat, quam vt mani-  
festè cum nostris configeret. Nō, inquit, triumphos  
& victorias, & coronas mutuo parabimus. Sed  
quid facit? Vide oro malignitatem. Medicos & mi-  
litares, & oratores omnes, vel a professiobus suis di-  
scedere, vel fidem suam abiurare iubet. Excitauitq;  
in hunc modum contra nostros bellum tela eminus-  
mitens, vt si à fide desisteret, ridicule vincerentur,  
ytpote qui fidem opibus non præferrent: sin gene-  
rose perseverarent, & vincerent, neq; sic egregia fo-  
ret victoria, neque insignis triumphus. Nihil enim  
magnum, artem vel professionem pro pietate con-  
temnere. Neque is sauitæ eius finis erat. Nam ob  
haec, si quis superioribus annis, cum adhuc pii reges  
rerum potirentur, vel altaria demolitus fuisset, vel  
templa suffodiisset, vel oblationes diripuisset, vel  
aliquid tale quiddam egisset, rapiebatur ad tribunal,  
& occidebatur, etiam insons, & duntaxat delatus.  
Fingebat quoq; & alias varias causas, ita vt pie vi-  
uentium nemo non lugeret. Agebat autem hæc, vt  
obscuraretur, contemptaque esset martyrii corona, &  
nihilominus cades & strages fierent. Nihil tamen  
arte hac proficiebat. Nam qui ita affligebantur, non  
ad illius calculum & malignitatem spectabant, sed  
ad incorruptum iudicem, a quo & celestem coro-  
nam accepturos sese confidebant. Interea cum hæc  
ita se habeant, & bellum quidem rex parturiret  
aduer-

aduersus nostros, cessaret autem, veritus ne vinceretur: accidit ut milites quoddam conusuum habarent, in quo & martyres, quos hodie colimus, erant. Cæterum, ut conuiuorum mos est, cum variis sermones hinc inde dicerentur, aliisq; alia tractarent, martyres nostri mala sui seculi inter se deplorabant, longe felicia fuisse superiora assertentes, dicebantq; & inter se, & ad sodales: Quem iuuaret vltra viuere, vel spirare, vel solem intueri, sacris legibus ita conculcatis, pietate ita violata, creaturarum omnium domino ita contempto? Omnia nidoire plena sunt & fumo, omnia sacrificiis immundis referta. Proh, neq; purum aerem spirare possumus. Dicta hæc ne perfunctorie transeas, sed considera quando ea locuti sunt, & quanta pietate. Nam si in militari symposio, vbi regnat ebrietas & intemperantia, vbi certatur de prodigalitate, vbi agon est stuporis & insipientiae, sic ingemiscebant & lugebant: quales erant domi cum soli inter se agerent? Quales erant in prescribus & ieuniis, qui deliciarum tempore, tam humiliati, & tam apostolica præse ferebant pectora? Gaudebant alii, hi vero lugebant: imp̄i agebant alii, hi vero zelo vrebantur. Sane ipsi ob fratum valetudinem suam sanitatem non sentiebant. Sic dolabant & lachrymabantur in malis quæ runc habent, quasi vniuerso mundo tutores dati essent. Nique clandestinum fuit talia eos dixisse. Nam ex sodahbus & conuiuis adulator & irrisor quidam, obsequium regi facturus, omnia ut dicta erant, denuit. Rex accepta occasione iam diu quæsita, cautus est ex verbis illis affectatam tyrannidem, ut martyrii corona priuaret, & iussit confiscatis facultatibus eorum omnibus, nudos eos in carcerem consici. Illi autem gaudebant & exultabant, dicentes: Quid nobis diuitiis, preciosaq; veste opus? Si & indutum intimum, nempe caro, propter Christum exuendum est, non oblictabitur, sed sponte concedimus. Et ocyus dicto scripti sunt libelli indices, confiscataq; omnia. Porro ut homines in patram migrav-

migraturi, substantiam omnem in pecuniam commutatam præmittunt; ita & illis accidit. Quoniam enim in cœlos transiunt, inimicis ipsis negotium agentibus, & in hoc ministrantibus, opes suas ante se miserunt. Non enim illæ tantum opes, quas eleemosynæ nomine dispendimus, transferuntur in cœlum, sed etiam qualcunque nobis hostes fidei priuati persecutores rapiunt, alibi thesauri erunt. Est enim hoc non minus quam illud. De hoc audi quid Paulus dicit: Et rapinam, inquit, facultatum vestrum cum gaudio tulistis, scientes vos habere meliorum substantiam, & manentem in cœlis. Ut autem ingressi sunt in carcerem, confluxit ad eos omnis civitas, rametsi multis terroribus, minis, & periculis interdictum erat, ne quis vel eos accederet, vel eis loqueretur, vel quoquis modo communicaret. At qui timor dei efficiebat ut non curarentur ea principiis mandata. Vnde multi ob consuetudinem quæcum martyribus habebant, facti sunt & ipsi martyres. Multi enim contempta præsenti vita, frequenter eos visitando, sacras apud eos Vigilias cotinuus psalmis perficiebant. Erant familiaritates illæ spirituualis eruditioris atque cōsolationis plenæ. Et clausa quidem tunc est ecclesia, carcer autem ecclesia factus est. Neque hi solum qui eos visabant, sed & qui invitus cum eis tenebantur, meram sapientiam et virtutem à patientia & fide eorum disceabant. Rex, ut hec audiuit, valde stomachatus est, cupiens tandem eos supplantare, & ab alacritate sua destituere, auatos quosdam homines, & impostores subornauit, qui si quando priuatum colloquium sese offerret, eos accederent: non ut à rege misli, sed quali simili compunctione & proprio consilio id agerent, & adhortarentur ut à religione desistant, & ad impietatem transeat. Dicebant enim: Sic non solum imminens periculum effugietis, sed maiorem dignitatem honestati, maiorem quoque principiū tuam adepturi esis, regis ira feliciter placata.

Nonne

Nōnne vidistis & alios vestri ordinis id ipsum fer  
cisse? Quibus illi responderunt: Atqui nos hac ponit  
sum ratione viriliter stabimus, et pro illorum rul  
na nosmetipos in sacrificia offeremus. Benignus el  
misericors nobis dominus est. Solet etiā vñico acce  
**Dan.3.** pto sacrificio toti orbi conciliari. At sicut olim tres  
pueri dixerunt: Non est in tempore hoc princeps &  
propheta, & dux, neq; sacrificium, neque incensum,  
neq; holocaustum, neque locus primitiarum coram  
te, vt possimus inuenire misericordiam, sed in ani  
mo cōtrito, & spiritu humilitatis suscipiamur: quae  
si in holocaustis arietum & taurorum, & sicut in  
millibus agnorum pinguium. Ita & illi videntes al  
taria subuersa, clausas ecclesias, sacerdotes fugatoz,  
fideles omnes in exilium actos, studebat vt pro om  
nibus offerrentur domino, relictisq; militaribus li  
gnis, angelicis feso choris adiungerent. Quocirca &  
dicebant: Quid? etiam si nunc non morimur, mori  
endum tamen omnino est non multo posthac. Sa  
tius igitur fuerit mori pro rege angeloru, quam pro  
rege tam impio. Hic etsi moriajur quis pro rege, nō  
hui accepit a rege, sua dignum fortitudine. Et quid  
posset defuncto prestare, si vel maxime vellet? An  
qui eis sepenumero ne sepultura quidem continxer  
& non raro a canibus deuorantur. Quod si pro rege  
angelorum mortui fuerimus, certi sumus nos acce  
pturos corpus multo glorioius, maiori gloria con  
spicui erimus, longe maiora nobis erunt laborum  
præmia. Proinde arripiamus arma spiritualia: non  
opus iaculis & sagittis, sufficit pro omnibus lini  
gua. Sunt enim & sanctornm ora pharetræ, è quibus  
diabolico capiti cotinui & crebri iētus inferuentur.  
Nunciata sunt & hæc atque similiaregi, qui nec sic  
destitut, sed illecebharum escis iterum atque iterum  
illos tentauit. Ita autem mandauit, quod si cederent  
viēti, sub omnium oculos producerentur: **sin** fortes  
perseuerarent, vti perduellionis rei educerentur, &  
occiderentur, neque vlla Christianæ professionis  
ob quam tenebantur, mentio fieret. At qui reuelat  
pro

profunda & abdita, non permisit vt machinationes  
ille occultæ manerent, & ignotæ insidiae. Nam quæ, **Gen.39.**  
admodum olim mulier Agyptia Iosephum in lecto  
comprehendens, licet speraret factum suum clam fo  
re omnibus hominib; non fuit tamen occulta, vel  
oculo illi soporis nescio, vel posteritati: quippe quod  
ab ipso arbitrio illa Iosepho dixit, id nunc toto vbiique  
mundo canitur: Ita & ea quæ per subornatos illos  
confiliarios dolosus rex agebat, sperans occulta fo  
re, ne quaquam manserunt occulta. Didicerunt enim  
posteri omnes & insidias dolosas, & triumphantissi  
victorias. Deniq; cum multo tempore exacto alaci  
tatem eorum non solum nō frangeret multitudi dī  
cū, sed potius studium & ardorem excitaret, emu  
latoresq; multos faceret, iussit tandem media nocte  
in barathrum eos abduci. Ducebantur itaq; in den  
fas tenebras luminaria, & decollabantur. Cæterum  
capita detruncata tunc diabolo magis terribilia erat  
q; quoniam adhuc vocem darent: Sicut & caput Ioannis **Mat.18**  
non tantum terrebatur, cum loqueretur, quantum cum  
in disco mutum afferretur. Habet enim & sanctoru  
sanguis suam vocem, quæ non per aures auditur, sed  
occidentium conscientiam inuadit & perstringit.  
Post beatam autem illam cædem, quidam etiam cu  
salutis periculo, athletas illos optimos rapuerunt, etiā  
ipsi viui martyres, vt illorum reliquias curarent de  
center. Nam quoniam non occidebantur, optabant ta  
men mori potius, quam vt corpora illa relinqueret  
inhumata, ita ad venationem eorum festinabant. Di  
cunt qui tunc affuere, & quibus corpora illa recens  
occisa videre datum fuit, quod iacentibus simul illis  
in sepulchro, talis quedam ex eoru oculis & vultu  
gratia resplenderit, qualis in Stephano Iudæis re  
sponsuro fuisse Lucas dicit. Neq; vilius est, qui non  
pro quodam horrore illis adstiterit, adeo aspectus ille  
afficiebat omnes. Quin & omnes clamabant in lau  
dem eoru, id quod à Davide dictum: In vita sua non  
sunt separati, et in morte nō sunt diuisi. Pariter enim  
confessi sunt, pariter carcere inhabitarunt, pariter in  
bara

**Act. 5.****2. Reg. 2**

( O barā

barathrū abducti sunt, pariter capite mulctati sunt.  
Et unus vtriusq; corpora tumulus tenet. Et unum  
quoque tabernaculum in cœlis eos excipiet, quando  
in maiorem peruenturi sunt gloriam, nempe ieu-  
mucandi. Illos non indignum fuerit, & columnas, &  
scopulos, & turres, & candelabra, & tauros sumit  
appellare. Nam ecclesiam sicut columnæ sustinent,  
sicut tress muniunt: & sicut scopuli omnes vnde  
rum assultus repulerunt, multam interim ipsi seruan-  
tes tranquillitatem, sicut luminaria tenebras impietatis  
discusserunt: & sicut tauri, anima promptitus  
dineq; eadem, suave Christi iugum traxere. Idcirco  
sepe eos inuisamus, tumulos adornemus, magnis  
fide reliquias eorum contingamus, vt inde benedi-  
ctionem aliquam assequamur. Etenim sicut milites  
vulnera quæ in præliis sibi inficta regi monstran-  
tes, fidenter loquuntur: ita & illi in manibus absen-  
cta capita gestantes, & in medium afferentes, quæ  
cunque voluerint apud regem cœlorum impetrare  
possunt. Proinde magna fide, promptitudineq; huc  
veniamus, quod & visis sanctorum monumentis, &  
consideratis eorum præmiis, inde varios thesauros  
vndiquaque colligamus: & per præsentem vitam  
ita iuxta voluntatem dei transeat, vt in portu  
æternitatis cum multis mercibus ingrediamur.  
fructuri regno cœlorum in Christo Iesu

Domino nostro, cui sit gloria  
in secula. Amen.

D.JOAN

# D.Ioannis Chry-

## SOSTOMI ARCHIEPI-

SCOPI CONSTANTINOPOLITA-  
ni, de landibus dui Pauli Apostoli  
HOMILIA PRIMA.



Ihil prorsus errauerit, qui pratum insigne quoddam virtutum, & paradisum spiritualem Pauli animū nuncupauerit: tam mira enim gratia floruit, tamq; huic gratiæ cōgruente virtuē perspicione resplenduit. quoniam enim vas electionis effectus est, & bene seipsum emendare curauit, largissime in eum sancti spiritus munus effusum est. Vnde & mirabiles nobis fluuios genuit, non secundum paradisi fontes quatuor tantum, sed multo etiam ampliores & quotidie fluentes: nec terram rigantes, sed animas hominum ad producendū virtutum germina suscitantes. Quis ergo ad explicādā virtutum germina sensus, quis ad explicādā istius merita sermo sufficiet? Quæ autem lingua laudibus eius inuenientur æqualis, cum omnia quæ sunt in hominibus bona, vna anima possideat, & ea cuncta plene atq; cumulate, quæ non solum hominum sunt: sed, quod amplius est, angelorum? Nequaquam ergo possumus eis explicare præconia, nec tamen idcirco reticebimus, quin potius pauca dicemus. Est enim hoc maximum laudis genus, cum orationis copia nobis exuperat & magnitudo laudat: sicut viciſſe. In nobis est multo glorioſius, quam ſepe viciſſe. Vnde igitur opportunius laudum eius sumemus exordium? Vnde, inquam, incipiemus aliunde, nisi ab hoc ipso primum, vt ostendamus eum bona omnium possidentem? Siue enim prophete posse aliquid in ſe ostenderint, magisq; mirabile,

O 2 Ilue

## 212 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

sive patriarchæ, sive justi, sive apostoli, sive martyres: hæc omnia simul colligens Paulus habet cum tanto cumulo, cum quanto nullus eorum, bonum,

**Gen.4.** quo excellebat, impleuit. Hoc itaq; diligentius intuere. Abel obtulit sacrificium, & inde laudatur: sed si Pauli hostiam adducamus in medium, q; cœlum à terra superior apparebit. Quam ergo vultis vt me morem? Nō enim vna tantum est: siquidem semel ipsum per dies singulos immolabat: quā ramen tunc hostiam dupliciter offerebat, cum quotidie moriens, tum corpore suo mortificationem sine intermissione circumferens. Nam & ad pericula iugiter parabatur, consumans voluntate martyrium, et naturā in se mortificando carnis, nihilo minus quam immolatæ hostiæ deo munus implebat, inīd etiam multo amplius. Nō enim oves offerebat, aut boues, sed semetipsum per dies singulos dupliciter, vt diximus, immolabat: propter quod confitendo dicebat, Ego enim iam immolor: sanguinem vtique sum immolationem vocans. Neq; vero his tantum sacrificiis contentus fuit, sed quia se ipsum consecraverat deo, etiam orbem vniuersum studuit offerre: qui terram videlicet, ac mare, Gr̄ciam, simulq; Barbariem, omnemq; prorsus, quāta est sub cœlo, regionem, quasi volitans circumuiuit, nō simplici labore, veluti in vacuum itinera percurrens: sed peccatorū spinas pariter euellens, & verbum seminans vbiq; pieratis, fugans errores, veritatem reducens, ex minibus angelos faciens: quinimo ipsos homines quasi ex demonibus in angelos prouehens. Propter quod iam hinc post sudores plurimos, ac tropica innumerabilia transiturus, pro discipulorum consolatione dicebat: Sed et si immolor super sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis: propter quod & vos gaudeo, & congratulamini mihi. Quidnam igitur huic hostiæ reperitur æquale, quam Paulus sancti spiritus custro immolauit, quamq; in illo altari obtulit, quod suum pra cœlos locatum est? Sed Abel dolo germani per-

**Philip.2**

etiam dicebat: Sed et si immolor super sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis: propter quod & vos gaudeo, & congratulamini mihi. Quidnam igitur huic hostiæ reperitur æquale, quam Paulus sancti spiritus custro immolauit, quamq; in illo altari obtulit, quod suum pra cœlos locatum est? Sed Abel dolo germani per-

## HOMILIA PRIMA.

213

cussus occubuit: atque hinc effectus est clarior. Ut ergo innumeratas tibi ostendam mortes, tot vtique quot etiam dies beatus iste in prædicatione vixit: si vero eam quoq; vis nosse mortem, quæ nouissime etiam rebus impleta est: Abel quidem à fratre vt nibij a se laeso, ita nullis affecto beneficiis interceptus est: Paulus vero ab eis interfactus est, quos innumeris malis cupiebat eripere, et propter quos sustinuit vniuersa qua passus est. Sed Noë iustus in genera<sup>Gen.6.</sup> tione sua, atque perfectus, & solus erat talis in cunctis: & Paulus solus inter omnes talis inuentus. Et ille quidem tantummodo legitur se seruasse cum liberis: hic autem multo saeuore mundi inundante diluvio, non arcam coaptando compagibus tabula rum, sed epistolam componendo: non diuos vel tres, aut quinq; cognatos, sed vniuersum prorsus orbem mergi periclitantem ex mediis fluctibus liberauit. Nec vero hæc erat talis arca, vt uno circunferretur loco, quæ vtique orbis terrarum terminos comprehendit. Nam vsq; nunc omnes in hanc arcam Paulus inducit, quam certe capacem saluandæ multitudo diuis preparauit, quæ suscipiens irrationalibus pene animalibus stultiores, imitatores effecit angelorum. Et hinc quoq; illam vicit arcam, quia illa quidem cōrūm recipiens, corūm rursus emisit: & includens lupum, feritatem eius mutare non potuit: hec vero accipitres miluosq; suscipiēs fecit columbas, & excludens omnem irrationalitatem atq; fero citatem, mansuetudinem spiritus introduxit: manegi hodie hæc arca nauigans, nec tamen aliquando dissoluitur, nec valet tabulas eius vlla malitia laxare tempestas: quin potius ipsa tempestatis motus nauigando compescit, quod satis consequenter efficitur. Non enim bitumine aut pice, sed sancto spiritu eius tabulæ sunt perunctæ. Sed Abraham miratur omnes: Qui cum audisset, Abraham exire de terra tua & de cognitione tua: & domos relisperit, & patriam, & amicos, & cognatos, quorum omnium iacturam solo diuini præcepti amore penitentia fabat:

**Gen.12.**

O 3 fabat:

## 214 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

sabat:nam & nos eum propterea miramur.Sed quis Paulo possit æquari? qui non modo patriam,cognatos,ac domum,led seipsum quoque ac mundum reliquit:imò etiam cœlum,& cœlum cœli,& hęc omnia Christum suscipiendo despexit: vnum pro cunctis & solum , id est Christi charitatem requirens,

*Rom.8.* neque præsentia inquit, neque futura, neque altius do,neque profundum,neq; alia creatura poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Sed Abraham seipsum in periculum tradens hostibus,filium fratris eripuit:at Paulus nō fratris filium, neque tres aut quinque vrbes,sed orbem vniuersum de diaboli extorxit manu,innumerabilia per dies singulos pericula sustinendo, propriisq; mortibus maximam securitatem aliis comparando. Caput bonorum,eiusq; culmen philosophiæ est,quod filium voluit immolare: hic quoque inueniemus Paulum primatum tenente, qui non filium,sed semetipsum,vt dixi,millies immolauit. In Isaac quidem aliquis admiratur, & quidem pietra, sed præcipue patientiam : quoniam puteos fodens, & de propriis exagitatus laboribus, resistebat minime: sed factos à se puteos obrui patiebat, que ad alium semper migrabat locum. Neque collecta seruori manu in aduersarios irruerat, sed propria possessione vbiq; cedebat,quoadusq; iniquisitam illorum exploreret cupiditatem. At Paulus non puteos cernēs lapidibus obrutos, sed proprium corpus, non solum sicut ille cedebat, sed etiam à quibus lapidabatur,in cœlum studebat euehere. Quanto enim amplius obruebatur fons iste,ranto erubebat magis, ac plures ex se fluuios effundendo manabat. De longanimitate ac patientia huius filii Jacob admiratur scriptura . Et quānam illa est adamentina prorsus anima, quæ Pauli patientiam possit imitari? Neque enim bis septem annorum, sed totius vitæ seruitum pro sponsa pertulit Christus, non adustus solum æstu diei,& noctis gelu,sed tentationes mille perpetiens. Et nunc quidem verberibus

## HOMILIA PRIMA.

215

hibus , nunc vero lapidibus cœsus atque collitus,& nunc quidem cum bestiis , modo autem fluctibus pugnans, modo etiam nimis atque continua relata fami,diebus atque noctibus, & inter certamna vbiique resiliens , captas oues ex diaboli fauci bus extrahebat. Sed & Ioseph pudicitiae virtute decoratus est: at ego vereor ne iam ridiculum sit hic Paulum velle laudare,qui semetipsum mundo crucifigens, non solum humanorum corporum pulsitudines,sed etiam omnia, quæ videntur nobis clara acque decora, ita cernebat , quemadmodum nos fauillam cineremq; despiciamus, qui quasi mortuus prorsus ad mortuum immobilis permanebat. Itaque cum tanta animi cura comprimeret incentiua vitorum, & naturæ: nihil humanum ab aliquo aliquando perperclus est. Stupent certe Job omnes homines, & valde vtique conuenienter. Est enim ille athleta mirabilis: & qui Paulum ipsum velut ex aduerso possit aspicere, ob patientiam puritatemque vitæ, ob testimonium dei , propter illam cum diabolo fortissimam pugnam, propter victoriamque pugnam secura est: at Paulus non mensibus tantum,led annis plurimis in agone perdurans,tam clarus emicuit, non terræ gleba saniem carnis erdens , sed in ipsius intelligibilis os leonis frequentier incurrens , & pugnans aduersus tentationes innumeratas, omni erat lapide tolerantior: qui non a tribus aut quatuor amicis, sed a cunctis infidelibus, a falsis etiam fratribus opprobrijs sustinebat, consputatus ab omnibus, atque maledictus. Sed illius erat magna hospitalitas , & cura pauperum,nec nos quidem istud negamus: sed Pauli carni liberalitate inferiorem docemus , & tanto inferiorem , quanto anima est corpus inferius. Quam enim ille curam impendebat carne debili bus,hanc iste animabus morbidis exhibebat, nunc mentes sensibus claudicanee dirigendo in rectitudineris incessum , nunc nuditates deformes stola

O 4

cœles

cœlestis philosophia vestiendo. In corporalibus quoque beneficiis tanto ille superabat, quanto est amplius in faine & nuditate viuentem indigentibus ferre præsidium, quam idipsum de diuitiarum affluentia ministrare. Nam illius quidem omni advenienti aperiebat domus: huius vero anima vniuerso patebat orbì, ac fidelium populos benignitatem recipiebat hospitio, dicens: Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris. Et ille quidem cum oves & boues haberet innumeratas, erat in pauperes liberalis: hic vero nihil amplius corpore suo possidens, in hoc ipso sufficienter indigentibus administrabat: quod alicubi ipse commemorans. Necessitatibus, inquit, meis, & his qui mecum erant, ministraverunt manus istæ. Corporis enim sui operam velut ex quadam posse fuisse fructus cœsirientibus deputabat. Sed vermes videlicet, atque vulnera, saeuos atque intolerabiles sancto Job infrebant dolores, & ego fateor: sed per tam multos annos Pauli verbera, & cum igitur fame etiam nuditatem, catenas, carcere, insidias, periculaq; consideres, quæ à domesticis, ab extraneis, a toto postremo patiebatur orbe: addas huc etiam his profecto amariora, id est pro eis qui labantur, dolores, solitudinem: quam pro ecclesiis vocationem, quam pro scandalizatis singulis perferrebat: videbis quam erit omni saxo durior anima ista perpetiens, & ferrum atque adamantem superans. Quæ enim Job corpore, hec Paulus mente sustinuit, quem omni verme molestior de singulis quibusque labentibus incœstia consumebat. Vnde & iuges lachrymarum ex eo fontes non diebus solum, sed etiam noctibus effluebant, omnique muliere parturiente vehementius affligebatur in singulis propter quod etiam dicebat: Filioli mei, quos iterum parturio, &c. Quem vero iam quisquam post Job putet esse mirabilem? Mosen profecto, sed hunc etiam Paulus sat sibi eminenti virtute transcedit, cuius quidem sunt multa alia præclaræ. Sed

1. Cor. 6.

Act. 20

Sed caput illius sanctæ animæ atq; fastigiū est: quoniam pro Iudeorum salute deleri elegit ex libro visitæ sed Moses cū cæteris optauit perire, Paulus pro ceteris. Non enim cum pereuntibus perire voluit, sed ut saluarentur alij, ipse de gloriæ æternitate desiderare. Et ille quidem Pharaoni, hic autem diabolo quotidie repugnabat. Et ille pro una gente, iste vero pro vniuerso orbe certauit, nō sudore, sed sanguine, & lesum Nauem, & Samuelem, & alios prophetas in comparisonem vocare: sed ne sermonem faciam longiorum, ad ipsa eorum capita condescendam. Cum enim istis excellentior apparuerit, nulla prorsus de alijs ambiguitas relinquetur. Quoniam ergo eminentiores videntur, quis post hos alius, nisi Dauid, & Helias, & Joannes, quorum unus prioris, alter secundum est precursor aduentus? propter quod etiam nominis communione coniuncti sunt. Quid igitur in David præcipuum reperitur? proculdubio hospitalitas, atque erga deum feruens amior. Et quis amplius, immo quis ita, ut anima Pauli, haec utramque compleuit? Admirandum autem in Helia ego minime resor, quia cœlum clausit, quia induxit famam, quia igne de celo sermone compluit; sed quia zelauit pro deo, et in hoc mentis affectu ipso igne vehementior. Sed si Pauli zelum diligenter inspicias, tanto eum inuenies celsorem, quanto ille prophetis cæteris eminenter. Quid enim verbis illis reperiatur aequaliter, qui gloriam domini zelando dicebat: Quoniam optabam ego anathema esse pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem? Propterea è cœlis sibi propositis premiis & coronis, tardauit atq; distulit, dicens: Permanere autem in carne, necessarium est propter vos. Propterea non solum istam quæ cernitur, sed etiam quoque quæ intelligitur creaturam, ne quaquam sufficere sibi credidit, ad ostendendum zelum Rom. 8.

Philip. 1.

O s &amp; cha

& charitatem, qua ardebat in Christum: sed etiam aliam, quæ non est, sermone formauit, ut quod tota voluntate cupiebat, exprimeret. Sed Ioannes in cibum locustas & mel sylvestre sumebat: at Paulus ita in mundi strepitu, quemadmodum ille in eremita quiete versatus est: non quidem pastus locustis, aut melle sylvestri, sed multo his viictu viliore concensus, ac ne necessario quide indulges cibo, pre seruore & studio prædicandi. Veritillus aduersus Herode apparuit magna constantia, at iste non vntu, aut duos, aut tres, sed innumeros in simili positos potestas te corripuit, immo longe illa saeuores tyrannos. Restat ut Paulum iam angelis comparemus. Ideoq[ue] re linquentes terram, ad celorum fastigia transeamus. Sed nullus sermonis nostri accuser audaciam. Si enim Ioannem & sacerdotes dei scriptura angelos nominauit: quid mirum, si præstantiorum omnibus Paulum illis virtutibus conferamus? Quid ergo in angelis magnificentem prædicamus? profecto quia cum omni cura obediunt deo. Quod David quoque admirando dicebat: Potentes virtute, facientes verbum illius, & cetera. Huic enim bono æquale est nihil. Prorsus etiam sint millies incorporei: hoc est enim quod maxime præstat eos beatos, quia obediunt præceptis dei, quia eum in nullo aliquando contemnunt. Hoc igitur & in Paulo plane animaduerti possest, cum omni diligentia & cautione seruatum. Non autem solum sermonem eius implevit, verum etiam præcepta, super quæ præcepta hoc quippe declarans ait: Quæ est ergo merces mea, ut euangelium predicans, sine sumptu ponam euangelium dei? Quid vero aliud in angelis propheta miratur? Qui facit, inquit, angelos suos spiritus, & ministros suos ignem videntem. Sed hoc etiam in Paulo postulum inuenire, qui velut ignis, ac spiritus totum terrarum percurrendop[er] purgauit. Sed nec dum celum iste sortitus est, & hoc omnino mirabile: quia talis versabatur in terris, & mortalii adhuc carne circundatus, cum incorporalium potestatum vir-

**2. Cor. 9.**

te certabat. Quanta ergo sumus condemnatione digni, cum uno homine bona omnia in se congregante, ne minimam quidem eorum partem studemus imitaris? Hæc assidue mente volentes, & nos ipsos inculpabiles præbeamus, & ad illius zelum studeamus accedere, ut ad eadem bona peruenire mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

## HOMILIA SECUNDA.

**Q**uid sit homo, & quanta natura nostræ nobilitas, quantæq[ue] capax virtutis, hoc vel præcipue ex omnibus Paulus ostendit, qui nunc stetit aduersus criminationes humanæ creaturae, clarissima pro deo voce respondens, cohortans ad studia virtutis, & impudentissima blasphemationum ora cocludens: docens quoque q[uod] inter angelos hominesq[ue] non grande sit medium, si tamen nosipos diligenter excolamus. Non enim aliam ille est fortitudo naturam, nec dissimilem nactus animam, ne que alterum habitans mundum, sed in eadem terra, eademq[ue] regione, sub eisdem etiam legibus nutritus & moribus, cunctos qui nunc sunt homines vel fuerint, altius virtute transcendit. Vbi igitur illi nunc sunt, qui virtus in proclivi, virtutem in arduo collocauerunt? Hic enim palam illis repugnat, dices: Quod enim in presenti momentaneum est & leue tribulationis nostra supra modum in sublimitate æternum in nobis gloriæ pondus operatur. Si autem huius tribulationes inueniuntur leues, quanto magis haec sunt in nobis voluptates! Neque vero hoc solum in illo mirabile est, quod præ abundantia deuotionis quodammodo non sensit dolores pro virtute suscepitos: sed etiam quod virtutem ipsam pro mercede pensauit. Nam nos equidem pro ea nec mercede proposita certamus, quam ille complectes etiam sine præmio diligebat, cuncta illa quæ asperitate sui videntur impedire virtutem, cum omni magnanimitate perpetiens: qui neque infirmitatem corporis,

**2. Cor. 4.**

## 220 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

corporis, neque multitudines circumstantium vnde negotiorum, neque tyrannidem naturæ, neq; quicq; aliud omnia causatus est, cum vtique maior illi cunctis & militiæ principibus, & regibus terræ eset cura commissa. Sed quotidie celsior, quotidie a surgebat ardenter, & intentis sibi periculis noua semper alacritate pugnabat, isq; significans dicebat

**Philip. 3.** Eorum quæ retro obliuiscens, in ea vero quæ priora sunt extendens me: qui cum sibi iam mortem imminentem videret, ad communionem delectatio nemq; gaudijs alios prouocabat, dicens: Gaudete & congratulamini mihi: ac periculis, iniuriis, opprobriisq; propositis, rursus exultat, & Corinthiis scribens, ait: Placeo mihi in periculis & in infirmitatibus meis. Cum vtique hæc ipsa esse diceret arma iustitiae, ostendens hinc sibi fructum maximum prouuire. Itaq; cum inter medias inimicorum verfaretur insidias, ouans tamen de omni eorum referebat in pugnatione victorias, & vbique cæsus verberibus, affectus iniuriis atque maledictis, quasi triumphales pompas ageret, crebra trophya strueret, orabat, gratiasq; referebat Deo, dicens: Deo autem gratias, qui semper triumphat nos. Itaque ad confusionem & iniurias, quas ob prædicandi studium sustinebat, magis quam ad bonorum oblectamenta properbat, mortem potius, quam vitam appetens: paupertatem, quam opulentiam: & multo amplius labore desiderans, quam alij requiem post laborem: ac mortorem magis eligens, quam alij voluptatem: studiosius pro inimicis oras, quam alij aduersus inimicos. Conuertit enim orbem terrarum: imo nos cum vere peruerimus. Ab illo autem sic custoditus est, quem admodum a deo fuerat institutus. Illa enim omnia quæ appetebantur a Paulo, naturæ congrua: hæc vero quæ idem ille fugiebat, contraria iudicantur. Vnde istud probari potest: Homo enim cum esset Paulus, ad illa tamen magis quam ad ista currebat. Vnu enim illi formidandum erat, atque metuendum: ob fensa nimiri Dei, nec quicqua aliud omnino. Ergo ncc

## HOMILIA SECUNDA.

221

hec desiderabile illi aliud erat, nisi placere semper deo. Non dico quia nihil præsentium desiderabat, sed nec ipsorum aliquid futurorum. Nou enim mihi di cas vrbes & gentes, exercitus, prouincias, potestates: hæc enim ille, quasi harenam, vilia reputauit, sed ea ipsa pene, quæ promittuntur in celis, & tunc eius ardenter in Christo amorem videbis. Hic siquidè præ illius dulcedine, non angelorum, non archange lotum admiratus est dignitatem: nec quicquam hominum simile concupiuit. Quod enim erat maius omnibus, Christi amore fruebatur, cum hoc beatioremen te cunctis putabat, sine hoc autem neque dominatus, neque principatum socius esse cupiebat: sed cum hac dilectione magis esse extremus optabat, immo etiam ex numero punitorum, quam sine hac intersummos, & honore sublimes. Hoc enim erat illi maximum & singulare tormentum, ab hac charitate discedere: hæc illi erat gehenna, hæc sola poena, hæc infinita & intoleranda supplicia. Sicut etiam perfrui charitate Christi, hoc illi vita, hoc mundus, hoc angelus: hoc præsentia, hoc futura, hoc regnum, hoc promissio, hoc bona videbantur innumera: præter hæc vero nihil in tristium parte ponebat. Horum enim quæ hic habentur, nihil alperum, nihil etiam suave reputabat. Sic despiciebat vniuersa quæ cernimus, ut solet herba iam putrefacta contemni. Tyrannos vero ipsos, ac populos spirantes furorem, velut esse quosdam culices existimabat. Mortem verò, & cruentus & mille supplicia, quasi ludum putabat esse puerorum, dummodo propter Christum aliquid suscineret. Tunc enim tunc & amplectebatur libeter, & decorabatur vincitus catena magis, quam diademate coronatus. Etenim coarctatus carcere, habitabat celum, ac libentius verbena excipiebat & vulnera, quam alij brauia diripiunt: & dolores non minus quam præmia diligebat, cum ipsos vtique dolores loco duceret præmiorum: propterea enim illos & gratiæ nominabat. Quem sensum diligenter attēper,

permanere autem in carne, certamen: sed tamen propter Christi desiderium præmia differebat cupiditate certaminis, id est magis necessarium esse ducebat. E regione vero anathema a Christo fieri optabat. Certamen hoc erat & dolor, magis autem & supra certamen, superquam omnem dolorem. At vero esse cum Christo erat præmium singulare. Paulus tamen propter Christum illud maluit, quam istud eligere. Sed profecto dicat hic alius: quoniam haec omnia propter Christum suavia esse dicebat: hoc plane etiam ipse confiteor, quoniam quæ nobis sunt causa tristitia, hec illi maximam pariebant voluptatem. Et quid ego pericula eruasque cõmemoro? In moerore enim maximo ille versabatur, propter quod dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor: quis scandalizatur, & ego non voror? Et si in moerore dicat quoque qui inesse aliquam voluptatem: multi enim illorum quod filiorum mortibus vulnerantur, aliquid consolacionis accipiunt, cum fletibus manant, magisque dolent, cum dolore prohibentur. Sic igitur & Paulus nocte & die consolationem excipiebat ex lachrymis, noster Ius siquidem tanto affectu mala propria, quam ille deflebat aliena. Quemadmodum enim illum opinoris afflictum, cum perditione Iudeorum dolet, qui, ut illi salui fierent, seipsum a celorum gloria cupiebat excludi. Et vinum hoc manifestum est, quia scilicet non saluari illos acerbius astuabat, quam seipsum perire: aut si non acerbius, nunquam aliud operariet, quod utique quasi tolerabilius elegit. Qui cum certe spe maxima futuri præmii pasceretur, non per functione aliquid optabat, sed clamabat dices: Quoniam tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Hunc ergo de singulis, ut ita diximus, & bitatoribus mundi tam vehementer dolentem, & in commune pro cunctis, & Gentibus, videlicet, & Iudeis, & pro unoquoque peculiariter lamentante, cuinam rerum aliquis poterit comparare, cui ferri, cui adamantis? Quidnam aliquis illam appellat anam, aureamne magis, an adamantinam? Nam &

2.Cor.ii.

Rom.9.

erat omni adamante fortior, & auro gemitusque pretiosior, & altera quidem materiam firmitate, altera pretiositate superabat. Cui ergo rei hec ab aliquo anima comparetur? Earum quidem quæ sunt omnino nulli. Quod si vel auro adamantis fortitudo, vel adamanti honor daretur auri, tamē forte aliquo modo cōparatio eius Pauli posset animæ conuenire. Sed quid ego adamatem, vel aurum ad similitudinem adduco Pauli? Mundū si ē diuerso appendas omnē, & tunc videbis aperte Pauli vergere pondus examinis. Si enim de his qui in melotis & specubus in exigua orbis parte versantur hoc dictū est: quanto magis nos dicemus Paulum mundo, & omnibus quæ in mundo sunt distinguo? Si igitur eo mundus dignus nō est, sed forte vel cœlum, sed istud quoque inuenitur inferius. Si enim iste non solum cœlum, sed quæ habentur in cœlis dei postposuit charitati: quomodo nō magis dominus, qui tanto est benignior Paulo, quanto malitiam bonitas antecellit, innumeris eum cœlis iudicat dignorem? Non enim quantū nos diligit deus, tantum a nobis diligitur ipse: sed tanto effusius, quantum nec sermo quidem sufficit explicare. Consideremus ergo quantis illum honoribus etiam ante res resurrectionis extulerit. In paradisum rapuit, & in cœlum tertium subleuavit, ineffabilis arcani fecit esse participem, taliumque mysteriorum consciū, quæ nulli hominum fas fuerit confiteri. Nec immerito: siquidem Paulus in terra gradiens, sic se agebat in cunctis, quasi angelorum societate frueretur. Nam passibili adhuc colligatus corpori, illorum perfectio gaudebat, tantisque fragilitatibus subditus, in nullo inferior supernis virtutibus apparere ceterabat. Nam & tanquam pennatus totum dicendo per uolauit orbem, & velut incorporeus labores omnes periculaque cōtempsit, & quasi iam cœlum possides, cuncta prorsus terrena despexit: et tanquam cu ipsi iam incorporeis degeret, ita iugi mentis intentione vigilauit: & angelis quidem saxe diuersarum gentium cura comilla est, sed nullus illorum ita creditum sibi

2.Cor.ii.

## 224 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

sibi populum gubernauit, ut Paulus vniuersum gubernauit orbē. Neq; vero dicas, quia hæc non perficiabantur à Paulo. Hoc etiam nos fatemur. Sed & si ipse non erat qui cuncta complebat, nequaquam tam ab eorum laudibus separatur: quia vtique dignum tantæ se gratiæ preparauit, per quam tam magnifica & glorioſa perficeret. Michaëli gens commissa est Iudeorum: Paulo vero terre, ac māria, atque vniuerſi orbis habitatio, ipsumq; desertum, & hoc non ad iniuriam, quod absit, angelorum: sed ostendimus eſe possibile illis hominem copulari, iuxtaq; illorum merita confiſtere. Cuius autem rei gratia, non angelis potius hæc prædicationis cura commissa est. Vt nullum scilicet excusationis colorem de se inueniret anima negligens: ac ne tu ad diuerſitatem naturæ coſugeres dormiendo. Deinde vt tanto etiam major operum admiratio nasceretur, quanto de natura inferiore procederent. Quomodo enim non admirabile hoc, atque improuisum videretur, cum ex terrena lingua sermo proſiliens, mortem fugat, peccata aliſoluit, tenebras cœcitatibus illuminat, & mutatione mirifica terram conuertit in cœlum? Propter hoc igitur stupeo virtutem dei, propter hoc admiror promptū animum Pauli, quomodo se talē studiū exhibere, quomodo se tantæ gratiæ capacem parauit. Vos autem rogo, vt non miremimi ſolum, verum etiam imitacioni hoc tam clarum virtutis exemplum: ſic nāq; poterimus coronarum eius eſe participes. Quod si aliquis nos dixisse miratur, quia quicunq; habuerit Pauli merita, eadem ſit etiam habiturus premia, pum sum audiat ita dicentem: Certamen, inquit, bonum certari, curſum conſummaui, fidem feruauit: de certiori reponſa eſt mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in die illa iustus iudex. Non ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius. Vides certe quomodo cunctos in eandem gloriam communione vocet. Quia igitur omnibus eadem corona gloriæ proposita eſt, ſtudeamus omnes digni illis bonis, quæ promissa ſunt, inueniri. Neq; foliū magnitudinem

2.Ti.4.

## HOMILIA TERTIA.

225  
vidinem atq; eminentiam in illo debemus considerare virtutum, & promptum illud animi eius atque robustum propositum, per quod ad tantam meruit gratiam peruenire: ſed & naturæ societatem, per quā & nobis in cunctis ille participat: & ſic etiam quæ valde ſunt ardua, nobis facilia videbuntur & levia, breuiq; hoc tempore laborantes, incorruptibilem ilam geſtabimus atq; immortale coronam, gratia & misericordia domini nostri Iefu Christi, cui eſt gloria & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

## HOMILIA TERTIA.

**B**EATVS Paulus, qui tantam vim humanae alacritatis oſtendit, vt ad cœlum quoq; iſpum vacueret ſubuolare, prætermittens angelos & archangeliſ, aliasq; viriſtutes, aliquando quidem ſuo exemplo Christi nos fieri imitatores iubet, discendor. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Christi. Aliquando verò de ſe reticens, ad iſpuiſ nos imitatiōnem dei extendit, dicens: Eſtote ergo imitatores dei, ſicut filii charillimi. Iam verò demonstrans, quia nihil ita hanc imitationem patiat, quām ſi ita viuat aliquis, vt bonum eius in commune proficiat, atque vniuersiſ utrilibet prouideat, adiunxit: ambulate in charitate. ideo cum dixiſſet, imitatores mei eſtote: continuo de charitate differuit, quia hæc præcipue virtus homines deo proximos facit. Quaꝝ cuncte enim ſint aliae virtutes, inferiorem tenentes locum, cuncte erga hominum ſtudia versantur: vt eſt contra concupiſcentias pugna, vt quod aduersus gulam geritur bellum, vt in auaritiæ interitum acies ordinata, vt cum iracundie furore conflictus: diligere veſto nobis deoq; commune eſt. Propterea & dominus imperabat: orate pro calumniantibus & persequentiibus vos, vt ſitis filii patris vestri, qui in cœlis eſt. Hoc igitur & Paulus intelligens cunctorum eſſe capiſt honorum, omnium in ſe ſtudia exprimere cura uit. Nemo enim ita dilexit inimicos, nemo erga infi-

1.Cor.4.

Eph.5.

)( P diatores

## 226 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

diatores suos tam beneficis fuit, nullus pro afflictionibus suis tanta perpessus est. Non enim illa quæ patiebatur, sed naturæ copulæ cogitabat, quantoq; amplius efferebatur inimici, tanto eorum magis miserabatur insaniam. Ut enim aliquis indulgentissimus pater afficitur erga filium phrenesi comprehendens, cuius quanto magis conuiciis ictibusq; pulsatur, tanto eum potius miseratur atq; deflet: ita Paulus quid de ipsa magnitudine passionum eorum, a quibus ariegebatur, existimaret furorem, maiora illis adhibebat fomenta pietatis. Audi igitur quām patienter, quām mansuetē nobis pro illis loquatur, qui eum quinque verberauerunt, qui eum catenis onerauerunt, qui vinculis sāpe constrinxerunt, qui eius ipsius sum sitiebant cruentem, quisq; illum quotidie discerpere gestiebant. Testimonūt, inquit, illis perhibeo, quoniam æmulationem dei habent, sed non secundum scientiam. Et rursus eos, qui se supra illos superbis efferebant, refrenans: Noli, ait, alatum sapere, sed time: si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Quia enim cognouerat dominicam in illos iam processisse sententiam, quod unum & solum erat in sua potestate, præstabat. Sapientia lachrymabatur vehementer, & pro illis dolebat: Volentes illis insultare prohibebat, atq; in quantum poterit, laborabat umbram eis aliquam excusationis obtendere. Et quia propter contumaciam eorum atque duritiam, persuadere illis fide sermone nō poterat, ad orationes cōuerterebatur assiduas. Fratres, inquit, volūtas quidē cordis mei, & obsecratio ad dei fit pro illis in salutem. Sāpe quoq; meliores illos esse sollicitat, dicens: Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio dei, vt non pertinaci usq; ad finem desperatione moriantur. Quæ vtiq; omnia sunt verba amaritatis, et valde eorum utilitatibus prouidentis: vt cum dicit, Veniet ex Sion, qui cripiat & auertat impietas ab Iacob. Mordebat enim vehementer, ac penetratus dissecabatur, cum eos pereunte videret, propter quod & multa solatia huic adhibebat dolorem.

Rom. 10.

Ibidem.

## HOMILIA TERTIA.

227  
*Esa. 59.*  
*Hier. 2.*  
*Gen. 3.*  
*1. Cor. 9.*  
*2. Tim. 3.*  
*2. Cor. 9.*  
*Gal. 4.*

aliquando quidem dicens: Veniet ex Sion, qui cripiat & auertat impietas ab Iacob: aliquando vero, & isti non crediderunt in illorum misericordiam, et ut ipsi misericordiam consequantur. Facit autem hoc etiam Hieremias, vim quandam inferens, atque contendens excusationem aliquam pro delinquentibus in genere, & nunc quidem dicens: Sed peccata nostra restiterunt nobis: & rursus: Non est in homine via eius, nec homo ibit, & dirigit iter suum: & rursus: Memento quoniam puluis sumus. Mos etenim est omnino celeberrimus, vt hi qui pro delinquentibus deprecantur, & si nihil idoneum afferant, ad rogandum saltē umbram quandam excusationis pro eis opponant, non certa verborum proprietate muniam, nec quæ trahi possit in dogmata, sed quæ pro pereuntibus tantummodo consoletur dolentem. Non ergo huiusmodi excusationes scrupulosius pondere mus, sed intelligamus esse illa dolentis animæ, & dicere aliquid pro peccatoribus requirentis, iuxtaḡ hunc modum haec quæ superius dicta sunt, censeamus. Putas autem, quia erga solos Iudeos talis extiterit, ad alios vero, vel domesticos, vel extraneos, non se multo etiam præbuerit mitiorem? His autem, qui sine lege erant, factus sum, quasi sine legi esse, vt omnes lucrificarem. Audi igitur quid ad Timotheū sit locutus: Seruu, inquit, dei nō oporetur ligare, sed mansuetum esse ad omnes, doctorem patientem, cum modestia corripienter eos qui resistunt, si quando det illis deus penitentiam ad cognoscendam veritatem, vt resipiscant a diaboli laqueis, a quo capte tenetur ad ipsius voluntatem. Vis autem probare, quām modestè etiā & cum illis loquatur, qui in peccata corrueunt? Audi quid Corinthiis dixerit Timo, inquit, ne cum venero, humiliet me deus apud vos, & lugeat multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunitam & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. & ad Galatas, Filiali, inquit, mei, quos iterū parturio, donec Christus formetur in yobis. Et in causa eius, p. 2. qui

## 228 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

qui fuerat fornicatus, non minus & ipso, qui pro peccato suo lamentabatur, dolet, propter illo alios deprecatur, dicens: Confirmate in illius charitatem; Sed etiam quando ab ecclesiis corpore separabat, quam multis hoc lachrymis gemituque faciebat. Ex multa, inquit, tribulatione, & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas, non ut contristemini, sed ut scatis, quoniam charitatem habeam abundatius in vobis: & rursus: Factus sum Iudeus tanquam Iudeus, his qui sub lege erant, quasi sub lege esset, factus sum infirmus infirmis, omnibus omnia factus sum, ut omnes saluos facerem. Vidisti ne, quæsto, anima omnia terrena superante? Omnem enim prorsus hominem deo exhibere cupiebat, & omnes, quantum ad ipsum spectat, exhibuit: quasi enim universum mundum genuisset, sic perturbabatur, sic curabat, sic omnes in regnum dei festinabat inducere, docendo, pollicendo, meditando, tum orando pro ipsis, tum etiam ipsis supplicando, et terrendo, & demones corruptores animarum fugando, aliquando epistolis, aliquando presentia, nunc sermone, nunc rebus, per discipulos, per semetipsum conabatur erigere labantes: statim vero firmare, humi iacentes attollere, sanare contritos, torpentes oleo exhortationis animare, inimicis infonare terribiliter, hostes minaciter intueri, non optimi cuiusdam duec ac medici, artis suæ instrumenta gestantis, protector ipse bellantiam, ipsius dulcis ægrotorum minister, & unus omnium officiorum personas, & exercitium ubique custodiens. Nec in spiritualibus solum tam egregium conservabat, duce in carnalibus quoque plurima solicitudinis, ac prouidentia sua documenta præstabat. Audiri itaque quemadmodum pro una etiam mulier ad universum scribat populum, dicens: Commendo autem vobis Phœben sororem meam, quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est Cenchræ, ut eam suscipiatis in domino dignæ sanctis, & assisteret ei in quocunque negotio vestri indiguerit: & iterum: Notis ait, dominum Stephanæ, ut & vos subditis suis eiusmodi.

2. Cor. 2.

Rom. ult.

## HOMILIA TERTIA.

229

modi: & rursus: Cognoscite quæ huiusmodi sunt. Est enim hoc quoque proprium & familiare in dilectione sanctorum. Sic enim & Helisaus mulierem illam susceptricem suam, non spiritualibus solum, verunquam carnalibus beneficiis remunerat, propter quod cum multa sollicitudine curat, dicebat: Num est tibi sermo ad regem, vel ad principem? Et quid mirum, si commendationes per literas præsttit Paulus: qui ad se aliquos reuocans, nec de viatico illorum curam gerere dedignatus est, idque ipsum in epistola sua scribere. Siquidem scribens Tito ait: Zenam legis peritum, & Apollo solcite præmitte, ut nihil illis desit. Qui commendans aliquos tam studiose scripsit atque solcite, multo magis sicubi vidisset periclitantes, cuncta fecisset. Ad Philemonem quoque propter Onesimum scribens: Vide quam omnime impendebat studium, quam intente ac solcite descendetur. Qui autem pro vno seruulo, maximè fugitivo, & qui ex rebus domini multa subtraxerat, integrum, omnibus affectu plenam epistolam sine cuncta compositione compositus: qualis circa alios fuerit perpendere. Vnum enim hoc ille pudore dignum putauit, aliqd felicet pro cuiuslibet salute negligere. Propter hoc agebat omnia, & commonebat: nec omnino quicquam pro his, qui saluandi erant, cunctabatur impeditus, non verba, non pecunias, non denique corpus ipsum. Qui enim nullus seipsum tradiderat in mortem, multo magis si habuisset, nec pecunias pepercisset. Et quid dico, si habuisset, cum probare possim, non pepercisse eum pecunias, etiam nihil habentem. & ne ambiguum putetur esse quod dicimus, audi ipsam, rursus loquentem: Quoniam, inquit, libenter impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris: & ad Philippenses scribens ait: Nec est in gratiis, & his qui mecum erant, ministraverunt manus vestras. Cum vero celsus in omnium consistet arce istæ. Quoniam vero celsus in omnium consistet arce virtutum, omnem tamen flammarum præcipuo charitatis ardore vinebat. Ut enim missum in ignem ferratum, totum profecto ignis efficitur: sic Paulus charitate

Tit. 3.

2. Cor. xx.

Act. 20.

P. 3 ritate

## 230 DE LAVDIBVS DIVI PAVLI

ritate succensus, totus factus est charitas, qui quasi communis totius mundi esset pater, ita in amore omnium ipsos eorum imitabatur parentes: immo cunctos, non carnales tantummodo, verum etiam spirituales patres solicitudine ac pietate superabat: & pecunias, & verba, & corpus: & animam pro his, quos diligebat, impendens. Propter hoc itaque charitatem etiam plenitudinem legis vocabat, & vinculum perfectionis, & omnium matrem bonorum, & initium finemque virtutum: proptereaque dicebat, Finis autem precepti est charitas de corde puro, & conscientia bona: & rursus: Non adulterabis, non occides. Et quod aliud est mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Quia igitur & initium, & finis, & bona omnino vniuersa dilectio est, vel in ipsa studeamus Paulum imitari: etenim hic illius ope talis effectus est. Non enim proponas mihi mortuos, quos saepius suscitauit: neque leprosus: quos eadem virtute mundauit: nihil horum requirit a te deus. Posside charitatem Pauli, & perfectam adipisceris coronam. Cuius veritas sententia est: Ipsiis nutritoris, utique charitatis, qui eam & mirabilibus, & signis, & aliis bonis milie praeposuit. Quia enim eam ipse abunde, ac vehementer impleuerat, ideo etiam acrius, atque examinatus vim eius intelligit. Per ipsam etenim ille ad tam culmen perfectionis ascendit, nihilque eum ita dignum deo, ut virtus praeficitur charitatis: & ideo dicebat, Imitamini dona meliora, & adhuc excellenter viam vobis demonstrabo, charitatem proferre. Eto optimam viam, planissimamque pronuntians. In hoc ergo & vigilanter ambulemus, vt & Paulum, immo & dominum Pauli videre mereamur, & incorruptibles consequamur coronas, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo gloria patri, cum spiritu sancto in secula seculorum,

Amen.

HOMILY

*Tim. i.  
Rom. 13.*

*E. Cor. 12.*

## HOMILIA QVARTA. 131

Batus Paulus, qui nos hodie congregauit, quicquid terrarum etiam illuminauit orbem, vocationis suae tempore aliquando cæcatus est, sed illius cæcis illuminatio totius orbis effecta est. Quoniam enim videbat male, bene eum excaecavit deus, ut utiliter iam videret in reliquum. Similiter & documentum ei virtutis suæ præbuit, & in passione eius figurauit futura, & modum eius prædicationis edocuit, quod scilicet oporteret eum priora studia penitus excludere, & quasi connuentem oculis semetipsum vindicare: propter quod ipse idem istud significans, clamat: Si quis videtur inter vos sapiens, stultus fiat, ut sit sapiens. Nequaquam ergo potuisse rursum bene videre, nisi prius excaecatus fuisset. Vnde & propriam sapientiam, qua perturbabatur excludens, fidei se per cuncta comedit. Sed nullus hoc audiens, vocationem istam necessitatem putet: siquidem potuit redire unde discellerat. Multi enim & in Nouo, & in Veteri testamento, cum maiora saepe mirabilia vidissent, retro (vt legimus) sunt reuersi: ut Nabuchodonosor, ut Iudas, ut Elimas magus, ut Simon, ut Ananias, ut Sapphira, ut vniuersus populus Iudeorum: sed non ita Paulus. Illustrato enim mentis aspectu ad sinceritatem illud lumen cursu tendit, atque ad celum perniciiter subvolauit. Quod si interrogas, cuius rei gratia sit cæcatus, accipe ipsum loquentem: Audistis in conuersatione meā aliquando in Judaismo, quando supra modum persequabar ecclesiam dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Judaismo supra multos coetaneos meos, in genere meo abundantius aculator existens paternarum mearum traditio. Quia enim vehemens quidem erat & ferus, frequentius quoque vehementioribus indigebat, ne scilicet in petu ipso eius quo ferebat alacritatis arreptus, prolatas à deo verba contemneret. Propterea igitur fuit eius indomitum prius cōprimit, cōcitos et precepit illius iracundiae fluctus cæcitatibus beneficio

P 4 redigie

*Gal. 4.*

redigit in quietem: & tunc demum coelesti eum do-  
mat afflatu, ostendens proprie inaccessibilem sapientiam, & supereminente omnibus diuinæ scientiæ bonitatem, ut disceret, cui iam aduersario repugnaret: quem certe non modo punieret ferre non posset, sed ne beneficia conferentem. Non enim ille obscuritate tenebrarum, sed lumenis nimietate exctus est. Et cur, ita quies, hoc non ante factum est? Ne quæras istud, neque velis esse curiosior, sed concede incomprehensibili dei prouidentiæ salutes hominum notis sibi temporum opportunitatibus ordinant. Sic enim etiam ipse fatebatur dicens: Cum autem placuit ei, qui me segregauit de utero matris meæ, vocauit per suam gratiam, ut reuelaret filium suum in me. Nihil tu igitur scruteris amplius, quando hec dicit & Paulus. Istud enim tunc utique fieri oportuit, cum iam scandala ubiq; creuissent. Ab ipso itaque discamus, quoniam nullus ante Paulum, neque ipse Paulus ex se tantummodo eum inuenit, sed ipse se

*Iohann. 15.* Christus ostendit, & idcirco dicebat: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Cæterum cur ante non credidit, cum videret resurgere mortuos, ambulare claudos, paralyticos roborari, dæmones effugandi. Nullum enim fructum ille ex his omnibus corificatus est, cum tamen non ignoraret ista, qui tam cœre erga apostolos curiosus, qui certe cum lapidare pugnauit Stephanus, adstabat, & faciem eius videbat angelus co fulgore radiantem. Cur ergo nihil inde lucratum est? Quia necdū utiq; vocatus fuerat a Christo. Tu vero hoc audiens, nolo vocationem istam, nec distinxit putare. Non enim deus cogit homines vocando, sed post vocatione quoq; permittit eos propriatum esse dominos voluntatum. Nam et Iudeis seipsum quod oportuit, reuelauit: sed illi propter gloriam, quod ab hominibus requirebant, vltro se offerentem suscipere noluerunt. Verum hoc loco infidelior quis opponat, atq; dicat: Cur me etiam non vocavit? ce lo? Vnde etiam manifestu est, o homo, quia r. paulum vocauit de cœlo? Sed credis istud? ergo si credis, hoc ipsum

ipsum ad signum tibi satis est. Si vero non credis, quia ē cœlo Paulum vocauit: quomodo dicas, cur me etiam non vocauit? Credis, quia ille vocauit, hoc ipsum tibi (vt dixi) abundat ad signum. Crede igitur nam te quoq; ē cœlo vocat Deus, si habes anima ad obediendum pararam. Quod si inobediens sis, & corruptæ depravataq; sententia, ne de cœlo quidem ad te vox demissa tibi sufficit ad salutem. Quoties autem & iudei vocem audiēre de cœlo, in Nouo, & in Veteri testamento, nec tamen facti sunt idcirco meliores? Nam in Veteri, iudei post mille miracula pro deo vitulum, quem fecerant, adorauerunt. At vero Hierichuntina meretrix, quæ nihil omnino ex mirabilibus viderat, ostendit tamen fidem in exploratorum susceptione mirabilem. Interea quoq; reprobus millionis iudei signa cernentes, permanebant lapidibus duriores. Ninuitæ vero longam solum videns crediderunt, & egerunt poenitentiam, & ventus super se tram dei conuersione pepulerunt. In Normam etiam testamento sub praesentia ipsius Christi, latro quidem cū crucifixum cerneret, adorauit: iudei vero qui eum spectauerant mortuos suscitantem, & vinixerunt & affixerunt cruci. Quid autem nostra quoq; ætate, nōne ex fundamentis templi, quod Hierusalem fuit, ignis exiliens audentes illud ædificare consumpsit? siq; reliqui ab iniquis conatibus dereliquerunt, nec tamen ab impietate sua atque cæcitate conuersi sunt. Quanta vero etiam post hæc alia facta sunt miracula: vt cum super Apollinis verticem fulmen illapsum est, vt cum ipsius responsa dæmonis transferri a rege sepultum iuxta se martyrem copulerunt, dicitur se alloqui omnino non posse, quādiu proximam illius arcam videret: erat namq; vicina. Post quæ ipsius regis auunculus, qui prophano atta cœtu consecrata deo vasla temerauerat, vernisbus excessus interierit: Præpositus quoq; regalis ærarii, ob alia quam ecclesiæ intulerat iniuriam, mediis repente disruptus est: tunc etiam regionis nostræ fontes, qui prius flumina ipsa cursu inundante vincebat, subito

in se resilendo fugerunt, nunquam hoc ante perpetuam postquam loca illa sacrificis ac victimis inquisivavit. Quid vero iam memorem famem toro prostrus orbe terrarum cum impio rege dominata, regis interitum in regione Persarum: ante mortem vero mentis errorem perpeccatum, exercitum in medio barbarorum relictum, & vndeque velut quodam reticulum, reditum ex illis locis improbus atque mirabilis? Cum enim rege impio miserabiliter interempto, alter pius in eius successisset imperium, aduersa omnia continuo dissoluta sunt, & exercitus qui velut in mediis erat retibus inuolutus, nec ullum exercitum aliquando se inventur esse credebat. Dei iam natus ab hostibus liberatus, omni cum securitate remeauit. Et haec quidem que non valeant ad partem pieratis attrahere? Quid vero praesentia? nonne etiam multo mirabiliora dicenda sunt? nonne crux praedicatur, & totus ad credendum mundus accurrit? Nonne mors nuntiatur, & omnes conuolant? Nunquid non innumerari crucifixi sunt? Nunquid non duo latrones cum Domino pependerunt? Nunquid non sapientes? Nunquid non multi extiterunt potentes? Cuius ergo tur aliquando sic nomen obtinuit? Et quid dico potentes arcis sapientes? Nunquid non fuerunt reges in celo? Quis ita sibi terrarum orbem tam brevi tempore subiugavit? Non enim varias mihi atque diversas opponas heres. Omnes siquidem eundem prae dicant Christum, est non omnes sane prae dicent apostollegit. Illum enim omnes predican, qui in Palestina & natus, & passus, qui Pontio Pilato adiudicatus crucifixus est. Haec igitur cuncta qua proposuit nonne etiam magis virtutis eius videntur habere documentum, quam illa vox allata de celo? Cur enim nullus ita aliquando regnum, ut hic solus obtinuerit, certe cum innumeris ex aduerso impedimenta pugnarent? Nam & reges contra Euangeliumprae iactant, & tyranni bella gesserunt: & nostra vix illa fortia sunt, ut inde magis fierent clariora. Vnde igitur haec tanta, tamq; admirabilis virtus? Magus scilicet

235  
tet erat? Solus ergo iste magus tam potens fuit? Audistis nempe, quia & apud Persas magi, & apud Indos extiterunt, sint quoq; & modo. Sed ne nomen quidem eorum usq; sonat. Et ille quidem ex Tyana, nrum vrbe deceptor ac maleficus aliquo loci apparuit, at breui aliquanto tempore in exigua parte orbis refulxit; sed celeriter extinctus atque deletus est, qui non ecclesiam omnino, non populum, non alios quid horum reliquit. Sed quid dico magos atque maleficos extintos? Vnde, queso, omnium deorum templa extincta sunt, & Dodoneus, & Clarius, & omnes iste prophanitatis officinæ silent, ac penitus obliterati sunt? Vnde igitur non solum crucifixum, sed etiam pro ipso occisorum fauillas dæmones contremiscunt? Cuius rei gratia, saltem nomen audientes crucis, in fugam resiliunt: cum certe si se res haberet aliter, magis eos oporteret irridere quam fugere. An forte crux quid clarum videtur ac nobis? In modo est contrario turpis, & exprobabilis mors. Item & utique poenalis mors, & omnino terribilis, & apud Iudeos maledicta, & inter Gentiles abominanda. Vnde igitur illam dæmones reformant, nisi de virtute crucifixi? Si enim illam per seipsum timerent, quanquam & hoc ipsum deis esset indignum, tamen & ante illum, & post illum plerique crucifixi sunt, & cum ipso etiam duo. Quid igitur si inuocet aliquis nomen latronis, vel alterius cuiuscumque crucifixi, dæmon ne forte timesbit ac fugiet? Nequaquam, quinimo ridebit. Si vero Iesum addideris Nazarenum, velut ab igne responde diffugiet. Quid igitur ait? Vnde præualuit? Quia, inquis, seductor fuit. At non haec præcepta loquantur. Deinde & multi seductores fuerunt, & tamen nullus obtinuit. Sed quia magus fuit. Verum longe aliud eius dogmata contestantur. Sed & magorum multa saepe fuit copia, nec tam mea ullum huius potentiae nomen auditum est. Sed quia sapiens fuit. At multi fuerunt saepe sapientes. Quis itaque similiter obtinuisse dicetur? Nullus

Nullus enim aliquando saltem ex parte aliqua huic potentiae appropinquauit. Vnde liquido patet, quoniam Christus non fuerit magus, non seductor, sed qui est contrario horum extitit emendator. Et vere diuina virtus, nec nulli omnino superabilis. Idcirco & ipse cuncta vicit, atque perdomuit. Et Paulus cum illa arte vilissima tantam potuit inspirare virtutem.

*Act.18.**2.Cor.ii**2.Cor.4.*

quantum ipse rerum testatur effectus. Homo etenim ignobilis, abiectus, & circumforaneus, qui artes exercebat in pellibus, intantum virtute progressus est, ut vix tringita annorum spatio & Romanos, & Persas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scythas, & Aethiopes, & Sauromatas, & Saracenos, & omnes prouersus humanum genus sub iugum mitteret virtutem. Respode igitur, vnde iste opifex vilis, ac publicus stas in loco artis suae, ac scalpellum in manu gerens, ita ut ipse philosophatus sit, & alios docuerit philosophari gentes scilicet, urbes atque regiones, nec vim in se sermonis ostendens? Audi enim ipsum loquentem: Et si imperitus sermone: nec pecunias possidens: nam hoc quoque ipse testatur. Vtque ad hanc inquit, horam & esurimus & sitiimus, & nudi sumus, & colaphis caedimur. & quid dico pecunias: cum ille saepe necessarium quidem non haberet cibum, nec quo se circundaret indumentum. Quia vero nec de professione clarus fuerit, ipsius discipulus ostendit, dicens, quoniam manebat apud Aquilam & Priscilam, propterea quod eiusdem artis essent. Erat enim scænofactoria artis. Non igitur a proavis nubilis, quippe qui tam vilis fuille artis ostenditur, non a patria, non a gente, tamen progresus in medium, ac tantummodo apparens, inimicorum cuncta turbavit, vniuersa confudit: & sicut in stipulas, aut in fœnum ignis immisus, omnia dæmonum opera consumpsit, atque in quod voluit, omnia conuertit. Neque vero hoc solum admiratione dignum est, quod tantam potentiam talis obtinuit: sed quoniam discipulorum quoque illius plurimi pauperes, imperiti, ac totius erat eruditio extranei, in fama & glorie

viventes, ignobiles, ac de ignobilibus procreati: quod certe etiam ipse prædicauit, nec erubuit eorum cōmemorare pauperiem, immo ne necessaria quidem eorum victui postulare. Proficiscar, inquit, Hierusalem ministrare sanctis. Et rursus: Secundum vnam sabbati vnuquisque vestrum reponat, quod ei bene placuerit, vt non cum venero tunc collectæ fiant.

*Rom.15  
1.Cor.16.*

Quare vero plures discipulorum ex imperitorum numero constarent, ad Corinthios scribens, ait: Vnde dete vocationem vestram, quoniam non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multini nobiles, sed & valde obscuri, & viles fuerunt. Nam infirma mundi, inquit, elegit Deus, & que non sunt, ut ea quæ sunt destrueret. At nobilis & eruditus erat forte persuasor. Nec istud quidem: nam hoc quoque ipse confirmauit, dicens: Et ego veni ad vos, non in sublimitate sermonis, aut sapientiae, annuntians vobis testimonium Christi. Non enim judicauit me fuisse aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et sermo meus, & prædictio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientie verbis. Sed causa nimirum ipsa prædicationis erat idonea, quæ ad se pertraheret audientes. Accipe quid etiam super hac re ipse pronuntiet. Quoniam, inquit, Iudei signa petunt, & Græci sapientiam querunt: nos autem predicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum, Græcis autem stultitiam. Sed securitate, ac libertate perfunditus est. At omnino a periculis nuncquam respirauit. Et ego, inquit, in infirmitate, & timore & tremore multo fui apud vos: neque vero ipse solus, sed etiam discipuli eius passionibus subiit. Memento, inquit, diecum priorum in quibus illuminati magnum certamen sustinuitis passione. In altero quidem opprobriis, & tribulationibus spectaculum facti, in altero etiam socii taliter conuersantium facti: nam vinceti compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio sufficiatis. Et rursus ad Thessalonenses ait: Vos enim eadem passi estis a cotribulibus vestris, sicut & ipsi a Iesu

*Heb.9.**1.Thef.2**a Iesu*

## 238 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

á Iudeis, qui & dominum nostrum occiderunt, &  
prophetas suos persecuti sunt. Rursus ad Corinthios  
scribens: Sicut, inquit, abundant passiones Christi  
in vobis, & quemadmodum socii estis passionis  
ita eritis & consolationis. Et ad Galatas: Tanta, in-  
quit, passi estis sine causa, si tamen sine causa. Cum  
igitur & prædicator, & imperitus, cum etiam pauper esset, & prorsus ignobilis: & quod prædicabatur, non modo commendatione sui esset vacuum, verum etiam offensione plenissimum, & auditores  
ipsi inopes, simblices atq; omnino nulli, & pericula tam crebra, tam varia, non doctoribus solum, sed etiam discipulis imminenter, & crucifixus esset qui annuntiabatur adorandus: quidnam illud est, quod huius prædicatio potuit obtinere? Nonne lucidissime claret diuina hoc & ineffabili quadam virtute perfectum? quod certe etiam inimicorum comparatione potest liquido comprobari. Cum enim videois contraria horum vniuersitatem concurrere in unum: id est, ut opes, & nobilitatem, & patriæ claritudinem, & oratorie artis pompam, & pacis securitatem, & plurimam in ipsa superstitione culturam, continuo tamen morem prophanitatis extinximus: hos vero qui sunt ex aduersa parte superare, quæ horum causa sit, responde. Tale est enim, ut cum rex quispiat instructus armis, fretus exercitu, potètissimas in bello acies instruens hostes superare nequius erit, nudus aliquis, & pauper, & solus, ac ne breui quidem racto armatus, aut simplici ueste tectus, certamē incat, eaq; peragat quæ alii, nec cum mille quidem militibus patrare potuerūt. Noli igitur in praua permanere sententia, sed virtutem venerare crucifixi. Neque enim si regem aliquem videoas ciuitates sibi excelsas parantem, circumaḡtem foslas, murs ma- chinas imponentem, innumeram quoq; habentem milium multitudinem, arma fulgetia, pecunias infinitas, vnamq; hostium ciuitatem destruere non valentem: alterum vero nudo corpore dimicant, so- lisq; manibus vtentem, non vnam aut duas, aut pau-

a. Cor. i.

Gal. 3.

## HOMILIA QVARTA.

239

tas, sed & prorsus innumeratas, totoq; orbe diffusas urbes percurrentem celeriter, cunctasq; capientem, humanae: hoc dicas esse virtutis. Sic ergo proculduo in praesenti causa sentiendum est. Propterea enim concessit Deus & latrones cum salvatore crucifigi, & ante salvatoris aduentum seductores aliquot apparere, ut etiam ex comparatione rerum vniuersitatis insipientibus ostenderetur excellentia veritatis: & discerent, quia hic non unus ex illis, sed grande sit inter tam dispares, infinitumque discrimen. Nihil enim Christi gloriam potuit inumbrare, vel eorundem opportunitas temporum, vel communio passionum. ne quis enim putaret, quia dæmones crucem, & non crucifixi pauerent virtutem, obstruxit ora ista dicentium per latronem. Quod si temporum opportunitas cuncta fuisse dicatur, ad repellendum Theodosius atque eius discipuli proferentur, qui cum eisdem ferè, quisbus etiam c h r i s t u s temporibus exitisis, & veritatem per quedam etiam signa impunare tentasset, repente destructi sunt. Quod enim tam ante memoriaui, ideo interdum falsa fieri Deus signa concessit, vt abundantius vera monstraret. Propterea & pseudoprophetas tempore prophetarum, & pseudoapostolos cum apostolis apparere permisit, vt disceres, quia splendentes eius vbiique virtutes nequam obscurare posset similitudo & umbra quedam virtutum. Age iam ex aliis quoque documentis, probemus esse hanc potentiam singularem, & præcipuam atque mirabilem. Docebimus enim Christi gloriam ipsa maioriis inimicorum impugnatione creuisse. Quum enim hunc ipsum beatum Paulum Romæ quidam persecuerentur, aliquando hoc ipsum dogma inquietus prædicabant. Cupientes enim Neronem impugnatorem Pauli acrius in eius odium commouere, mira quadam arte laedendi suscepérunt & ipsi euangelicæ prædicationis officium, vt maiuscilicet fidei sermone feruente, & discipulorum crescen-

crescente numero, in immensum ignesceret furor  
ranni, & fera maiora adhuc colligeret incrementa  
ritatis. Et hoc ipse ad Philippenes Paulus scribes-  
ait: Scire vos autem, inquit, volo fratres, quæ circa  
me sunt, magis venerunt ad profectum euangeli-  
iæ ut plures e fratribus confidentes in vinculis me-  
is, abundantius auderent sine timore verbum dei  
loqui. Quidam quidem etiam per inuidiam & con-  
tentio[n]em, quidam etiam per bonam voluntatem  
Christum prædicant: quidam autem ex contentio[n]e  
ne Christum annuntiant non sincere, existimante  
pressuram suscitare vinculis meis. Quidam autem  
ex charitate, scientes quod in defensione euangeli  
positus sum. Quid enim si omni modo, siue per o-  
casione[m], siue per veritatem Christus annuntietur  
Vidisti certe, quemadmodum etsi ex contentio[n]e  
aliqui prædicarent, tamen etiam per inimicos veri-  
tas Christi crescebat. Supra vero hanc inimicorum  
calliditatem, alia quoq[ue] ex aduerso multa veniebat.  
Nam & antiquæ leges, non modo non opitulabantur,  
verum etiam aduersabantur: contraq[ue] veritatis  
partem non solum malitia obloquentium inimico-  
rum, verum etiam ignorancia dimicabat, regem ve-  
bant alterum Christum. Non enim nōuerant eius  
coeleste regnum terribile istud, & absque villo ter-  
mino gloriosum: sed & quasi tyrannidem moribus  
inferentibus per calumnia repugnabant, & in con-  
mune omnes, & specialiter aduersus eos singuli di-  
micando. In communi quidem, quasi contra eos  
qui publicæ disciplinæ, & legum scita destruerent:  
specialiter vero, quasi singulorum domos diuisioni  
bus diuortiisque dissoluerent. Nam & filium tunc im-  
pugnabat pater, & filius patrem negabat, & mariti  
vxor oderat, & vxorem maritus, filiæ quoque cum  
matribus dissidebant, cognati cognatos, amici op-  
pugnabant amicos, eratq[ue] per omnium domos vi-  
rium istud, & multiforme bellum, propinquos sepa-  
rants, dispergens curiam, iudicia cōurbans: cum vri-  
que mores patrii soluerentur, festiuitas & cultura

dæmonum pelleretur, quæ alijs legumlatores vel in  
primis custodienda decreuerant, cum his omnibus  
etiam tyrannidis orta suspicio vndiq[ue] faciebat eos ex-  
plodi. Neg[ue] vero dicere quispiam potest a gentibus  
quanta inferebantur, a parte vero ludæorum omnia  
inquietabantur, cum certe isti etiam sævius immine-  
rent. Cumq[ue] & ipsi ei destructionem legis impinge-  
rent: non enim cessat, inquietant, loquens contra lege,  
& locum sanctum. Veruntamen vndiq[ue] inuidie igne  
succenso, ab domibus, ab vrbibus, ab agris, a solis  
ludine, a terra, a mari, a gentibus, a ludæis, a principi-  
bus, a plebis, a regibus, a regi ministris, cum oec-  
ad crudelitatem se mutuo cohortarentur, & omnes  
terrisimè sæviusq[ue] consurgerent: beatus tamen Pau-  
lus in tantos ignes insiliens, atq[ue] in medio talium lu-  
porum consistens, quamquam ictus omnium excipie-  
ret, non modo tamen obrutus ipse non est, sed etiam  
omnes illos in partem transtulit veritatis. Et hec &  
alia quoq[ue] prælia non minus seu memorabo: vt illi  
hod quod aduersus pseudoapostolos gerebatur quo-  
tidie: quodq[ue] eum super omnia alia torquebat, domi-  
norum dolus, ruina nutantum: multi enim etiam  
& fidelium numero habebantur, sed etiam cōtra ista  
prævaluit. Vnde, quæso, ex quâe virtute? Quia, in-  
quit, arcta nostra non carnalia, sed potentia sunt ad  
destructionem, munitionum consilia destruente, &  
omnem altitudinem extollente se aduersus scientiā  
dei. Propterea igitur in diuersum omnia vertebarunt  
ac mutabantur repente: ac sicut igne succenso paula-  
tim spinæ consumuntur, & cedunt, flammasq[ue] sup-  
cantur, ac mundi redduntur nouales: sic etiam Pauli  
insolante lingua, & omni igne vehementius irruente  
cedebant omnia, fugiebantq[ue] & dæmonum cultus,  
& celebritas omnis, atq[ue] festiuitas, & mores patrii,  
& populorum furores, & tyrannorum minæ, & insi-  
dæ domesticorum, & pseudoapostolorum operatio-  
nes malignæ. Magis autem sicut radiis solis orienti-  
bus, & tenebræ fugantur, & feræ latrant, fouisse que  
conductur, & latrones recedunt, & homicidae ad an-

tra suffugiunt, & amouentur piratae, & sepulchrorum  
violatores fugantur, & adulteri, & fures, & perfosso-  
res domorum deprehensi a sole, redarguti, periclitantes  
ab eis, se sequebant alicubi procul occultant, omniaq[ue]  
lucida efficiuntur & clara, illustrantibus desuper rati-  
oni terram, pelagus, ac montes, urbes simul atq[ue] regi-  
ones: sic tunc prædicatione fulgente, & vbiq[ue] euani-  
geliū disseminante Paulo, fugabatur error, veritasq[ue]  
semebat: fauillæ verò sumusq[ue] templorum, & cym-  
bala omnia, & tympana, & ebrietates, & comedatio-  
nes, & stupra, & adulteria, & alta dictu fœda, que  
in sacris suis celebrare consueuerant, defecerunt, artq[ue]  
consumpta sunt, instar ceræ ignis vapore pereuntis,  
& palearum vice, quæ subito concremântur incendio.  
Clara verò inter haec veritatis flamma surgebat res-  
plendens, & ipsum adusque cœlum sublimitate cō-  
scendens, ab his potissimum subleuata, qui eam nite-  
bantur opprimere: perq[ue] illos magis incrementa su-  
sciipiens, qui illam extinxerunt iri cupiebant. Nec pe-  
ricula enim progressum eius, aut imperus coercere  
potuerunt, non tyrannis quædam inueteratae confa-  
tudinis, non patri moris autoritas, non legum pot-  
estas, nō illa ipsa custodiendi eius quod prædicabatur  
euangelij difficultas, nec quicquam eorū quæ impe-  
dimentum afferre possunt, proficiscentis celeriter ve-  
ritatis cursum aut incidere, aut retardare potuerunt.  
Atq[ue] ut quanlā istud vim habeat, cognoscas, cōmis-  
nare gentibus, non dico pericula, famem, mortē, sed  
damnū aliquod exiguum, & videbis eos repente  
mutatos. At non talia inueniuntur & nostra, sed con-  
cilia occisiq[ue] omnibus, & vbiq[ue] impugnatī vario  
genere bellorum, illa tamen florentiora semper esse  
eta sunt. Et quid ego nostræ treatis cōmemoro gen-  
tiles, & viles istos, & omnino contemptui faciles?  
quin potius qui apud illos erat aliquando mirabilis  
in medium proferamus, philosophiae scilicet hono-  
re celebratos, Platonem, Pythagoram, Aristotelem,  
multosq[ue] alios huiusmodi, & tunc demum euani-  
gelice prædicationis virtutem probabis. Nam post  
Socia

Socratis venenum, alii quidem Megara discesserunt,  
similia patiendi metu: alter autem & patria & liber-  
tate priuatus est: nec præter unam mulierem philo-  
sophia quenquam studiis subiugauit. Plato autem  
depictam in paginis disciplinam relinques, in mors-  
tem solutus est. Et certe nihil eis tunc impedimen-  
to erat, non periculum, non egertas, non imperitia  
sermonis: sed erant & dicendo potentes, & opibus  
affluentes, & de nobilitate patriæ gloriantes. Ve-  
rum nequaquam obtinere potuerunt: talis est enim  
conditio erroris, etiam nullo sibi obſſidente conse-  
necit, ac defluit. Talis autem ē diuerso veritatis sta-  
tus, etiam multis impugnantibus fuscitur, & crea-  
cit. Hæc autem ita ēſſe, veritas rerum ipsa procla-  
mat, nihilq[ue] hic opus est aſſertione verborum, cum  
vocem quodammodo totus vndiq[ue] mundus emit-  
tar, urbes scilicet, & agri, & teatra, & maria, & lo-  
ca culta atque deferta, ipſe quoque etiam montium  
summitates. Neque enim solitudinem beneficis  
fuit reliquit exortein, sed ipſam maxime his, quæ  
nobis de cœlo veniens detulit, bonis repleuit, per  
pauli præcipue linguam, perq[ue] illam quam in ip-  
sum contulit gratiam. Quia enim dignam tali do-  
no deuotionem gerebat, copiosa in illo etiam gra-  
tia corruſcauit, plurimæq[ue] horum, quæ hucusque me  
morauimus, ipſius sudore ac sermone completa-  
sunt. Quoniam igitur ita genus nostrum nobilitas  
uit Deus, vt unum hominem dignaretur tantorum  
cauſam facere bonorum, studeamus & hos eius si-  
miles inueniri. Neque verò istud impossibile pu-  
temus, quoniam, vt ſæpe dixi, & nūc inculcare  
non ceflo: tale illi, quale etiam nobis corpus fuit, ra-  
lis anima, tales cibi, ſed voluntas in eo mirabilis,  
& præclara deuotio: & illud eſt prorsus unde ille  
talis effectus eſt. Nemo igitur diffidat, nemo de-  
ſperet: ſi intendas animam, & præparas, nihil eſt  
quod te ab eiusdem gratia poſſit prohibere muneri-  
bus. Nō eſt enim personarum acceptor Deus. Idem  
illum tēq[ue] formauit: & quemadmodum illius, ita  
eſt

## 244 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

est etiam tuus deus : ac sicut illum meritò laudauit,  
tra etiā tibi offert coronam . Spondeamus igitur  
nosmetipso deo, atq; mundemus, vt nos quoq; ean  
dam gratiam consequentes, eadem etiā p̄m̄ia for  
tiamur , gratia & misericordia domini nostri Iesu  
Christi, cui est gloria & imperium in secula seculo  
rum, Amen.

## HOMILIA QVINTA.

**V**Bi nunc illi sunt , qui querulo semper ani  
mo mortem causari solent , & corruptibile  
hoc corpus , atque passibile impedimento  
sibi esse ad virtutem purantur audiant Pauli  
facta p̄aclara , & ab hac obrectatione malignissi  
ma conquiescant . Quid enim humano generi mors  
nocuit? quid vero virtutem corruptio corporis im  
pedivit? Considera itaque Paulum, & videbis, quia  
nobis etiam ad maximam virilitatem proficiet ista  
mortalitas . Hic enim nisi mortalis fuisset, nequa  
quam dicere potuisset, magis autem nequisset ostendere, quod ipsius temporibus est locutus, quoniam  
quotidie morior propter gloriam vestram , quam  
habeo in Christo Iesu . Vbiq; enim nobis intentio  
ne animi, ac prompta opus est voluntate: quae si alii  
fuerint, nihil erit quod nos possit à virtute prohibe  
re, sicut superior iam sermo memoratus est . Nōnne  
erat iste mortalist? nōnne ignobilis? nōnne pauper?  
& quotidiano opere victimum requirens? Nōnne cor  
pus habuit, cunctis naturæ necessitatibus subiuga  
tum? Quid ergo eum vetuit illis , quibus floruit  
splendore virtutibus? profecto, nihil . Nullus ergo  
mcereat pauper, nullus angatur inglorius, nullus ex  
vilioribus ingemiscat: sed tammodo illi, qui mol  
les sunt animo, & enervati mente, atque resoluti  
re, vitiositas animæ, atque mollitudo sententia, nec  
quicquam omnino præterea: idq; beatí huius pro  
pter quem hodie congregati sumus, qui presentium  
iucunditate gaudet, illustratur exemplo. Sicut enim  
Paulo

2.Cor.13

## HOMILIA QVINTA.

245

Paulo nihil ea quæ superius sunt memorata nocue  
runt: ita extra religionem nostram positos, nihil his  
aduersa iuuerunt, non generis claritudo, non diuitia  
rum affluentia, non splendor eloqui, non gloriæ ma  
gnitudo, non sublimitas potentatus . Sed quid ego  
de hominibus adhuc loquor, & quandiu circa terræ  
cōtineo sermonem? Fas est etiam supernas comme  
morare virtutes, principatus videlicet, ac potesta  
tes, mundiq; rectores, ac tenebrarum huius seculi.  
Quid enim iuuit eos angelorum sortitos esse natu  
ram? Nōnne venient omnes istæ virtutes à Paulo,  
eiusq; similibus iudicandæ? Nescitis, inquit, quia  
angelos iudicabimus: quanto magis secularia . Non  
igitur ob alias aliquando causas, nisi ob vitia sola  
coleamus, horum nos studiosos esse poeniteat. Ni  
hil est quod nos Pauli similes fieri vetet. Ille enim  
non solum gratia dei, sed etiam sua voluntate talis  
effectus est, & idcirco gratia, quia etiam de propria  
voluntate. Vtraq; enim plena in illo fuerunt, atque  
perfecta, & ea quæ donantur a Deo, & ea quæ vo  
luntate præstantur. Vis dona dei agnoscere: vesti  
menta Pauli demonibus terrori erant. Verum ego  
nequaquam istud admiror, sicut nec illud quidem,  
quia Umbra Petri corporum languores effugabat.  
*Aet. 5.*

2.Cor.11.

Hæc sunt vero miranda, quæ Paulus etiam ante gra  
tiam magnus ab ipsis rudimentis, ab ipsis fidei suæ  
inuenitur fecisse principiis, quia nec virtute hac,  
qua postea polluit, illustratus, nec apostolatus hono  
re donatus, ita in Christi zelum totus exarsit, vt  
omnem contra se accenderet populum: qui cum se  
in tantis periculis, & ciuitatem propter se obsessam  
cerneret, per murum dimisus in sporta est, sicut de  
positus, nec tunc quidem in segnitiem ac timiditatē  
relapsus est: sed maiorem alacritatem mentis acce  
pit periculis quibusdama se sepe subdens in aliorum  
salutem: nulli autem studio cedens docendi, sed quo  
tidie portans crucem, dominum sequebatur. Et qui  
dem cum recens adhuc Stephani ante oculos habe  
ret exemplum, vidererque contra se omnes potissi  
mum

Q. 3.

num

rum concitatos Iudeos, cædem spirantes, ipsaq; penè carnes eius deuorare cupientes. Vnde igitur Paulus, neque cum in pericula irrueret, temeritatis atq; poterat, nec pericula fugere timiditas: quia utique & amabat satis præsentem vitam, ob lumen docendi: rursum valde eam despiciebat, ob philosophiam, ad quam illum mundi contemptus euixerat, propterq; amorem quo ire vrgbatur ad Christum. Quid enim de ipso dico semper, nec dicere aliquando cessabo, nullus ita in diversa rerum incidentis arque contraria, utraq; in commodū suum transtulit; utraq; suis vtilitatibus coaptavit. Nullus enim sic vñquam præsentis vite fuit amans, nec eorum istius qui sunt lucis cupidissimi: & è regione sic aliquando despexit salutem illorum, qui se immortem sponte præcipitavit: sic ab omni se mundana cupiditate abstrahebat, nullaq; præsentium tenet batur passione, sed vbiq; desiderium suum cum de voluntate miscebat. Et tunc quidem præsentem vitam magis necessariam ducebat, quam societatem Christi, atq; colloquium: nunc verò iam molestam sibi illam fatebatur & grauem, vt etiam ingemisset, atq; in mortis desiderium cogeretur. Ea enim iusta cupiebat, quæ illi secundum dénum lucra pareceret, etiamsi viderentur esse cōtraria. Erat enim quidem varius semper ac multiplex: non utq; dissimilatio ne mutabilis, quod absit; sed facies omnia, quæ predicationum, salutisq; hominum necessitas populo offert, in hoc quoq; domini sui inuenitus imitator. Nam & deus & homo apparuit, cum id eum oportuit apparere, & in igne quando tempus ita exegit: & nunc quidem se in habitu armati militis, nunc in similitudine hominis veritatem, secundum quam ne ipsam quidem inmortem refugit: sed iterum iterumq; commonito; nemo dispensationem istam necessitatem putet, sed tantummodo amorem dei erga homines intelligat. Nam & aliquando quidem super thronum, aliquando verò super Cherubin apparebat sedens. Omnia

tamen ista pro variarum dispensationum opportunitate faciebat, propter quod loquitur per Prophetam: Ego visiones multiplicavi, & jui manibus pro Osee. x. pherarum assimilatus sum. Ita igitur & Paulus credita sibi dispensationis modum sèpe variando, ne quaquam de domini sui imitatione culpatus est, cù modo Iudeus fieret, modo se illis nulla communica tione misceret. Et nunc quidem custodit et legem, nunc verò despiceret: & aliquando conseruaret præsentem vitam, aliquando conteineret: & nunc quidem etiam postularet pecunias, nunc autem oblatas etiam refutaret: nam & sacrificium obtulit, & purificatiōnem ex more celebrauit. Sed rursus & anathematizauit ista facientes. Et nunc quidem circuncis debat ipse, nunc circumcisionem penitus excludebat. Et erant facta quidem ipsa diuersa inter se, atque contraria: mens verò atque sententia ex illa fiebat valde sibi concuens atque concordans. Vnum illud requirebat & solum, eorum qui illum audiret ac videret salutem: propterea modo extollit legem, modo inclinat ac deficit. Non enim solum in acti bus suis, verumetiam in verbis erat, vt dixi, varius ac multiplex, non mutando sententiam, sed alter factus ex altero: sed ipse quod erat semper manendo, eorum quæ dicta sunt vñum pro causatum opportunitate variabat. Non igitur cum propter ista reperendas, propter quæ illum magis debes dignis laudibus coronare. Siquidem & medicum nunc vren tem videris, nunc fountem, nunc ferro vtentem, nunc medicamento, & aliquando quidem ægrotum à cibo potuq; cohidentem, aliquando verò eum ista laxantem: & modo quidem cooperientem vndique, & vndique confouentem: nunc verò ipsi illi calidacto securius plenam frigidis aquis imperante epotare phialam non utique super hac eum varietate & frequenti mutatione culpabis, sed nunc principue stupebis artem, quando ea quæ nobis contraria videntur & noxia, illum cum fiducia videris ostrentem. Hoc est enim veri artificis ac periti.

Si igitur approbamus medicum contraria ista faciem, multo magis Pauli debemus animam prædicare, tam multis & ac diuersis modis & agrotantibus coaptantem. Non enim minus hi qui animarum, quam illi qui corporū languore vexantur, arte opus habent, ac varietate curandi: ad quos si secure, & ve*l*ut ex directo voluerint accedere, omnis spes ab eis salutis a fugiet. Et quid mirum si homines ad hæc sanandi temperamento descendant, cum etiam omnipotens Deus hoc ipso medicinæ utatur modo, nec omnia nobis vniiformiter ac directim loquatur? Quia enim sponte nos vult effici bonos, non necessitate atque violentia, opus etiam habet mutatione curæ, non propter aliquam impossibilitatem suam, sed propter nostram fragilitatem. Ipsi enim licet vivere solum, inquit vellet tantummodo, iamque facta spectaret, quæ voluit. Nos vero qui semel dominatum nostri adepti sumus, non in cunctis deo subditos esse nos patimur, quia si traheret inuitos, eriperet ipse quod contulit, id est, arbitrii potestatem. Ne igitur istud fieret, frequenti fuit opus varietate medicandi. Hæc autem a nobis non superflue disputata sunt, sed propter heati Pauli varium studium atque sapiens, vt quando eum videris pericula diligenter, non illum admireris minus, quam cum se periculis gaudet opponere. Ut enim hoc fortitudinis, ita illud sapientiae est. Et cum videris eum magna de seipso longetem, similiter admireris, ac si illum vides semetipsum depretiantem. Ut enim istud humilitatis, ita & illud magnanimitatis est. Quando enīa gloriantem videris, admirare: sed iūnūm ille lauda, cum illum vides humilia de se & contemptibilia dicentem. Nam & hoc est animi arrogantia vacui, & illud dilectione & humanitate pleni. In dispensationem siquidem multorum salutis ista faciebat, propter quod ait: Siue enim mente excedimus Deo: siue sobrii sumus, vobis. Neque alius quisquam tantas, non dico occasiones, sed prorsus necessitates habuit arrogantia, neque rau-

*Cor. 5.*

men vllus alter ita se mundè ab omni iactantia subduxit. Hæc itaq; animo attentiore considera. Scientia, inquit, inflat. Et hoc omnes cum apostolo facile dixerimus. At tanta certe in illo erat scientia, quanta in illo vñquam fuerit, neq; tamen se extulit infolerter, qui se in hoc ipso humiliat, ac desicit dicens: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, et non me arbitror comprehendisse. Et si quis existimat se scire aliquid, nondū cognovit quemadmodū eum oportet scire. Ieiunium rursus inflat, idq; fecit Parisius ille manifestus, qui ait: Ieiuno bis in fabba to. Sed Paulus non modo ieiunans, verum etiam famem propter Christum patiens, se etiam abortiu vocabar. Et quid de scientia dico atque ieiunio, quando etiā tanta cum deo habens tamq; crebra colloquia, quanta nec prophetarum, nec apostolorum vllus habuit, per ea ipsa humilior reddebar? Non enim mihi dicas ista quæ legimus. Nam plura celavit, nec eum omnia dixit, ne gloria se maiore circumdaret: nec omnino cuncta tacuit, ne pseudoapostolorū cōtra le ora referaret. Nihil enim otiose ille faciebat, sed omnia cum causa iusta, probabilitq; ratione. Cū tanta itaq; ratione animi tantas res inter se diuersas, contrariasq; peragebat, vt eisdem tamen laudibus vñq; ornaretur. Quod dum adhuc aptius dicimus, intucre magnum loqui. Hæc autem tam opportune aperte faciebat, vt magis mereretur loquendo de se, quam tacendo, laudari. Qui nisi fecisset istud, culpas bilior erit illis, qui seipso importune laudare didicunt: & nisi etiam gloriatus fuisset, creditos sibi perdidisset, omnesq; res inimicorum dum se humiliaverat extulisset. Sic nouerat vñunque temperare, & cum recto consilio atque sententia ea quæ videntur reprobanda perficere tam utiliter & commode, vt non minus de illis placeret, quam cum imperata compleret. Amplius enim tunc Paulus placuit gloriando, quam alter laudes proprias occultando: nec tandem quiquam profuit cum sua merita celaret, quam ille cum proderet. Sed hoc quoque est multo admis-

## 250 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

admirabilius, quia de se nō modo locutus, verum etiam quantum oportuit, est locutus. Nō enim quā si maximam licentiam de opportunitate nactus, in moderatius laudibus suis v̄sus est: sed consideratili me quoisque eum progrederetur, agnouit. Neq; tamen istud sufficere sibi creditit, sed ne alios hoc sermone veraret, idq; efficeret ut feme tiplos inaniter prædicarent: libenter se etiam insipientem vocavit, quanquam certa inuitante causa de propria aliud quid laude perstrinxerit. Quia enim consequens erat, vt id ipsum respicientes, alij temere atq; inaniter eius vterentur exemplo, quod plerunq; continuit in medicis: s̄pē enim medicamentum quod opportune alter apposuit, importune alter admouens, vim medicaminis obscurat atq; corrumpt. Ne igitur h̄c quoq; istud accideret, vide quanta procuratione v̄sus sit: qui cum gloriaturus esset, non semel, non secundo, sed s̄p̄ius differendo atq; cunctando dicebat: Vt inā sustineretis modicum quid insipientiæ meæ: & rufus: Quod loquor, non loquor secundum deum, sed in insipientia. Cumq; tanta dixisset, non tamen ea se præmisisse contentus est, sed rufus ingeffurus in laudes, s̄metipsum occultat, & dicit:

2.COR. II.

Scio hominem, & iterū pro huiusmodi gloriabor, postq; h̄c omnia factus sum insipientis. Quis ergo eam stultus, quis inueniatur omni sensu ac ratione priuatus, qui vident sanctum illum; etiam cum tanta ei necessitas immineret, cunctantem tamen, argu metuentem, grande aliiquid de seipso loqui, & sicut equum usque ad præcipitia horrenda venientem, seq; s̄p̄ius inde trahentem, & quidem cum tanta hoc esset dispensatione facturus? Quis, inquam, sic sit insipientis, qui non etiam maiore abundantia curationis laudes suas fugiat, & tunc forte solum de illis aliiquid attingat, quando id opportunissimum tempus exegerit? Vt is aliud tibi tale quoque illius ostendam: Etenim istud est omnino mirabile, quia contentus non erat testimonio conscientiæ, sed etiam nos docebat iuxta quam regulam in taliterum

dicitur

## HOMILIA QVINTA.

251

discrimine deberemus incedere: nō sibi tantummodo de temporum necessitate satisfactionem parans, verum etiam alios erudiens quanta cum cautione, etiam tempore efflagitante, istud effugerent. Nam per ista quæ dixit, quodammodo illud effatus est: Grande malum est dilectissimi, de seipso aliquid grande dicere atq; mirabile, extremæ omnino dementiæ est, nulla imminente necessitate rerum, & necessitate violenta propriis velle laudibus decorari. Non enim est hoc secundū deum loqui: indicium potius est istud insania. Hoc enim nobis omnem prorsus mercedem evacuat, & quidem plurimis laboribus sudoribusq; quæsitam. Hæc enim omnia, hisq; plus dixisse videtur ad cunctos, dum loquendi de se necessitatē etiam excusatione munivit. His autē profecto maius est, quia necessitate cogente, nō vniuersa fudit in mediū, sed plura etiā & maiora celavit. Venio, inquit, ad visiones & reuelationes dei: Parco autem, ne quis de me existimet super id quod videt. Hoc vero dicendo, nos erudit, vt ne existente quidē necessitate, omnia quorū nobis cōscij sumus, in mediū proferendo vulgēmus, sed ea solum, quæ audientibus vtilia iudicamus: quoniā & Samuel (nihil) enim videtur inconsequens, illius quoq; memissæ sancti: in nostram siquidē vtilitatē laudeq; proficiet) & ipse, inquā, aliquando gloriatus est, & propria recte facta patefecit: sed qualia illa, quæ soq; vtiq; cognoscere audientibus conueniret. Non enim super decore pudicitiæ, neq; de obliuione locutus est iniuriæ, sed super tali re quadā, quam præcepit discere regem illius temporis oportebat: id est, de conferuanda integritate iustitiæ, & manibus abstinentiis à muneribus. David etiā glorians, de eis vti que gloriabatur, quæ emendare auditore valerent. Nique enim de se aliam cōmemorauit ille virtutē, sed v̄sum atque leonem adduxit in medium, atque aliud prorsus nihil. Etenim altius de se offerte sermonem, glorioli est, & insolenter sese iactantis: dicere autem illa quæ præsenti cause tantummodo necesa

## 252 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

necessaria sunt futura, amantis est multorumq; comoda cogitantis. Hoc itaq; fecit & Paulus, qui cum a pseudoapostolis carperetur, quasi non esset probatus apostolus, nec habens a Christo aliquā potestatē, propter obtręctationes falsas, in laudes suas ire compulsus est, quae maxime dignitatem eius ostenderent. Vidēsne igitur per quanta docuerit auditoře non inaniter gloriari? Primo quidem dum ostendit se, istud necessitatē vocavit. Secundo, dum plurimis laudes suas satisfactionibus temperaret. Tertio, quia non cuncta confessus est, sed majora superpressit, & hoc certe cum necessitate quadam in sua præconia cogeretur. Quarto, dum sub alterius perlonā dixit, scio hominem. Quinto, cum non oēs virtutes suas adduxit in medium, sed eam partem, quam præsens tempus maxime flagitabat. Neq; verò de tantummodo gloriando, eundem virtutum suarum seruabat tenorem, veruetiam in alios, quae viderentur iniuriosa, dicendo. Nam iniuriā inferre fratri inter prohibita numeratur, sed hac quoque specie ita Paulus opportune v̄sus est, et congrue, vt magis Gal. 3, etiam quam laudans placeret: propterea & Galatas insensatos vocat, & Cretenses ventres pigros, et bestias malas, & tamen etiam prædicatur. Fines etenim nobis exemplo suo statuit, ac regulas, venęlectores voluntatis dei, nequaquam cura leniore tractemus, sed sermonē in eos, qui paulo rigidius persecutiat, dirigamus. Omnium siquidem mensurę tam apud illū locatæ, ac propterea omne quod dixerit, omne quod fecerit, placet: & conuiciis coercendo, & laudibus prouocando, austrius aliquos auerando, & blandius admonendo: & cum effert seipsum, & rursus cum deponit ac deiicit, & cum de se gloriat, & cum se ipse miseratur. Et quid mirum si iuria & maledictum placet, quando placuit & gemitatio, & dolus quidem, atq; deceptio, non in Veteri solum, sed in Nouo etiam testamento? Hac omnia igitur diligenti examine ponderantes, admitemur Paulum, & glorificemus deum, vt ipsi etiam bona conice-

## HOMILIA SEXTA.

253  
consequamur æterna, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

## HOMILIA SEXTA.

**V**ltis hodie fratres dilectissimi, qui audien di studio huc conuenistis, vt magna gesta Pauli, atq; præclara, quæ iuxta quorundam suspicionem habere videtur aliquid reprehensionis, in medium proferamus. Etenim inuenimus illum non minus de his, quam ex cæteris clarū effici, atq; magnificum. Quidnam illud ergo est, qđ reprehensibile indicatur? V̄sus est, inquit, aliqua do plagas timere, quod certe v̄sus est, quando cum loris milites tutuiderunt: neque verò solum tunc, sed alias quoque apud illam purpurę venditricē. Quando etiam causas apud illos mouebat, qui eū de carcere iam educere festinabant. Nihil enim aliud ista faciendo, nisi sibimetipſi defensionem parabat, & si quid horum fugeret, rursus in ea ipsa prouidebas. Quid igitur dixit? Siquidem nihil eum ita magnum atque mirabilem, vt hæc dicta declarant, quia vtq; & talem habens animam, id est, non malignitate quadam ac desperatione præcipitem, & corpus cedens plagiis, atq; verbera contremiscens, non minus tamen, quam incorporeæ virtutes, omnia illa quæ videntur terribilia despexit, cum hoc tempus exigeat. Quando ergo illum vides extentum ad plagas, metuentem, illorum recordare verborum, per quæ transcendit ad celum, angelisq; certauit, dicendo: Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribus iatio, an angustia, an persecutio, an famæ, an nuditas, an periculum, an gladius? Illorum quoque verborum memento, quibus omnia quæ patitur, nihil esse pronuntiat, dicens: Quod enim in præsenti est momentaneum ac leue tribulationis nostræ, supra radum in sublimitate æternum gloriæ pôdis operatur in nobis. Adde his quotidianas tribulationses, imo singularum mortes dierum, atque ista perpetuus, admirare Paulum, & de teipso desperare desiste.

Rom. 8.

2.Cor. 4.

siste. Hæc enim quæ videtur infirmitas esse naturæ ipsa est maximum eius virtutis indicium, quia tandem se utique præstabat, etiam cum multarum rerum necessitate torqueretur. Quia enim enormitas periculi hanc de illo multis opinione suggesterat, & spicare eos prosector fecerat, quod super humanam naturam ille proficiens, tatus existeret: idcirco affligi permittebatur, ut disceres, quia cum secundum naturam unus esset de pluribus: propter voluntatem non solum supra multos homines, verum etiam unus esset ex angelis. Cum tali enim anima, taliter corpore mortes militare tolerabat, despiciebat præsentia, contenebat futura, clara illa atque magnifica verba resonabant: Quoniam optauit, inquit, ego ipse & anathema esse a Christo Iesu pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Possibile est enim dei iusta perficere, si modo velimus omnem naturæ trepidationem alaceriter virtute superare, nihilque impossibile est eorum quæ a Christo hominibus imperantur. Si enim quantum est in nobis velimus virtutem exprimere, maximum etiam nobis deus adiungit auxilium, atque ita, et si omnia in nos aduersa concurrant, tamen in medio periculorum intactaque seruabimur. Neque tamen metuere plaga reprobatione dignum est, sed propter plagarum metum aliquid indignum pietate committere. Hoc ipso enim quo plaga timet, qui in certamine non vincitur, admirabilior ostenditur, quam ille qui non timet. Magis enim in isto virtus relurgit, cui vicerit etiam illa quæ timuit. Nam plaga formidare, naturæ est: nihil autem indecens plagarum timore committere, voluntatis naturam infirmam iumentis est, eiustus imbecilitatem sua virtute superantis. Sicut nec micerere culpabile est, sed per micerore aut aliquid facere, aut dicere eorum quæ deo displices. Quod si ego Paulum fuisse hominem denegarem, merito mihi has fragilitates naturæ eius opponeres, quibus nostrum postles refutare sermoni. Si vero ipse dico, atque confirmo, quia homo quidem fuit, & nulla nobis etiam naturæ conditione prætantior,

fuit tamen melior voluntate: frustra mihi ista propo-  
nitis, immo non frustra, sed omnino pro Paulo, & hinc  
potissimum qualis ille fuerit, ostendis, qui in tali na-  
tura viuēs, potuit quodammodo esse supra naturam.  
Non autem illum tantummodo extollis, sed etiam co-  
suis ora torpentium, seleq; in desidiam reclinantium,  
non eos sustinens ad eminentiam confugere natu-  
re, sed impellens ad studium voluntatis. Sed et mor-  
te, inquis, aliquando pertinuit: sed hoc quoque pro-  
fecto naturæ, & tamen rursus hic ipse qui morte ti-  
muit, dicebat: Nam quondiu sumus in hoc taberna-  
culo, ingemiscimus grauati; & rursus: Nosipsi intra-  
nos gemimus. Videsne aequiparanter, quomodo è  
duero naturali infirmitati virtutē opposuerim vo-  
luntatis? quia & martyres plurimi cum ducerentur  
ad mortem, sæpius palluerunt, & timore ac trepida-  
tione complexi sunt. Sed hoc ipso præcipue mirabi-  
les comprobantur: quoniam illi ipsi qui mori timu-  
runt, mortem tamen propter Christum minime re-  
fugierunt. Sic & Paulus, qui cum mortem timeret,  
ne ipsam quidem recusabat gehennam, qui pro-  
pter desiderium Christi, etiam cum formidaret in-  
teriorum, tamen cupiebat resolui. Non autem hic so-  
lus rais fuit, sed ille quoque qui fuit Apostolorum  
caput, qui sepe dixerat paratum se esse pro Christo  
animam tradere, & tamen mortem vehementer hor-  
auerat. Audi igitur quid ei super hoc Christus loqui  
tur. Cum autem senueris, alias te cinget, & ducet  
te non vis; naturæ infirmitatem exprimens, non  
voluntatem. Siquidem natura nobis inuitis quo-  
que ostendit sua, & infirmitates eius superare non  
possimus, nec si valde studioseque cupiamus; nec  
cubamus istud, quia utique inde nihil laeditur,  
imo inde magis sumus admirabiles. Non enim  
crimen est mortem timere: immo è contrario, quan-  
ta laus est nil turpe atque seruile perpeti per timo-  
rem. Non enim naturam habere infirmitatibus sub-  
ditam, sed seruire infirmitatibus, criminosum est: ve-  
nietio magnus ille habeatur, atque mirabilis, qui im-  
becilis

*2. Cor. 5.  
Rom. 8.*

*Ioan. 21.*

## 256 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

fecillitatem naturæ voluntatis virtute superauerit: & hoc ipso ostendit, quanta sit liberæ voluntati potestas, obstruitq; ora dicentum, cur non natura boni facti sumus, nec cum ipsa virtute progeniti? Quid enim refert natura esse, quod potes effici voluntate? immo tanto est melius sponte esse bonum, quam fortis: quanto vtiq; præstat coronis, & amplissima laude decorari, quam penitus nil mereri: quanquam si velis voluntatem fortem habere atq; robustam, hoc illo penè fit firmius. An vero non vides concisa martyrum corpora, ferroq; cadentia, nec tamē cedere, aut vinci in aliquo voluntatem? An forte nō ipse etasti etiam Abraham voluntate naturæ impedimenta superantem, quando vtiq; vnigenitum filium natus est immolare, cum certe tunc natura quasi fortiori cesserit voluntati? Nonne vidisti i dipsum ubi tribus pueris accidisse? Nonne etiam audisti iudicium antiquum & seculare proverbiū, q; fiat ex cōsuetudine secunda natura? Ego vero dixerim, q; etiā prima, sicut superioris dicta docuerunt. Vides igitur & haberis posse illā, quæ in natura est firmitatem, si sit voluntas fortis ac vigilans: & quod maiore labore sit dignus, qui esse vult bonus, quam ille qui cogit: hoc est enim esse præcipue bonum: itaq; cum dicit, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigot: timeo enim ne cum aliis prædicauerero, ipse reprobis efficiar: ostendit naturæ infirmitatem: per ista verò, quæ dixi, voluntatis nobilitatem. Idecirco enim vtruncq; positum est, vt neq; propter illa mātra, alterius eum opineris esse natura, & ipse de vita desperes: neque per ista paruula, sanctam illam reprehendas animam: sed hinc quoq; desperationē rursus excludens, ad meliorem spem te ipsum reducas. Propterea rursus adiungit etiam id quod dei esse gratia proprium confiteretur, & quidem exaggerando atque cumulando. Sed grato erga deum animo facit, pietatē sententia, ne quid scilicet suum esse credatur. Dicit autem etiam quod ad ipsius pertinet voluntatem, ne in deum cuncta proiciens, dorinire malis ac stertere. Omnium nanque mensuras, ac regulas apud eum inuenies. Sed maledixit alſo quando, inquis, Alexandro erario. Et quid istud spe car ad vitium? Non enim fuit hic sermo iracundia, sed potius doloris, qui certe ortus est de veritatis iniuria. Non enim propter seipsum dolebat, sed quia prædicationi ille restiterat. Valde enim, inquit, restitit, non militavit, sed verbis nostris. Ut & suum erga veritatem exprimeret affectum: & non solum illum cui scriberet, sed certe his quoq; discipulos solaretur. Quoniam enim satis consequens erat scandala

2.Chr.9.

Gal.6.

## HOMILIA SEXTA.

257

terti potest, que nec de nostra putatur proferre natura. Quādo enim dicit, Mundo crucifixus sum: quid aliud videtur dicere, quam quod etiam ex corpore ipso animi virtute migrauerit? Quid vero datur carni, cum proculdubio dicit: Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satana? Hoc autem nihil est prorsus aliud, quam ostendere contemptissime dolore se corpore sentientem, non quia non ingredereatur animum, sed quia magnitudine voluntatis excluderet eum atque depelleret. Cum vero alia plurima his mirabiliora dicat, & gaudeat verberatus, & glorietur catenatus, quid alius quispiam dixerit, quam istud quod ipse memorauit? Quoniam dicendo quidem, castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: timeo enim, ne cum aliis prædicauerim, ipse reprobis efficiar: ostendit naturæ infirmitatem: per ista verò, quæ dixi, voluntatis nobilitatem. Idecirco enim vtruncq; positum est, vt neq; propter illa mātra, alterius eum opineris esse natura, & ipse de vita desperes: neque per ista paruula, sanctam illam reprehendas animam: sed hinc quoq; desperationē rursus excludens, ad meliorem spem te ipsum reducas. Propterea rursus adiungit etiam id quod dei esse gratia proprium confiteretur, & quidem exaggerando atque cumulando. Sed grato erga deum animo facit, pietatē sententia, ne quid scilicet suum esse credatur. Dicit autem etiam quod ad ipsius pertinet voluntatem, ne in deum cuncta proiciens, dorinire malis ac stertere. Omnium nanque mensuras, ac regulas apud eum inuenies. Sed maledixit alſo quando, inquis, Alexandro erario. Et quid istud spe car ad vitium? Non enim fuit hic sermo iracundia, sed potius doloris, qui certe ortus est de veritatis iniuria. Non enim propter seipsum dolebat, sed quia prædicationi ille restiterat. Valde enim, inquit, restitit, non militavit, sed verbis nostris. Ut & suum erga veritatem exprimeret affectum: & non solum illum cui scriberet, sed certe his quoq; discipulos solaretur. Quoniam enim satis consequens erat scandala

R. lizari

2.Tim.4.

2.Chr.11.

## 258 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

Iizari omnes, nihil patientibus aduersariis veritatis, idcirco & ei qui repugnauerat, dei communatus

**E. Thes. i.** est vltionem. Sed oravit aduersus aliquos, dicens: Si tamē iustum est apud deū retributionē reddere his qui nos tribulant, non illos poenas luere concupisces, sed eos qui affligebātur cōsolari studens, propter quod & infert. Et vobis qui tribulamini, requietem nobiscum. Cæterum cum ipse aliquid criste perpetitur, audi quam alta patientia philosophetur, & propter mala bonam vicē reddat inimicis. Male

**2. Cor. 4.** dicimus, inquit, & benedicimus: persecutionem patimur & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Si autē quæ pro aliis facta, vel dicta sunt, iracundiae dicas fuisse, potes dicere & Elymam magnum per iracundiam excēcatum, iniuriōseque corruptum. Ananiam quoq; & Saphiram per iracundiam à Petro imperfectos clamabis. Sed quis est ita stultus & saxeus, vt hoc audeat suspicari? Alia quoq; plurima inuenimus eum dixisse atque fecisse, quæ ad specievidentur onerosa. Verum hæc ipsa sunt, qua præcepue modestiam eius ostendunt. Etenim cum satans tradit eum, qui Corinthi fuerat fornicatus, cū multa hoc effecit charitate, plenoq; amoris animo, idq; ex secunda epistola euidenter ostendit: & ē regione ētū Iudeis minatur, ac dicit, peruenit in eos ira dei: non utique furore plenus id loquitur, que audimus pro ipsis frequenter orantem, sed detergere eos studens, per quæ eos redderet meliores. Sed sacerdoti, inquis

irrogauit iniuriam, dicens: Percutiet te deus paries dealbate. Nouimus quidem quod de hoc loco alii qui satisfacientes, loco prophetæ velint esse quoniam dictum est: nec culpo dicentes: etenim istud evenit, siq; defunctus est. Si quis tamen acrior insurgat inimicus, & curiosius reparans quæstionem, contra dicat, ac referat: nonne nouerat, quia summus erat sacerdos? Hoc utique dicemus, quoniam erudiens alios, erga eos qui potestate sunt modestius conuera fati, atque monens, ipse quoque huic voluit obremperare, sicut & Christus fecit, qui certe cum sermone mille

## HOMILIA SEXTA.

259

mille fanda atque nefanda dixisset, attamen: **S. Mat. 3.**

per cathedram Mosi sederunt scribæ & phariseæ:

omnia ergo quæ dicunt vobis facite: secundum au-

tem opera eorum nolite facere. Ita igitur & hic Pau-

lus, & cōseruauit pontificis dignitatem, & quod fu-

turum erat, ante prædixit. Quod si Ioannē a consor-

tio s̄parauit, & hoc utique rectissime pro communi-

ni officio prædicationis effecit. Eum siquidem qui

istud suscipit officiū, non oportet molle esse quen-

dā atque resolutū, sed fortē et per cuncta robustū.

Neque saltem attingere quisquam debet præclari hu-

ius munieris functionem, nisi paratus sit millies ani-

mā suā tradere in morte, atque discrimina. Dicit

enīm ipse dominus Iesus: Si quis vult post me veni-

re, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, &

sequiatur me. Qui ergo non tali animo est, multos

etiam alios suo perdit exemplo, magisq; utile est, si

qui estat s̄tū tantum vacet, quām si procedat in

mediū, & onus suis viribus maius astumat: sic

enīm non propriam solū, sed etiam multorum si-

bi creditorum prodit salutē. Et reuerā quomodo nō

absurdū est, vt cum alius nesciat arte gubernandi

pugnandi q; cum fluctibus, nec si mille rebus adiga-

tur eligat ad clausū sedere: & ille qui ad prædicandū

pergit officium, temere ad istud, ut cūque cōtingit,

accedat, atque innumerabilū rerum curam absque

villa consideratione suscipiat? Non itaque nauī gub-

ernatorem, non ab bestias dimicantem, non ludo

gladiatorio destinatum, non alium quempiam om-

nino sic ad discriminā & mortes paratam atque ex-

positam oportet habere animam, vt eum qui susci-

pit officium prædicandi. Nam & pericula profecto

maiora, & aduersarii sauiores, & non vñ quoddā

moris genū incumbit, nec usquam prorsus simili

conditione certatur. Celyum nanque hic in præmio,

in supplicio autem gehenna proponitur, & æternā

animæ salutis, atque perditio. Non solum autem eū,

qui prædicationi accingit, sic oportet parati,

sed quenquamque, vel simpliciter Christianum: nam

**LUC.**

R 2 crucem

crucē tollere, & sequi Christum omnibus imperatur. Si autē cunctis, multo magis doctoribus populū atq; pastoribus, quorum ex numero etiam Joannes tunc erat, qui dicebarū & Marcus: qui, quoniam se in ipsa acie fronte cōstituēt, nimis inuīriter egreditur, eum merito Paulus abiecit, ne illius quasi contigit, vires corrumperentur aliorum. Si vero, vt Lucas refert, quoniam aliqua inter ipsos facta est cōtentio, noli hoc delictū putare. Non enim cōmōueri malum est, sed irrationabiliter, nulloq; iusto fācitate negotio commoueri. Iracundia, inquit, iniusta non iustificabitur: non ergo culpatur simplex iracundia, sed iniusta, & rursus: Qui iratus fuerit sibi suo sine causa. Non ergo simpliciter iratus, & propheta dicit: Iraescimini, & nolite peccare. Quod si omnino huiusmodi ut non oportet affectū, etiam cum tempus exposcit, frustra nobis videtur ingratis, sed profecto non frustra, quem certe prouidus nobis creator inseruit, vt dormientes animas, atque resolutas ab inertia ac desidia suscitareret. Quasi enim gladio aciem, ita menti nostrae irae acumen impulit, vt eo, cum oportet, utramur. Propterea igitur & Paulus hoc sēpe est vīsus affectū, & modeſte loquuntib; erat melior iratus, cum tempore omnia facies opportuno, pro lucro et commido prædicandi. Neque enim simpliciter lenitas semper est bona, sed cū illam tempus efflagitat: quando vero id non adest, etiam ista vitiosa est, fitq; inconstantia. Hæc vero omnia non pro Paulo satisfaciens sum locutus: non enim nostri ille indiger sermonis: laus enim eius non ex hominibus, sed ex deo est: sed quo auditores eritiam, vt omnibus ad opportunitatem vtantur affectibus, sicut iam ante memorauit. Sic nanque poterimus vndeque spiritu aliū lucrorum incrementa colligere, cumq; maximis diuitiis ad portum tutilli mun peruenire, & consequi in deficiente coronas, quas etiam nos omnes contingat mereri, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

Quoties

**Q**VOTIES hi, qui portant signa regalia clangunt ante se tuba, & acie militum præente, ingrediuntur vrbes: omnis populus cōsuevit accurrere, ad audiendū buccinæ sonum, vel signum quod in sublime fertur videndū, ipsius etiā virtutē ferentis. Quoniam igitur & hodie non vrbe, sed orbem Paulus ingreditur, concurramus omnes. Et enim iste non signum terreni alicuius regis, sed in celo regnantis Christi crucē portat, & præcedūt non hominū, sed angelorū ceterū, non solū in honore eius signi quod fertur, sed in eius à quo fertur auxilium. Si enim propriā vītam regentibus tantummodo, nihilq; pro communi vīlitate facientibus, angelii ab omnium domino deputati sunt, sicut ait unus ex iustis, Angelus q; eruit me à iuuetute mea; multo magis his, quibus totius orbis cura cōmissa est, calumq; donori onera portantibus virtutes ad sunt supernæ. Et illi quidem, qui in exercitu hoc honore donati sunt, ornantur velle pretiosa, aureis torquis, colla subnixi, nitentes vndeque, & vndeque fulgentes: iste vero catena pro torque circūdatus gestat crucē, & persecutionē vndeque sustinens, fame ubique perpetiens. Sed nihil est dilectissimi, quod ex huius sermonibus ingemiscas. Siquidē iste ornatus multo est illo melior & clarior, atque amicior deo, propter quod & portans minime laborat. Hoc est nanque mirabile, quia cū vinculis, verberibus, atq; vulneribus longe splendidior erat diadema purpuraq; fulgentibus. Quod enim esset vere clarior, & quia nō ad somniū tantummodo ista dicuntur, ipsius vestimenta docuerunt. Nā si mille diadema, totidemq; purpuras ardentī febri superponas, nemodū quidē flāmē eius valebunt extinguere. At corporibus, morbos omnes fugabant. Si enim latrones videntes signum illud militare, non irruunt, sed auerū repente diffugiant, multo magis & ægritudines & dæmones, Christi signo apparente, fugiebāt. Sic autem Paulus ferebat hoc signum, non vt sōus

Gen. 43.

R,

illud

illud portaret, sed ut omnes quoq; tales esse doceret  
ac faceret, propter quod clamat atq; dicit: Id ipsum  
certamen habentes, quale audistis & vidistis in me.  
Et vobis donatū est, non solum ut in eum credatis,  
sed ut etiam pro illo patiamini. Etenim præsentis  
vitæ dignitates tunc clariores videri solent, quan-  
do in uno tantū homine constiterint. In spirituali-  
bus vero è contrario, tunc magis splendet honores,  
cum sibi plurimi eorum cōmuniōne sociantur, cum  
non vñus est particeps dignitatis, sed multos habet  
qui eisdem honoribus perfrauantur. Vides igitur hie-  
oēs esse signiferos, & Christi nomen vnumquemq;  
gestare in conspectu gentium atq; regū, ipsum vero  
Paulū etiam cū sibi anathema optat, atq; suppliciū.  
Sed non hoc præcepit & ceteris, quod certe illi pot-  
tare non poterant. Vidistis nempe quantę nostra si-  
nature capax virtutis, quam nihil si homine pote-  
suis, & adhuc vtiq; mortali. Quid enim mihi hoc  
maiis, inq; quid poteris saltem æquale memorare?  
Quantom verò iste, quāso, honore dignus est an-  
gelorum, qui hoc verbi pōgit effari? Qui enim in  
temporali hoc atq; mortali corpore constitutus, cū  
cū etiam quoru non erat dominus, pro Christo no-  
dubitat offerre, hic si incorporeæ fuisset naturæ, qd  
tandem facere distulisset? Nam & angelos propter  
ea miramur, non quia incorporei sunt creati: si quis  
dem cū diabolus sit incorporeus & inuisibilis,  
est tamen omnibus infelior: quia factoris dei me-  
ruit offensam. Hinc etiam homines infelices vo-  
mus, non quia videmus eos carne circundatos: sēu  
cū non ea, vt oportet, vtuntur, alioquin & Paulus  
carne induiebatur. Vnde igitur talis emerit, & tan-  
tus? Et ex proprio videlicet, & ex dei: & idcirco ex  
dei, quia de proprio. Nō enim est personarum acce-  
ptor deus. Si aut dixeris, & quemadmodū illū uni-  
tarī possibile est disce quid dixerit: Imitatores mei  
estote, sicut & ego Christi. Ille ipsius Christi est  
etius est imitator, tu vero nec apostoli. Ille domini  
ximulacrum fuit, tu autē neq; serui; & quā tandem por-  
teris

teris negligentiæ tuae umbrā obtendere? Quemad-  
modū vero eum imitatus fit, ostendit. Idq; ab inicio  
considera ab ipsis principiis. Quanto enim ex illis  
salutaribus emerit fluentis, tanto igne plenus exi-  
vit, vt nec necessarii sibi putaret magistrum. Non  
enim expectauit Petrum, nec venit ad Iacobū, neq;  
ad alium omnino quenq; sed propria alacritate ra-  
ptus, ita totā illā, in qua fuerat baptizatus, prædicā-  
tione sua inflamauit vrbe, vt seuissimū contrase iu-  
dæorū præliū concitaret. Violentissimū enim perso-  
nū Christus in ardentissimū repente prædicato-  
rē immutauerat. Siquidē etiam cum Judæus esset, su-  
prā dignitatē suam multa faciebat, alligans, abdu-  
cens, trahens in publicum Christians. Sic etiā Mo-  
ses cū à nullo in principatum populi ordinatus fui-  
set, contribules suos tame à Barbarorum iniuritate  
defendit. Hęc enim sunt fortis cuiusdā ac virilis aco-  
mi certa documenta. Hoc signū propriæ liberatq; sci-  
entiae, nequaquam in aliorti afflictionib; tenere pa-  
tentiam: sed benigne atq; constanter tueri eos qui  
oppimuntur, etiam si nullo in hoc ordinetur officio.  
Quia vero iuste opus arriperat priscipatus, do-  
us hauc ei postea contulit dignitatē. Id ipsum autem  
seruauit in Paulo: qui quā recte faceret vltro arripe-  
re initia sermonis atq; doctrinæ, deus similiter ostē-  
dit, cito doctoris eum honore sublimans. Si enim  
magisteri atq; primatus adipisciendi gratia ad pro-  
curanda tanta negotia profiliuerint, consequenter  
essent de ambitione culpabiles. Cum vero vterque  
periculā diligenter, mortesq; in se procurarent vna-  
dique, vt alios acquireret in salutem: quis tam aperi-  
te infelix est, qui tantæ deuotionis studium crimi-  
natur? Quid enim aliorum amantes salutem, ista  
pericerint, & sententia declaravit dei, & eorum  
prædictio, qui male ictum concupierunt honorem. In-  
tuerunt siquidem tunc & alij huiusmodi principa-  
rum, sed protinus interempti sunt: nam alterum qui  
dem lapsus a celo exussit ignis, alterum subitus liga-  
tus terra absorbuit. Non enim propter defensio-

## 264 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

*2. Tar. 7. 6.  
Act. 8.*

nem populi ista faciebant, sed ob gloriam dignitatis. Irruit et Ozias, sed lepra commaculante punitus est. Irruit etiam Simon, sed reprobatus est, & morte periclitatus. Irruit vero etiam Paulus, sed apostolatus gloria coronatus est. Non enim in sacerdotium nec honorem, sed in ministerium irruit atque labores: maximeq; in hoc zelo & alacritate properauit, propterea prædicator, propterea continuo clarus efficitur. Sicut enim qui princeps fuerit ordinatus, nisi digne impositum sibi administraret officium, meretur etiam maiora supplicia: sic alter, & si non ordinetur quidem, suscipiat tamen, & sicut oportet impletat, non dico sacerdotium, sed sollicitudinem curamq; multorum, omni profecto est honor dignissimus. Propterea igitur ne vnum quidem diem in otio pausus est & quiete transire hic in praedicandi ardore ipso igne vehementior: sed simul ut salutifero ex fonte concendit, plurimamq; in se fidam ipse succedit, non pericula timuit, non irruenes erubuit & opprobria Iudeorum, neq; sermonem suum ab illis respici indignanter tulit. Non aliud quicquam horum simile cogitauit, sed alios accipiens oculos, utique charitatem, aliamq; mentem, multo cum impetu instar torrentis irrupit: omnia pariter Iudeorum trahens atque conuoluens, & ex scripturis ipsum esse Christum euidenter ostendens. Et certe nondum in eo tam multa gratia munera coruabant, nondum tanta fuerat spiritus illuminatione donatus: sed tamen inflamata continuo voluntas, mortificataq; anima cuncta faciebat: & quasi semper satisfaceret deo de tempore iam peracto, sic gerebat omnia, sic lucra spiritualia vndiq; colligebat, in locu, qui esset bellis pars maxima, & laborum periculorumq; plena fiderent insiliens. Hoc vero maiore quoq; admiratione dignum est, quod cum tam esset audax, ac velut ad pugnam semper accinctus, & ignem quandam bellicum spirans: ita fursus placidum se præbebat magistris, vt nunquam eos, vel in tanto illo impetu alacritatis offendierit.

Itaque

## HOMILIA SEPTIMA.

265

Itaq; feruenti tunc, vel potius furenti præceperunt, vt ire Tarsum atq; Cæsaream, nec tamen renuit. Dixerunt, quia eum per murum deponi oporteret, et passus est. Dederunt consilium pro implenda purificatione, non resistit. Suaserunt ne in theatrum ingredetur, & cessit. Ita se huic rei totum dedicauerat, vt omnia pro fidelium utilitatibus libenter acciperet, pro ipsorum ædificatione, pacem, consensem, dispensationem, concordiam, diligendo, & eundem se, ac semper æqualem prædicationi vbiq; seruando. Cum igitur audis quod fratrem miserit ad tribunum, vobis de periculis liberari, & quod appelleret Cæsarem quodq; Romam ire festinet, nequaquam putas verbum esse formidinis. Qui enim gemebat in hac se ad huc esse vita, quo putas modo eligebat esse cu Christus? Qui & ccelum propter ipsum despiciebat & angelos, quo tandem pacto haec præsentia diligebat? Quis igitur rei gratia ista faciebat & proculdubio, ut diutius prædicationi insisteret, cumq; multis hinc creditibus, atque omnibus coronatus iret ad Christum: tam profecto metuebat, ne pauper hinc atq; insummatam salutis abscederet. Et idcirco dicebat opus multorum salutis abscederet. Et idcirco dicebat permanere autem in carne necessariu est propter vos propterea ergo cum videret meliorem pro se in iudicio processisse sententiam, ipsoq; dicente Festo, ab solui poterat homo iste, nisi appellasset Cæsare: vincis tamen cumq; plurimis vincitis, qui mille facinora commiserant, ductus, non erubuit cum illis largiori quinimo omnium simul nauigantium curam gestebat, sui quippe securus, seq; tutum satis esse certissimus. Cumq; vincitus per tam vastum pelagus duceretur, ita gaudebat tamen, tanquam in maximum imperium. Etenim non paruum illi præmium urbis Romæ conuersio proponebatur. Verum ne illos quidem qui pariter nauigabant, despectu habendos putauit: sed illis quoq; de veritatis suauitate modulatus est, indicans sibi diuinos apparuisse virtus, & ea quæ fuerant sibi dicta, commemorans; idest, tibi donavi homines istos. Hoc verbis facies

R s bar,

bat, non seipsum arroganter extollens, sed illos sibi ad persuasionem fidei parans. Propterea & Deus permisit pelagus cōmoueri, ut per id quod auditus non est, spiritualis Pauli gratia panderetur. Nam & cum dedisset consilium nauigandum non esse, contēptus est ventumq; est vsc; ad extrema discrimina. Verum ne cōtemptu quidem eorū factus est onerosior: sed rursus, quasi pater filii prouidebat, agebatq; omnia, ne quisquā periret. Postquam verò Romam ingressus es, ibi quoq; quanta cū modestia annuntiat veritatem, quanta etiam cū libertate obstruit ora impiorū. Verum nec ibi stare contentus, etiā in Hispaniā percursit. Cum autem sapientius varia pericula sustineret, confidebat magis atq; fiebat audacior: nec ipse solum, sed etiā discipuli propter ipsum, qui eius virtute animabantur exemplo. Quemadmodum enim si eū remissorem segnioremq; vidissent, ipsi etiam profecto suis sent moerore deieceri: ita qui illum fortiorē factum esse cernebant, & inter iniurias atq; plagas cōstantie saepe virtute crescentem, ipsi quoq; cum maiore fiducia prædicabāt, idq; significans ait, Ita vt plures ē fratribus confidentes vinculis meis, abundantius audent sine timore verbum dei loqui. Si enim dux militiae fuerit fortis ac robustus, non modo cädens ac prosternens: verumperiā vulnere ipse percussus, subditos suos efficit fortiores, magisq; hoc præstat vulneratus ipse, quam vulnerans. Cum enim hi qui subtili pugnant magistro, viderint inficta vulnera, fluent sanguinē, & nec sic quidem illum hostibus aliquando cedentem: sed stantem fortiter, hastasq; vibrantem, & crebris certisq; ictibus in aduersarios prouidentem, nec omnino qusequam parcentem dolori, maiore absque dubio tanto duci alacritate subduntur. Hoc itaque factum est & in Paulo. Videntes enim illum ligatum catenis, & nihilominus in carcere prædicantem, videntes etiam verberatum, & tamen verberantes ipsos sermone capientem, maiorem profectō fiduciam colligebant. Et idcirco dixit simpliciter confidentes, sed ita, ut abundancius

dantius auderet sine timore verbum dei loqui: Magis, inquit, modo quam cum essem liber a vinculis, fiducialiter prædicabant. Tunc enim certiorem alacritatem & ipse capiebat, ac vehementius in aduersarios ferebatur, & incrementa persecutionis, maioris illi siebant causa constantiae. Inclusus est quidem in carcere, tantumq; in eo virtutis resulxit, vt etiam fundamenta quaterentur, & ostia panderentur. Custodem quoque tunc ipsum carceris ad fidem transulit, iudicii penè persulit, ita vt ipse diceret: In modico me suades Christianum fieri. Rursus cum lapidaretur, plenam populi ciuitatem fidei louce donauit, & vocabant eum quasi iudicaturi Iudei. Tunc etiam Athenienses facti sunt ex aduersariis subditi, & ex iudicibus repente discipuli. Sicut enim ignis in diuersas plerunque materies incindens augetur magis, & ex subiecta sibi substantia incrementa sortitur: sic etiam lingua Pauli, quibusunque fuisset admota ad seipsum eos continuo transferebat. Impugnatores quoque eius celeriter ipsius verbo capti pabulum quoddam spirituali huic efficiebant igni, perq; ipsos magis euangelii fama crescebat. idcirco dicebat: Alligatus sum, 2. Tim. 2 sed verbum dei non est alligatum. Fugabant eum frequenter inimici, et quatuor quidem ad rem speclarat, persequebantur: quatum verò ad eventum rei, aliis mittebant magistrum: quodq; faciebant amici atq; concordes, hoc velut studio exequabantur iniurias, nunquam sinentes eum in una habitaculum regione collocare, sed persecutionibus insidiisq; perlentes, per cunctas oratione prouincias medium curriendebant, vt omnes videlicet salutaria eius lignata remedia sentirent. Rursus alligauerunt eum: sed aerius in defensionem fidei discipulos cōcitarerūt, persecuti sunt, & non habentibus miserunt magistrum. Ad maius iudicium prouocauerunt, sed vibius Iudei beneficium contulerunt, propter quod et iudaci dicebant de apostolis dolentes: Quid facies

*Act. 4.* mus istis hominibus? Per quae enim eos opprime re volumus, per eipsa prouelhimus. Tradiderunt cuncti carceris, ut eum diligenter ligaret, sed ipse a Paulo arctius alligatus est. Imposuerunt eum nau cum reis atque vincitis, ut plane etiam nolentes ocy us iter eius facerent explicari, accidentibus naufragiu factum est cum Apostolo nauigantibus causa doctrinae. Minabantur mille supplicia, ut ignem pre dicationis extinguerent, qui e contrario magis inde crescebat. Et sicut de domino dixerunt, occidamus eum, ne tollant Romani locum nostrum atque gentem, acciditq; contrarium: nam quia occiderunt eum, propterea Romani & gentem eorum & ciuitatem tulerunt: & quae putabantur impedimenta prædicationis, fortia efficiebant auxilia. Sic etiam prædicante Paulo, quod aduersarii ad opprimendum intulere verbum, hoc illud ad ineffabilem quandam altitudinem subleuauerunt. Super his vero omnibus gratias bono tantarum rerum auctori agamus Deo, glorificemus Paulum, per quem ista competerunt. Oremus etiam, ut ipsi quoque eisdem perfundatur bonis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo gloria patri, cum spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

*Ioan. ii.*

## HOMILIA OCTAVA.

**S**æpe fulgido cœli globo delectatus oculus ad spectaculu oppositi è regione luminis sele viu lenter intendit: & licet sentiat aciem suam invi parem radiorum esse certamini, desiderio ammen illius pulcherrimi luminis intuendi libenter inservi, radiantis orbis reluctatur corusco. Tale igitur quippiam ego ipse perpetior, qui cum videbam propriæ mentis oculos ex radis apostoli splendoris hebetari: cupio tamè Pauli animam, miro fuligore virtutum rutilantem, velut eminus intruci, & contra importabiles solis micatus contentiofa subre certamina. Sol enim quidam est hominibus Paulus, qui totum prorsum orbem fulgentibus linguis suæ radiis illuminauit, quiq; vniuersas circumuenientes gen

do gentes cursum omnino solis imitatus est, ac ministrare regiones omnes, quasi libero à corpore animo peruelauit, & hoc cum ei amara vndiq; vulnera crebris obuiarent. In duas nanc; partes omne tunc fere hominū scindebatur genus, in eorum scilicet qui horribili rabie erga idolorum cultum ferebantur, et in illorum, quos legis zelus in euangelii odia flammat. Ab vtraq; verò parte grauissima in Paulum bella surgebant, cum Iudei vndiq; illum quasi paternarum traditionum corruptorem fugarent, gentes verò quasi deum mortuum prædicantem. Noli enim illum, qui tuc fuit rerum statum, huic qui modo est comparando magnitudinem apostolici laboris attendere, sed ipsa adhuc prædicationis exordia mente perpende. Considera prius pelagi sauentis furorem, & tum demum vim gubernatoris intelliges: sicut enim in quodam fratre, ita Paulus mediis in fluctibus estuabat, ac mille discriminum vrgebatur procellis. Inter ipsa quippe euangelii principia, prædicationis nouitas vehementes ei tentationum turbines suscitauit. Iudeorum nanc; tuc populi movebantur, quos ad hoc Mosaica videbantur præcepta compellere. Pharisæorum quoque latrabat gressus, cum dudum à se crucifixi prædicare deitatem dolorerent. Indignabatur etiam conspiratio sacerdotum, cum audirent crucem quasi sceptrum quoddam regale celebrari. In huiusmodi bello Iudei sociabantur & gentes, qua aris diuim, ac templis, puluina in cineribus assueta pene rā euelli sibi nescii amictabantur errorem. Iudices in prædicationem euangelii sauentes, suæ adstabant cateruae. Reges suiger idipsum bellum gerebat, auditam crucem cuncti abominabantur exercitus, quam sapientes recipere nesciebant, quasi signum vtique damnati: sed Paulo totius hoc mundi bellum omni erat pace incondius. Delectabat enim quicunq; illum propter euangelium vulnerabat: hinc est quod ille Graciæ atq; Barbariam, cum illatis sibi vulneribus alacer circuibat, non minus plagis suis gaudens, quam res

gis

## 270 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

gīis triumphis: haud aliter delectatus naufragiis, quam cæteri acquisitis solent gaudere thesauris: litoribus, quos ei verbera sèpius inferebant, qualibusdam gloriam coronis, afflictionibus ut deliciis vtebatur, squalore carceris ut paradisi amicitate gaudebat. Cui teò beate Paule iustorum veteris testamenti, vel noui audeam comparare? Omnia quippe virtutem quasi in arca quadā, sed cum mulro prorsus cumulo cōdidisti. Denirè etiam si rotum contra te aliquis sigillatim iustorum appendat, chorūm, inuenies trutinam virtutum ponderibus tua parte depressam. Paulus vere secundus Abel, verum non semel, sed per dies singulos immolatus. Paulus alter Noe, sed absque arca insurgentes aduersus se vndas impietatis enatigans. Paulus alter Abraham non modo à patria vel gente, sed post vaccinationem suā ab ipsa etiam vita prorsus abscessus. Paulus alter Isaac sponte in hostiam colligatus. Paulus alter Jacob, quasi pro vino quedam totius mundi grege semper inuigilans. Paulus alter Iosephi, sp̄ rituali fame tabescente mundo veritatis alimenta distribuens. Paulus alter Moses, qui omnes gentes à tyrannide diaboli reduxit ad Christum. Paulus alter Aaron, totius mūdi populis inunctus sacerdos. Paulus alter Phinees, impietatem Iudeorū atque Gentilium, quasi fornicationem mentium, vno dei mucrone cōfodiens. Paulus alter David, qui verlut quendam Goliam in certamine diabolum provocat. Paulus alter Helias, clarissimus raptus in celos. Paulus alter Helisæus, qui gentes ab interiori p̄ pollutione mundauit. Paulus alter Ezechias, qui ad vnam fidem Christi diuersos populos attraxit. Paulus alter Iosias, qui abominationes gentium dissipauit ac perdidit. Paulus alter Ioanes pro Christo capite truncatus. Paulus alter Petrus, conde celo vocatus ad credendū. Paulus alter Gabriel, qui Christi ortum cunctis gentibus nuntiauit. Paulus alter Michael, qui Christianorum dux esse fortis est: etiam si angelorum, etiam si iustorum hominum

## HOMILIA NONA.

271

num circumuolem choros, non inuenio comparationem, cui non tamen cumulo meritorum Paulus occurrat. Acclamatio populi, & post acclamationes etiam mortuus Paulus ardenter nobis theatra pietatis accedit. Sed quandiu versabo linguam, nunc iustis viris Paulum, nunc etiam angelis comparando & Opulentissimum hunc thesaureum, in nostris aude peccatoribus recondamus. Hauriamus certam virtutem ex abundanti isto bonae voluntatis fonte manantes, & cupiditate maxima feracissimæ huius arboris poma rapiamus, variisq; floribus, æ fructibus plenum apostolicarum virtutum pratum metentes, sumamus è Paulo fulgentem rosam castitatis, eligamus fidei florem marcescere nescientem, decerpamus ex eo vberimos patientia fructus, & virtutum omnium colligamus, demus beato Paulo gloriam, vt dicat de nobis in futurum: Ecce ego & pueri quos mihi dedit Deus, ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

## DE FERENDIS REPREHENSIONIBVS,

&amp; conuerfione Pauli.

## HOMILIA NONA.

**R**eprehenderūt nos amicorum quidam, quod productiora sermonum initia faciamus. Igitur siue iniuste illi taxent, siue iuste sententiam ferant, vt pote de his, quæ à nobis audierunt, hic quasi in foro, in quo omnibus iudiciale concessum est, nos hoc primum præfatione demonstrabimus: quod illis ob hanc reprehensionem gratiam habemus. Reprehensiones enim non ex malitia, sed cura proximi proficiuntur. Alleuauerim amare me amicum non solum quando laudar, sed & quando reprehendit & corrigit. Nam omnia laudare tam quæ bene se habent, quam quæ male, non fuerit amici, sed irrisoris: & non diligenter, sed decipientis. Laudare si quid fiat ut debet, reprehendere autem si peccatum fuerit, amici & curan agentis. Et ut discatis, quod sine delectu

**Esa.3.** lectu omnia laudare, & in omnibus beatum dicere, non sit amici, sed impostoris, dicit scriptura: Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & semitam pedum tuorum exturbant. Sanè inimicum ne laudatē quidem probo, amicum vero & reprehendentem amplexor. Ille & si me osculetur, iusta uis est: hic & si vulneret, amabilis. Illius osculum suū spicione plenū est, huius vulnus medicamenti vim habet. Propter hoc dicit quidam: Fideliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici. Quid dicas? Vulnera amicorum meliora dicit. Non enim ad naturam eorum quae fiunt, sed potius ad affectionē eorum qui faciunt, attendit. Vis discere, quomodo fideliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici? Osculatus est dominum Iudas, sed osculo prodidit, venenum habebat os eius, malitiaq; imp̄ leta erat lingua eius. Paulus vulnerauit eum, qui apud Corintios scortatus fuit, sed saluauit. Et quomodo vulnerauit? Dicit quod dederit eum satana. Inquit enim: Tradatur satana ad interitū, quo spiritus sanguis sit in die domini Iesu. Vidiſti vulnera salutem aſſerentia, vidiſti osculum prōditiōne plenū? Sic fideliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici. Verum inquiramus quomodo hoc dicitur, non solum in hominibus, sed & in Deo & diabolo habeat locum. Ille enim amicus, hic inimicus: ille saluator & curam nostri gerens, hic inimicus & deceptor. Et hic quidem aliquid dedit osculum, ille, vero vulnus inflixit. Ex quomodo hic osculatus est, et ille vulnerauit? Hic quidē dixit, Eritis sicut dicit ille autem, Terra es, & in terram abibis. Vt etiā dicitur magis profuit, hic ne qui dixit, Eritis sicut dicit ille qui dixit, Terra es, & in terram abibis? Ille mortem interminatus est, hic immortalitatem promisit. Atqui hic, qui immortalitatem pollicitus est, ē paradise eiecit: Ille vero qui mortem cōminarū est, in cœlum inuexit. Vides quomodo fideliora vulnera amici, quam blanda oscula inimici? Proinde hoc primum declarare volui, quod gratiā habeam his,

**Pro.20****Luc.22.****Cor.5****Gen.3**

his, qui me arguant. Amici enim, siue iuste, siue iniuste arguant, non opprobrire volunt, sed hoc faciunt ut emendent. Inimici autem & si iuste reprehendunt, hoc tamen agunt, non ut corrigan, sed ut exhibent: sicut & illi dum laudant, hoc vnum spectant, ut meliorem reddant: & hi dum laudat, student quomodo supplantare possint. Verunramen quomodo cumque reprehensione contingat, utile fuerit, bonumque magnum inferantur reprehensiones & accusationes, & non detur locus iræ & exasperationi. Qui enim odit redargui, ait, insipiens est. Non dixit sic vel sic redargui, sed tantum redargui. Nam siquidem iuste arguit amicus, agit ut peccatum corrigat: sin absq; ratione & immerito, iam laudanda est voluntas eius, & probanda bona mētis intentio, agnoscēdūq; & testan- dum amicitiae beneficium: non enim reprehenderer, nisi multum diligenter. Proinde ne stomachemur, ne succenseamus, cum arguimus. Quod si omnes ita affecti essemus, ut & argueremus peccantes, & lapsi libenter ferremus reprehensiones: mirum, quā hinc vitæ nostræ accederet cōmoda. In peccatis enim hoc operantur reprehensiones, quod in vulneribus remedium. Id circō sicut insipiens est qui pharmaca reticit, ita & stultus qui non suscipit grato animo reprehensiones. At qui non raro multi exasperantur, & intra semetipſos cogitant & dicunt: Sapiens ego, & tanta prudens intelligentia, hunc ferrem, ignorant autem quod hoc extrema dementia sit indiciū. Videbam enim, inquit, hominem qui sibi videbatur sapiens, & maiorem illo spem habet insipiens. Ea propter et Paulus dicit: Ne sitis prudentes apud vosmetipſos. Nam licet mirum in modum sapiens sis, & perspicias ea quæ oportet, attamen homo es, & consiliario tibi opus est. Solius enim dei est nullius indigere, & nullo opus habere consiliario. Et propterea de eo solo dicitur: Quis cognovit sensum Domini, vel quis eius consiliarius fuit? Cæterum homines nos, etiā plurimi sapientes simus, in multis tamen reprehendi meremur, atq; hinc naturæ nostræ appetit infirmi-

273

**Rom.12****Esa.46**

)( S tas

## 274 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

cas. Non enim omnia esse possunt in hominibus. Et quare? Ecce filius hominis non est immortalis. Quid lucidius soles' attamen & lux eius deficit. Et profecto sicut fulgidam illam lucem, & fulgurosum iubar <sup>se</sup> penumero superuenientes tenebrae obtegunt: itaq; intellectum nostrum, quasi in meride fulgentem & perspicuum inconsiderantia obrepens tenebrosum reddit. Et nonnunquam euenit, vt sapiens non video at quod oportet, & minor & hebetior clare & acute illud perspiciat. Hinc est, quare neq; sapiens extollit, neq; abiectione miserum se dicere debeat. Itaq; magnū bonum est ferre reprehensiones, magnum etiam bonum est posse reprehendere: nam hoc fides & curae quam proximo debemus, exigunt. Iam nos si quem videmus veste breuiori, & ex lateribus aperta, vel alioqui indecenter vestitum, admonemus & emendamus: verum videntes vitam eius dissolutam, verbum quidem proferimus, videntes mores eius nefarios, præterimus: tametsi ridicula sint ea quæ ad vestes pertinent, periculosa autem & damnosa, quæ ad animam. Dic obsecro, Nōne cum vides fratrem per præcepis ferri, vel alioqui per incuriā alio q[uod] oportet spectare, marum ei porrigitur nōne à lapsu eriguntur? Et in his, maiors ratiōnis non reprobentur, & non haberi pro inimico, q[uod] filius eius curam habere? Et quam habiturus es apud Deum veniam? vel quam defensionem? Non audisti quid Deus Iudeis præcepit? nempe ne errantia inimicorum iumenta despiciant, & lapsa ne prætererint. Quod cum Iudeis præceptum, ne inimicoru[m] fratera contemnant, nos ne fratum animos, qui quotidianus supplantantur despiciemus? Et quo modo non est summa inhumanitas, & ferina crudelitas, nos non tantum curæ hominibus impendere, quantum alijs iumentis? Hoc est quod omnem vitam nostram cōfundit, hoc est quod omnia in ordinem subvertit, quia neq; boni cōsulimus, cum reprehendimus, neq; alios reprehendere volumus. Ideo enim molesti sumus cū arguimus, quia & exasperamur cū arguimus.

*Exod. 23.**Deut. 22.*

## HOMILIA NONA.

Enimvero si sciret frater, q[uod] a te laudaretur te argues ipse etiā vicariam eadem operā tibi impenderet. Cet[erum] si discreueris, q[uod] etiamsi ingenij acrimonia ait tecellas alios, sisq; valde perfectus, peruererisq; ad summū ipsum virtutis fastigium, opus tibi sit consilio, & aliquo qui te corrigit & arguat, audi histrio veterem. Neq; enim Mosi facile par fueris, qui, vt *Numb. 11.* scriptura inquit, omniū hominum erat mitissimus, amicusq; deo, & in externa philosophia bene instritus, & nō minus spiritualiū intelligentia insignis. Vides omnigenā eius eruditionem? Erat autē potes in verbo & opere, alioq; virtutibus. Cuius & aliud habet testimoniu[m]. Multis prophetis, inquit, familiatis suit Deus, sed nulli sicut Mosi. Nam aliis quidē per ænigmata & somnia, Mosi vero facie ad faciem quereris ne aliud maius virtutis illius argumentum, q[uod] omniū d[omi]nū seruo, vt amico loquitur? Erat itaq; sapiens, tam domestica q[uod] peregrina eruditione: erat potens verbo & opere. Imperabat creatura, quia amicus erat domini creatura. Eduxit tantū populum ex Ægypto, māre diuisit, & iterū coniunctū, in miraculum sane admirabile. Tum enim primū fū vidit mare, non nauali, sed pedestri itinere transiit, in pelagusq; non remis & nauibus, sed equorum pedibus transmitti. Nihilominus sapiens ille, qui tam potens in verbo & opere, qui amicus dei, qui creatura imperauit, qui tanta miracula operatus est, non animaduertit iem, quā mortaliū pleriq; facile cōsidet. Sacer autē eius, homo barbarus et obscurus, statim animaduertit, & in mediū attulit, quā ille non temere cogitauit. Quę igitur hæc causa audite, vt & vobis prosit. Consiliariis enim oēs opus habet, etiā si Mosi conferri possint. Multa enim sunt, quæ magni & admirabiles viri ignorant, quæ tamen parui abiectique scire solent. Nam postquam Moses ex Ægypto exit, & in solitudinem venit, præfuit sex centoru[m] milium populo, & solus omnium contentus iudicauit: quod vidit sacer eius. Erat autem iethro homo alioqui barbarus, & insipiens,

S 2 quicq;

## 276 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

quiq; in solitudine vitam egerat, neq; vlli cōmunicārat qui populos legib; reixerat, & adhac impius erat, quo non est certius insipientiæ argumentum. Nihil enim Gentilibus est insipientius. Veruntamē ille barbarus, ille impius, ille insipiēs, vbi vidit Moisēn quādam prēter dignitatem facere, eum correxit, non curans quōd sapiens esset & intelligens, & amicus. Et cum dixisset ei, Quare illi stant coram te: didicissetq; causam, inquit: Non recte hoc fecisti, sunxitq; consilio increpationem: & neq; sic exasperatus est ille sapiens, ille intelligēs, ille tot myriadum dux. Neq; enim hoc paruum & contemnendum, quōd ab homine barbaro & priuato docetur. At non inflabatur vel principatus magnitudine, vel miraculis quāt operatus erat, neq; rubore suffundebatur, quōd tot præsentibus, iisq; subditis corrigeretur: sed considerabat, quōd licet magna ā se signa fierent, humanae tamē particeps esset naturæ, quam non raro multa latenter, atq; ideo cum mansuetudine consilium suscepit. Est nūn videre aliquos, qui ne putentur alieno indigere consilio, malunt potius vtilitate consiliū ceterū, quam suscepta admonitione peccatum emendare. Imō eligunt ignorare q̄ discere, quanvis sciant nos esse crimen non ignorare, sed nolle discere: non in dōctum esse, sed doctrinam respuerū: nō reprehendi, sed inremendabiliter peccare. Et sāpē abiectus quis ipsam & vilis inuenit, quod magnus & sapiens vir præterit. Quod Moses quoq; considerans, omni cūm manu suetudine audiuit illum cōsulente, ac dicentem sibi: Fac tibi tribunos, centenarios, quinquagenarios, decanos, & si res aliqua grauior fuerit, referant ad te sin leuior, dijudicent ipsi. Hæc vt audiuist, non erubuit, nō est confusus, nō est reueritus subditos, nō dixit intra lemetipsum: Contemnente me subditi, si ab aliis quid faciendum sit didicero: sed obtemperauit, & fecit iuxta consilium illius. Quid quōd non solū propter eos, qui ea tempestate erant non erubuit, sed neq; propter nos post se futuros, imō tanquam honestū status hac socii admonitione, non illos solum qui

Exod.18.

## HOMILIA NONA.

277

Nunc erant homines, sed etiā eos qui usq; ad nostram cratēm secuti sunt, & usq; ad Christi aduentum erunt, per totum orbem factum hoc literis docuit, et quod non potuerit animaduertere quid opus factō, & quod correctionem & consilium a socero accepit. Nos autem si corā vno homine arguimur, & corripimur: conturbamur totis visceribus, obstupescimus, & de vita huius summa periclitari nos putamus. At Moses non sic agit, sed videns tot milia hominum præsentia, imō tot myriades quā interim fuerunt & sunt hodie, futuras non erubescit; sed prædicat quotidie omnibus, idq; literis, quod sacer suus animaduertit ea, quā ipse considerare non potuerat. Et quare hoc fecit: quare factum memoriæ commendauit: non aliam ob causam, quām vt nos doceat, ne vñquā de nobisipsis sublime sentiamus, etiāsi omnibus sapientiores simus: neq; patrū consilia contemnamus, etiam si omnibus viliores habeantur. Et si quid utile vel comodum consulat aliquis, elto minister sit, tu tamen admonitionē suscipias: siu perniciale quiddā, esto in summa dignitate sit, eius sententiam reicias. Non enim qualitas personarum confulentum, sed natura consiliū, in omnibus obseruanda est. Hoc igitur est, quod Moses nos docuit, vt non erubescamus si arguamur, etiam si tota nostra pleba afflit. Reprehensionem enim bene ferre, nō vulgaris, sed summa philosophiæ præconiū & laus est. Nō adeo laudamus & admiramur hodie Iethro, qui Moses corredit, sicut sanctum illum, qui non erubuit tot præsentibus corrigi, & factum hoc memoriæ commendare, declarans in omnibus sapientiā suam, quod gloriam in tanta eminentia, quā sibi a pluribus impensa fuisset, contempnit & conculcauit. At nos de prolixitate procemiorum rationē redditur, iterum maius fecimus procemium, sed non temerē, neque sine causa: differuimus enim interim de summis, multumq; nobis necessariis, vt libēter feramus cum arguimur, & alacriter arguamus & castigemus eos qui peccant. Verū operæ pretium est, vt tandem

## 278 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

& nos satisfaciamus illis, rationemq; dicamus, propter quam tam longis procemiis vtamur. Et cuiusnam gratia tantam verborum farraginem offundimus viris, qui mulieres habent, dominibus præfunt, & quotidiano opificio, & secularibus negotiis viciū querunt: neq; hoc solum molestum, quod continuo sunt occupati, sed q; semel duntaxat in hebdomada huc confluunt. Seruiunt nobis in hoc procēmia, vt auditores de dicendis per compendium instruātur, & manifestior tradatur doctrina. Fateor enim nou opus procemiis neq; instructionibus his qui semper scripturis vacant, neque aliis occupationibus distrahuntur: statim enim auditio lectore, dictorum mentē accipiunt. Qui autem bona temporis partem secularibus negotiis impendunt, & rarius hic comparent, nisi procēmia audiant, & instructi intelligent quae sermonem illum præcedant, absq; lucro hinc abeant. Non est autem hæc sola nobis procēmiorum causa, sed & alia non minor quam ista. In tanta multitudine sunt alij qui adueniunt, alij qui sæpe non adueniunt, & necesse vt laudentur præsentes, arguantur absentes: vt illi qui dem laudibus studiosiores euadāt, hi autem reprehensi, ignauā abſicant. Est & alius usus procēmiorum. Incidimus enim sæpe in longiora argumenta, quæ vno die ad finem perducine nequeunt, & interdum duobus vel tribus diebus, vt recte explicitentur opus habent. Vnde tunc opus est die secundo finem doctrinæ prioris repetere, vt dū principio finis congruit, sermo cohæreat, auditoribusq; minus sit obscurus. Et vt discas, sermonem absque procēmiis valde obscurari: ecce exempli gratia affiram aliqua. Ut autem vidit eum Iesus, Tu es Simon, inquit, filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatum est Petrus. Vides num intelligatis dictum? num intelligatis consequentiam, & quare dicta sint? quandoquidem absq; procēmio introducta sunt. Comparatur igitur qui hoc facit, ei qui hominem omni ex parte obiectum in spectaculum ad dicit. Age igitur dimisio procēmio redeamus ad sermo

## HOMILIA NONA.

279

*AET. 5.*  
sermonem de Paulo, qui nuper ortus cum de nominibus differeremus & quereremus: Quare qui alia quando dictus est Saulus, postea vocatus sit Paulus. Hinc digressi sumus ad veteres historias, & de omnibus qui gemina nomina sortiti sunt, inquisiuimus. Fuiimusq; & tunc Simonis memores, & vocis Christi ac eum dicentes: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatum est Petrus. Vides quomodo quod paulò ante obscuritate plenū videbatur, nunc fit aliquanto notius? Proinde sicut corpus capite, arbor radice, & flumen fonte indigeret: ita & sermo procēmio. Itaq; & cū nos via initium & progressum monstrauerimus; tāgamus deinceps historiam procēmii. Saulus autē adhuc spirans minas & cædem in discipulos Domini. Atqui in epistolis Paulus vocatur, quare ergo hic nomen mutauit spiritus sanctus? Quemadmodū dominus, qui seruum mercatus est, ostendere volens se dominū serui, nomen illius immitat: ita & spiritus sanctus fecit, ubi Paulum captiuū accepit, vocabulum eius mutauit, vt etiam inde disceret Paulus se habere dominum. Nominū enim impositio dominij signū est, & principium. Et vnde hoc declarabimus? Facile ex his, que Dominus cū Adam egit, perspicuum erit. Volemus enim docere Adamum, quod eū principem & dominū omnīū fecisset, adduxit ad eum omnia animalia, vt videret quid vocaret ea. Quo monstrat, q; nominū impositio dominū testetur. Quod si & ab omnibus ita factum videri vultis & discere, olim tales fuisse morem, q; seruori in captiuitate abducitorum nomina mutata sint, audite quid fecerit Babyloniorū rex. Nam vt captiuū abduxit Ananiā, Azuriā, & Misælem, non reliquit eorum nomina prima, sed vocavit eos Sedrak, Mesak, & Abdenago. Verum quam ob causam spiritus sanctus non statim mutauit nomen Pauli, sed expectauit ad tantum tempus? Si statim conuerso Paulo, mutatum fuisse & nomen eius, tunc minus manifesta fuisse eius conuersio, & ad fidem translatio-

S 4 Nam

## 280 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

Nam sicut in famulis vsl eueniare solet, quod obscuri fiant, si quamprimum fugam inierunt, sua nomina mutarint: ita & in Paulo contigisit, si mox vt rello. Etis Iudæis ad nos venit, aliud nome fortitus fuisset: nemo enim sciunset, qd persecutor ille esset euangeli sta. Accidit autem hoc, vt palam fieret ex persecutore factum apostolum: quodquidem hoc Iudæos multa habebat, quod doctor suus, qui pro eis olim stabat, nunc se eis opponeret. Quapropter vt ne subita no minis mutatio, voluntatis mutatione occultaret, reliquit est ei multo tempore nomen primum. Hinc enim oes discebant, quod ille ipse esset, qui prius fuerat eccliam persecutus. Postq; autem omnibus hoc factum est notum, tunc transmutatus est & nomen. Et quod hæc sit vera causa, audi ipsum dicentes: Veni in partes Syria & Ciliciae. Eram autem ibi ignotus a facie ecclesiis Iudææ. Iudæam vocat ea, quæ est in Palæstina. Si igitur in Palestina erat ignotus, quato ignotor fuisset in ecclesiis, quæ in aliis locis sitæ: Eram ignotus, ait, facie, nō nomine. Quare ignotus erat facie. Nullus enim fidelium ipsum videre audebat, cū nos impugnaret. Tanta cæde, tantoq; furore plenus era. Pròinde ab eo resiliebant omnes, fugiebant oes, & sigilicubi præsentem eum cōspicarentur, ne aspicere quidem audebant: tam efferratus erat, & infestus ad libus. Tantum autem audierant: qui persequebatur aliquando, nunc euangelizat fidem quam impugnabat. Quoniam ergo à facie eum ignorabant, rau tumque audierant, qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam impugnabat: si nomen statim mutatum fuisset, neutiqua qui audierant hæc cognouissent, quod ille qui persequebatur eos aliquando euangelizaret. Nam quoniā pri mun nomen eius, & quod Saulus vocaretur sciens si comutato illo vocatus fuisset Paulus: fuissetq; ei a quoipiam nuntiatum Paulum euangelizare, qui per sequebatur ecclesiam, nesciuiscent quod hic ille esset Saulus, eo quod non Saulus, sed Paulus, vocaretur. Atque hac de causa relictum est nomen eius primū aliquan

Gal. 1.

## HOMILIA NONA.

281

aliquandiu, donec omnibus fidelibus fieret notius, atque etiam his qui longe aberant, & non viderant eum. Satis itaque demonstratum, quare non statim mutatum est nomen eius. Reliquum operæ pretium ad initium sermonis redeamus. Saulus autem adhuc spirans minas & cædem in discipulos Domini. Quid est, quod dicit, Adhuc? Quid enim antea fecit, quod dicas, Adhuc? Sane dicere, adhuc, de homine dicitur, qui antea mala multa operatus est. Quid ergo fecit? Quin tu mihi dicas, quod malum non fecit? Sanguine Hierosolymas impleuit, fideles perfecit, ecclesiam impugnauit, apostolos persecutus est, Stephanum occidit, neq; viris neq; mulieribus pepercit. De hoc audi & discipulum ipsum dicente: Act. 8. Saulus antem deuatabat ecclesiam, domusq; ipsas ingrediens, vi mulieres & viros rapiebat. Nō enim sufficiebat ei forum, insiliebat & in domus. Dicit enim: Domos ingrediens. Et non dicit dicens, neq; tahens mulieres & viros: sed vi rapiens mulieres & viros: sicut de fera dicere solemus. Rapiens viros & mulieres. Neque naturam reuerebatur, neq; sexus miserebatur, neq; infirmitatem respiciebat. Zelo tamen, non furore hæc faciebat. Et ob hoc venia digna fuit, cum Iudæi qui eadem faciebant, accusatio ne erant digni. Nam Iudæi quid respexerint, ipsi manifestabant, nempe quod omnia honoris & gloriae gratia fecerint. Erant enim apud multos in magna existimatione. At Paulus non sic, sed zelo dei, tæsti non secundum scientiam. Et hinc est, quare Iudæi mulieres quidem dimiserunt, viris autem infesti fuerunt quoniā in illos transisse gloriam suam videbant: hic autem ob zelum erga oes tales se gerebat. Hæc igitur omnia animo perpendens Lucas, & videns ipsum nondum satiatum dicebat: Saulus autem adhuc spirans minas & cædem in discipulos Domini. Non faciat eum cædes Stephani, non explerat concupiscentiam eius Ecclesiam persecutio, sed ulterius procedebat, & furoris eius nullus erat finis: a cæde Stephani digressus persequutus est Apostolos: & S 5 idem

idem faciebat quod stenians lupus, qui insiliens in  
caulam ouium, agnum inde rapit, quem ubi devo-  
ravit, audacior fit. Ita enim & Paulus in chorum  
apostolorum insiliit, & inde rapuit agnum Christi,  
Stephanum, quem dilaniaret, & cæde audacior effe-  
ctus est. Et propterea dicit, adhuc. Quanvis quem  
non impleret miseratione cædes illas quem non pla-  
caret mansuetudo eius, qui occidebatur: & cum la-  
pidaretur, orabat & dicebat: Domine, ne statuas en-  
peccatum hoc? propterea persecutor euangelista fa-  
ctus est: mox enim post homicidium conuersus est.  
Quippe Deus audiuit vocem illam: Dignus enim  
erat Stephanus qui exaudiretur, tum propter futu-  
ram Pauli virtutem, tum propter illius confessio-  
nem: Domine, ne statuas eis peccatum hoc. Audi-  
ant quicunque inimicos habent, quicunque inu-  
duntur, quicunque ab auaritis premuntur. Nam lu-  
cet plurimas feras molestias, nondum tamen lap-  
datus es, sicut Stephanus. Et vide quid sit factum.  
Obturus est fons vñus Stephani, & apertus est  
alius, plurimos emittens fluuios. Nam postquam  
siluit os Stephani, mox sonuit tuba Pauli. Sic nunc  
quam dereliquit Deus in finem ad se currentes, sed  
dona dat maiora, quam ab inimicis auferuntur. Nō  
enim tamē illi ejecerunt militem ab exercitu, qua-  
lem in locum eius subinisit Christus. Saulus autem  
adhuc. Et aliud quiddam manifestat illud, Adhuc  
Quid illud? Quia adhuc ferocientem, adhuc infi-  
cientem, adhuc in vigore furoris existentem, adhuc  
cæde seruentem attraxit Christus. Non enim ex-  
pectauit ut exploreret furorem, ut ostenderet mor-  
bum, ut extingueret flamas affectionum, & fati-  
gatus debacchendo mansueret, & tunc tandem  
traheret, sed dum vigeret furor, ipsum cepit: ut si se  
deret potentiam suam, vincens & superans perfec-  
torum in media insaniam. Enimvero medicum tunc  
maxime admiramus, quando febrem cum infestior,  
&flammam morbi cum vehementior est extingue-  
re, & penitus abolere potest. Id quod & in Paulis  
con-

contigit. Vox enim domini quasi ros quidam de-  
super descendens, à morbo in ipso flammæ feruore  
liberauit. Saulus autem adhuc spirans minas & cæ-  
dem in discipulos domini, reliquit multitudinem,  
& nunc in principes ipsos insilie. Etenim sicut qui  
excindere vult arborem, ramis relictis, radicem in-  
fra execat: ita sane & hic adortus est discipulos, radi-  
cem prædicationis volens eximere. Verum disci-  
puli non erant radix prædicationis, sed discipulo-  
rum dominus, qui & dicebat: Ego sum vitis, vos  
autem palmites. Eapropter inuicta illa radix, quan-  
to plures excidebantur palmites, tanto plures &  
maiores iterum pullulabat. Eiectus est Stephanus,  
& pullulauit Paulum, & eos qui per Paulum credi-  
derunt. Factum est autem, dicit, cum appropiaret  
ille Damasco, repente circumfulgurauit eum lux de  
celo, & vt procidit ad terram, audiuit vocem dicen-  
tem sibi, Saule, Saule quid me persequeris? Quare  
non allata est prius vox, sed lux prius eum circum-  
fulgurauit: vt cum silentio vocem audiret. Nā qui  
in opere aliquo intentus & furore plenus est, etiam  
si plurimi vocent, prorsus non animaduertit quid  
ante se agatur. Ne ergo hoc & Paulo euichiret, & fa-  
ctorum insaniam ebrius vocem cōtemneret, vel prin-  
cipium non audiret, mente tota in tonitruo occupa-  
tus per lumen excæcatis oculis, & compresso  
furore, extinctaque omni animq turbulentia, & inge-  
ni in anima serenitate reddita, vocem emisit: vt de-  
preno fastu his quæ dicebantur, mente sobria &  
modesta intenderet. Saule, Saule quid me perseque-  
ris? Verba hæc non tam arguentis, q̄ defendantis  
sunt. Quid me persequeris? In quo paruo, magno, ac  
euseare me potes, tibi per me iniuria facta: an quod  
mortuos vestros fuscitau, vel quod leprofos pur-  
gau, vel quod dæmones fugau? Sed propter hæc  
magis adorare, quam persequi me oportebat. Porro  
vt clare cognoscas, quod hæc sint verba defen-  
santis, audi quomodo iisdem penè verbis vtitur cō-  
tra Iudeos. Nam sicut hic dicit: Saule, Saule quid me  
perse-

## 284 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

persequeris? sic illic Iudeis: Popule meus quid red  
tibi, vel in quo contristavi te? Saule, Saule quid me  
persequeris? Ecce iaces supinus, ecce ligatus es ab  
que catena. Et sicut dominus famulum, qui pluri  
ma & grauiam commisit, manu comprehensum, &  
vincutum alloquitur, Quid tibi vis faciam nunc?  
Ecce venisti sub manus meas. Ita & dominus v/  
dens Paulum correptum, & prostratum, supinumq;  
ac tremulum praetimore, & nihil facere valentem,  
dico: Saule, Saule quid me persequeris? Quod nunc  
peruenit ferox ille tuus furor? vbi insanias? vbi ze  
lus intempestiuus? vbi vincula, & circumcursatio  
nes? vbi atrocitas illa? immobilis quidem eris nūs,  
& neq; videre persequentem poteris. En qui festina  
bat, qui vbiq; circumcursabat, opus nunc habet ali  
quibus qui manuducant: eapropter et nunc dicit ei:  
Quid me persequeris? vt discat, quod quæ prius fa  
cta, sponte sua permiserit, & q; non fuerint infirmi  
tatis illa, quæ olim: neq; crudelitatis, quæ tunc age  
bantur: sed vtraq; benevolentia & cura. Quid ergo  
Paulus? Quis es domine? inquit. Agnoscit dominus,  
virtutem didicit ab indulgentia, in cæcitate confu  
etur potestate. Quis es domine? Vidiisti animam  
gratam & benevolam, vidiisti mentem libertatem ples  
nam, vidiisti conscientiam sinceram & incorruptam.  
Non obluctatur, non contendit, sed statim cognos  
cit dominum. Non sicut Iudei, qui videntes mon  
tuos suscitari, cæcos cernere, leprosos purificari: non  
solum non accurrebant ad talia facientem, sed eum  
& planum ac impostorem vocabant, & omnibus  
modis insidias mouebant. Paulus autem non sta  
bat, sed statim conuertebar. Quid ergo Christus?  
Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Et quare non  
dixit, Ego sum Iesus, qui resurrexit: Ego sum Iesus,  
qui sedit a dextris dei: sed, ego sum Iesus, que tu per  
sequeris? Ut perstringeret eius metem, ut compa  
geret eius animam. Audi ergo Paulum post multa  
tempora, plurimam bona opera hoc lamentantem:  
Ego enim sum, ait, minimus apostolorum, qui non  
sum.

1. Cor. 15

## HOMILIA NONA.

285

sum dignus ut vocer apostolus, eo quod persecutus  
sum ecclesiam dei. Igitur qui post multa bona ope  
ra, & tata tempora hoc lugebat, quid verisimile est  
ipsum per temporis paßum, quo nullum bonum  
opus habebat, & conscius persecutionis, vocem il  
lam audiebat? Cæterum aggrediuntur nos hic qui  
dam dicentes: Vos autem ne pigeat, etiam si Vespe  
ra deprehendat. Pro Paulo omnis noster sermo est,  
pro Paulo inquam, qui per triennium die ac nocte  
discipulos docuit. Aggrediuntur itaque hic nos qui  
dam, dicentes: Et quid mirum quod Paulus ad fidem  
peruenit, cum Deus vocem illam, quasi funem cer  
uici eius iniecerit, viciq; ipsum ad se duxerit? Atten  
date diligenter. Erenim sermo ille communis est Gen  
tibus, Iudeis, & nostris, qui suæ incredulitatis  
operculum putant, si iustum accusent, nescientes q;  
duplex peccatum peccent, & quod errorem suum  
ipsi non deponant, et sanctum dei talibus culpis no  
tare tentant. At nos eius nomine, per gratiam dei de  
fensionem afferemus. Quæ igitur accusatio est? Vi  
& necessitate ipsum, inquit, attraxit Deus. Qualis il  
la vis et necessitas, dic o homo? Vocavit eum super  
ne. Credis omnino quod vocavit eum superne? Igi  
tur & te hodie vocat per illam Vocem, cur & tu nō  
obedis? Vides non esse necessitatis negotium? Nam  
si necessitas quædam soror, oportebat & te obediere:  
cum autem & tu non obedis, manifestum quod ille  
Voluntarius obediuit. Et vt discatis, quod multum  
quidem fecit ad salutem Pauli vocatio, sicut & alio  
rum omnium hominum facere solet, non tamen de  
statuit eum a suis operibus, & suæ propriæ volunta  
tis laude, neq; nocuit eius libero arbitrio: sed volun  
tarius aduenit ipse, atq; sua bona voluntate: faciam  
hoc & alio exemplo liquidum. Audierunt & Iudei  
vocem superne loquentem, non filii, sed patris  
de Christo dicentis circa Jordanis fluenta: Hic est  
filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Et di  
cunt ei: Hic est deceptor. Vides manifesta pugnā?  
Vides bellum apertum? Vides vbiq; opus bona vo  
luntate,

## 286 DE LAUDIBVS DIVI PAVLI

Iuntate, animaq; malis affectionibus prius non infestat. Ecce & illuc vox & hic vox: sed hic obtemperat, illi autem contradicunt. Et non solum illuc vox auditur, sed & spiritus in specie columbg; videtur. Nam postquam Ioannes baptizauit, baptizatusq; est Christus, vt ne qui ad humanam figuram spectans puteat baptizantem baptizato maiore, venit vox, qua hic ab illo discerneretur. Et quia adhuc incertus erat de quo diceret vox, id quod dicebat: *venit & spiritus sanctus in specie columbg; vocem in cap.* Christi dicens, atque ita & per vocem prædicatus est, & per spiritum monstratus. Et ob hanc Ioannes quoq; clamabat: *Non sum dignus, vt soluam corrigiam calceamenti: & insuper plurima alia testimonia tam verborum, q; operum attestabatur: sed post hanc omnia Iudæi in cæcitate sua manserunt, immo videbunt omnia: sed neq; dictis, neq; factis credidere, eo quod infecta eorum mens, quam præoccupata insanus vanq; gloriq; amor.* Vnde Euangelista dicit: *Multi Iudæorum qui crediderunt in eum, propter principes nō confitebantur, ne ē synagoga eiicerentur.* Et ipse Christus quoq; dicebat: *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam à vobis inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo proficiuntur, non queritis?* At Paulus non sic, sed unica duntaxat auidita voce, cum adhuc nostros insectaretur, statim accurrit, statim obediuit, statim eximiām præ se ruit conuersationem. Quod si nō fatigamini dictorum prolixitate dicemus aliud exemplum adhuc proximus. Etenim & filium audierunt, & sic audierunt ut Paulus audiuit, & neq; sic crediderunt. Nam sicut Paulus audiuit vocem, cum adhuc fureret, & in discipulos sœuiret: ita Iudæi aliquando audierunt alii cubi vocem, cum egredierentur cum facibus, & clam padibus ad comprehendendū eum. Putabant enim se hominem purum adoriri. At ille voletis docere eos virtutem suam, & se deum, eosq; frustra contra stimulum calcitrare, dicit eis: *Quem queritis?* Stabat ante & iuxta eum, & nō videbat eum. Christus

Mat. 3,

Ioan. 18.

## HOMILIA NONA.

287

ilus autem quærerbat eos, & manuducebat vt se inuenirent, ac discerent, q; nō inuitus ad passionē iter, neq; superabilis eset, nisi sp̄te sua eis permetteret. Aut quomodo superarent, queſti inuenire nō potuerunt? Quid dico inuenire? neq; præsentem videre valuerunt: & nō solum nō valuerunt videre præsentē, sed & cum roganti respōderent, nesciebant quis nā ille præsens, qui tam potenter oculos eorum excæauerat, & voce sua eos prostrauerat. Nam vt dixit, *Ego sum: voce ea percussi, retrorsum abierūt, & ceiderunt omnes.* Itaq; vt Paulum vox prostrauit, & supinum iacere fecit: ita & illos vox omnes prosternebat. Et sicut Paulus non vidit eū, quem persequebatur: ita & illi nō videbāt, quem quærerent: & sicut Paulus tempore quo furebat, excæcatus est: ita & illi tēpore furoris sunt excæcati: & sicut Paulus, cum iret vt cōprehēderet discipulos, hæc passus est: ita & illi cum exirent vt cōprehēderent Christū, talia passi sunt. Vtrobīq; vincula, utrobīq; persecutio, simile utrobīq; virtutis Christi indicium, similitudinē remedia, at non similis correctio. Agri enim multi inter se distabant. Quid enim stupidius, quid reprobatus illis, qui retrorsum corruerūt, iterūq; surrexerūt, & iterū inuadūt? An nō lapidibus insenſatores erat. Et vt discat, quod ipse, qui dixerat eis, *Quem queritis?* ille sit qui eos prostrauerat, loquitur eis iterum. Cum iterum surgerent ac dicerent, *Si diceret, Dicite, quod ego sum: quem queritis?* Qui vos prostrauit. Verum neque hoc dicto profecit aliquid, sed illi in cæcitate sua manserunt. Hæc igitur omnia inter te confer diligenter & disce quod Paulus nō ex necessitate, sed anima sincera, bonaq; voluntate ad fidem accessit. Quoniam si nō abitis & sustinetis, adferam et aliam demonstrationē, cui cōtradici nequeat, & certius probabo Paulum nō necessitate coactū ad fidē venisse. Venit post hæc Paulus in Salaminem Cypri ciuitatem, & inuenit illuc magum quendam, resistente apud

## 288 DE LAUDIBVS DIVI PAVL

ACT. 13.

apud proconsulem Sergium. Paulus autem impletus spiritu sancto dixit ei: O plene omni dolo et omni versutia fili diaboli, inimice omnis iustitiae, non desinis peruertere vias domini rectas? Hæc persecutoris verba sunt. Glorificemus igitur eum, quod conuersus est. Ante hoc audistis, quod deuastabat ecclesiam, domosq; ingrediens ac vi rapiens viros, & mulieres in carcerem tradebat: videte, quomodo nunc pro prædicatione libere loquitur. Non certas ait, peruertere vias domini rectas? Et nunc ecce manus domini super te, & eris cæcus, & vsque ad tempus no videns. Remedium quo sibi virus redditus est, adhibuit & mago, qui tamē in cœcitate permanefit: vt discas quod no sola vocatio Paulum adduxerit, sed & voluntas eius. Nam si sola cœcitas hoc efficeret, oportebat ea & in mago efficacem esse: sed nihil effect, & ille quidem remaisit cæcus, pro consueto autem factum videt, credidit: accepitq; alius medium, alius autem curatus est. Videte quantum bonum sit, bene velle: & quantum malum, discredere & corde obdurari. Excæcatur magus, nullamq; utilitatem accipit, incredulus enim erat, & interim proconsul Christum agnoscit. At satis demonstratum fuerit Paulum voluntarie venisse ad Christianum. Vellem autem vos sermonem hunc diligenter memoria tenere. Deus enim noleutes noii cogit, sed violentes trahit. Et propterea dicit: Nemo ad me veniet, nisi pater meus traxerit eum. Qui autem trahit violentem, trahit humiq; iacentem, ac manum portat gentem. Et vt discas quod nullum cogit: Nam si ipse vult, nos autem non volumus, ad nostram salutem nihil proficiunt, ea quæ alioquin efficacia sunt: non quia infirma sit eius voluntas, sed quia cogere incitatem vult: necessario hunc sermonem attulimus. Vnde enim complures ad defensionem suæ ipsius viae, pretextu tali yti, & si quando eos adhortamur, ut illuminentur, & ad meliorem vitam conuerteretur, atq; ad alia id genus bona opera, respōdere quæ si cunctabundos, & resilientes: Si Deus volerit: pertinet dictum.

## HOMILIA NONA.

289

debit mihi, & conuertar. Quos no arguo, sed valde probo, quod ad voluntatem dei cotugint. Vellem autem nos etiā nostra afferre, & tunc dicere: Si deus voluerit. Nam si te ipsum somno, desidiæq; tradideris, neutiquā in manus tuas obuenient bona opera: & alioqui si solam voluntatem dei prætexas, nihil eorum, quibus opus habes, adipisceris vñquā. Hoc igitur est quod dixi, nullum vñquam vi & necessitate a deo adigi. Ipse quidem vult ocs saluos fieri: at no omnī voluntas eius voluntati obsequitur, neg ab eo aliquis cogitur. Vnde & ad Hierusalem sic dicit: Hierusalem Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, & noluisti? Quid ergo? Ecce relinquetur domus vestra deserta. Vides quod dominus salvare nos vuult: nos autem, quia nos ei non adiungimus, maneamus iu interitu. Deus enim paratus est ad saluandū hominem, non inuoluntarium, neq; non volentem, id quod sepe dico: sed voluntarium, & hoc eligentem. Homines quidem voluntibus non servis volunt & esse & dominari: dominanturq; no in seruorum, sed suā utilitatem spectantes. Deus autē nullius indigens, declarare tibi vult, quod nullius nostri indigens, seruitutem nostrā desiderat, ad id solum spectans, quomodo nobis profit, & quomodo no fug, sed nostræ utilitatis gratia operetur omnia: si quidem assentimur & volumus, & scientes ei beneficium istius seruitutis deberi, ad ipsum veniamus. Inuoluntarios enim & resilientes, neq; vi, neq; necessitate cogit. Quo nobis commonestrat, q; no ipse nobis gratia habere debet, quia serui eius sumus: sed quia ipse dominus noster est, sibi gratias agere tenemur. Igitur hæc scientes, bene cogit enim misericordia domini, vitamq; sua bonitate dignam pro nostris viribus exhibeamus: vt & nos regnum celorum asequamur: Quod nobis omnibus concedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

Homiliarum de laudibus diui Pauli, Finis.

IC T DIVI

1. Tim. 2.

Luc. 13.

## DIVI IOANNIS CHRY-

SOSTOMI HOMILIA DE VERBIS PAULI

*Non solum sed & gloriamur in afflictionibus, &  
que deinceps sequuntur, Sigismundo Gele-  
nio interprete.*



Aboriosum quidem agricolæ iungere boues & aratru ducre, sulcis arat proscindere & semina spargere, hydram ac frigora perfere, fossis superfluas aquas à satis arcere, ripas amium aggeribus munire, & per arat media collices facere: sed ista operosa laboriosatæ levia redduntur ac facilia, dum spe concipit flauentes noualium segetes, & falces exacutas, & aream manu pulis repletam, & fruges maturas magna alacritate domum comportandas. Parí etiam modo gubernator efferatas vndas ac tempestatum vim furens, pelagus & penumero contenuit: ad hæc ventorum inconstantiam, marinas factationes, longinquas peregrinationes haud grauatum fert, dum mercium facinas, emporiorum opportunitatem, prædiuit, ex his comparandæ copiam animo secum reputat. Nec absimiliter miles vulnera patitur, telorum numerum excipit, famem, frigus, difficiles peregrinaciones, & in acie pericula perfert, dum futuras vias, coronas, & trophea cogitat. Sed cur hæc commoremor, aut quid sibi volunt he similitudines? Exhortationem hinc auspicari libuit, qua ad auscultandum excitemini, & ad labores virtutis causa alacriter suscipiendos. Si enim eorum quisq; quos commemo rauimus laborem leuem existimat spe futuronm commodorum, quibus etiam si potiri contingat, nō tam ultra præsentem vitam prorogantur: immo magis conuenit vos percipiendæ spiritualis doctrinae causa in auscultando perdurare, & spe future viam certamina dubia, quam alios quoquis studiis impigre ferre, quandoquidem illorum spestem poraria

poraria est & incerta, nec raro in expectatione melioris fortunæ ex hac vita sunt præcepti, spe tantum oblectati, euentu autem procul, graues licet interim labores ac pericula perpesti, verbi gratia, post multos illos sudores agricola nonnunquam iam falcem in messiem immisflurus, rubigine in eam aut locustarum muleitudine delata, aut imbribus inmodicis incidentibus, aut alia quapiam calamitate per aeris in temperiem illata, redit domum vacuis manibus, labore quidem omni exhausto, cæterum fructus spe frustratus. itidè gubernator letus multitidine merarium, & magna alacritate velis expâsis, & multum maris emensus, in ipso saepe portus ingressu, aut procella repente exorta, aut naui in latens aliquod saeculum impacta totum onus perdidit, & post tanta pericula amissis mercibus ægre nudus in littus erat. Miles similiter non raro poste aquam toties in acie sterillet, aduersosq; hostes repulisset ac profligasset, iam iam imminentis victoria: repentina aliquo casu evita est sublatius, nullo periculorum ac laborum pretio percepto. Nostræ vero res non ita se habent. nam & spes habemus aeterias, immobiles ac firmas, nec cum temporaria hac vita finiendas, sed ad immortaleni illam ac beatam vitam perennantes, nec solum aeris tempestatis aut improuisis casibus, sed & morti ipsi minime obnoxias: & præter hanc spem fructum interim percipimus non contentendum, magnamq; mercedem iam nunc repræsentantem. Quapropter etiam beatus Paulus clamat dicens: Non solum autem, sed & gloriamur in afflictionibus. Obscro ne hæc verba neglectum prætercurramus, sed poste aquam nescio quo pacto in præclarri illius gubernatoris mentionem iterum incidimus, oblectemur hoc eius sermone, breui quidem, sed multum philosophiæ nos docete. Quid igitur est quod dicit, aut quid nobis his verbis subdit? Alius paulo, si videtur, doctrinam hanc reperamus, & videbimus magnam perspicuitatem & sententiarum vim inde nobis prouenientem.

Cæterum nemini corpus languescat, sed roris vicit desiderio spiritualis doctrinæ recreetur. Etenim de afflictione nobis est sermo, æternorumq; honorum desiderio, simulq; patientia: tum quanta merces feratur quotquot in hoc bono proposito persistunt. Quid igitur significant hæc verba, Non solum? Qui enim sic nobis loquitur, indicat multa etiā alia præcedentia bona, eisq; etiam hoc adiungit, quod ex afflictione prouenit, quapropter dicit. Non solum autem, sed & gloriamur in afflictionibus. Ut autem clarius hæc verba enarrarem, sustinete paulis per propria lixius me de his differenter. Ex quo enim apostoli diuinum illud præconiū annunciauerunt, omnemq; terrarum orben perlustrauerunt, sermonem pietatis serentes, & radicis errorē euellentes, & patrias gentilium leges abrogantes, omnemq; iniquitatem exterminantes ac terram repurgantes, tum simul aeterna, templo, altaria, celebritates & id genus mysteria fugienda docentes, agnoscendum verò unicum & solum universorum deum, ac futura bona ab illo solo speranda: adhæc de patre & filio spirituq; sancto differuerunt, deq; resurrectione ac cœlorum regno: his de causis bellum exortū est ingens, & quæ uis alio bello longe crudelius: quod omnia tumultu, terrore, seditioneq; referta essent, tam per oppida quam per rusticas plebes ac priuatas domos, tam per culta quam per inulta, nimirum labefactans priscis ritibus, & antiquis opinionibus quibus tanto tempore præoccupati fuerant conuulsis, atque in eorum locu nouis decretis subintroductis, quæ nemo unquam hactenus audiuerat. Hoc erat cur reges fœuirent, magistratus indignarentur, vulgus tumultuaretur, foro streperent, tribunalia concitarentur, gladii stringerentur, arma expedirentur, leges irascerentur. hinc supplicia, hinc poenæ ac minæ, & nihil non commouebatur eorum quæ apud homines habentur grauia, haud secus ac pelago furēt & magna naufragia parturiente: ita tum nihilo mitius se habebat rerum humanarū status, dum pater filium pro-

Propter pietatem abdicat, & nurus a sociis dissidet, & fratres mutuas similitates exercent, & domini inferuos exasperantur, & ipsa ferme rerum natura a se ipsa dissidet, nec ciuile modo, sed & cognatum bellum domesticatim peruagatur. Sermo enim gladii more penetrans, & vitiosas partes a sanis resecans, magnam vbiq; seditionem excitabat ac contentiones, plurimas contra fideles inimicitias & persecutions commouebat. Quo factum est ut pars in carceres, pars ad tribunalia, nonnulli ad supplicia ducentur: aliorum bona confiscaretur, nec deessent qui patræ vel vita etiam priuarentur: atq; vndiq; niuis hibernis crebrora imminebant mala, intus pugna, foris terrores, a suis, ab alienis, ab ipsis naturæ vinculo coniunctissimis. Hæc igitur videns beatus Paulus, ille terrarum orbis padotriba, & diuinæ sapientie doctor, cum aduersa quidem præ manibus & oculis versaretur, bona vero sperarentur tantum & annunciantur, videlicet resurrectio bona, ilia omnem sermonem cogitationemque supergredi entia: fornaces autem, sartaginiæ, gladii, supplicia, tormentorumq; ac mortuum genera omnia non iam sperarentur sed experirentur: tum quibus contra hæc certandum erat, a simulachris & altaribus, a libidinibus, ebrietate, voluptatibusq; exteris ad fidem recens traducti essent, nihil adhuc sublime de vita eterna cogitare assueti, sed præsentia potius mordacis retinentes: verisimileq; esset multos eorum obfusillanimitatem labefactandos, & ad pristinam vietam relapsuros ob quotidianas oppugnationes: considera quid faciat particeps ille ineffabilium secretorum, eiusq; sapientiam animaduerte. Indesinenter de futuris bonis apud illos loquitur, & præmia proponit, et coronas ostentat, vngens eos ad certamen, et futuroru bonorum spe subinde refouens. Et quid dicit? Existimo enim non esse dignas afflictiones prætentis temporis, collatas ad futuram gloriæ quæ reuelabitur in nobis. Quid enim mihi commemos, inquit, vulnera, altaria, fuorem populi, suppli-

fames, confiscationes, paupertatem, vincula, cætēas omnia in unum conser quæ hominibus videntur grauiæ, nihil tamen dignum afferes præmiis illis & coronis ac retributionibus. hæc enim cum presenti vita abrumpitur, illa per infinita secula finem non inueniunt: hæc prætereunt quod sint temporaria, illa continenter permanent, ut quæ nunquam fescant. Quod et alibi hoc ipsum subindicans dicit: Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ: quantitate qualitatem præcidens, & temporis breuitate oneris grauamen consolans. Nam quoniam natura sua grauia erant ac onerosa quæ tum illis accidebat, maximam partem oneris tollit per momentaneam breuitatem temporis, sic loquens: Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ, mire, supra modum æternum pondus gloriæ parit nobis, dum non spectamus ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur, nam quæ videntur, temporaria sunt: at quæ non videntur, æternæ. Ac rursum reduces eos ad cogitationem magnitudinis futurorum bonorum, ipsam creaturam inducit indolentem ac ingemiscit, præsentibus malis, & vehementer concupiscentiam futura, vt pote modis oninibus iucunda: dicitq[ue] creatura congregans simulq[ue] nobiscum parturit usque ad hoc tempus. Cur ingemiscit? cur parturit? nimirum futura illa bona expectans, & mutationem in melius desiderans. Nam & ipsa, inquit, creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Dum autem audis quod inveniatur gemiscit & parturit, caue putes ratione prædictam eam esse, sed scripturæ morem cognosce. quando enim Deus vult magnum aliiquid ac iucundum hominibus per prophetas annunciare, ad ipsas quoq[ue] inanimas res sensum facit magnitudinis miraculorum peruenire: no quod creatura sentiat, sed vt hoc pacto apud homines magna admiratio his rebus concilietur. hoc sanè etiam nos solemus dicere quod concilietur.

tendis ac efferatis hominibus dicere licet, quod ipsa fundamenta concussit, ipsi lapides ad eius presentia contremuerunt: non quod reuera lapides tremuerint, sed vt hac hyperbole hominis immanitas & furor euidentius indicetur. Hac sanè de causa etiam admirandus ille propheta David, enarrans bona illa quæ Iudeis contigerunt, quantumq[ue] voluptatis ab Ägyptiis liberati percepissent, dicebat: In exitu Israëlis ex Ägypto, domus Iacob de populo barbaro facta est Iudea sanctificatio eius, Israël potestas eius: mare vidit & fugit, Jordanis conuersus est rex dorsum: montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium, a facie domini: id quod nemo vnoquam factum audiuit. mare enim & Jordanis couerterunt retrosum diuino iussu, montes autem & colles non exultauerunt: sed vt iam dixi, ostendere volunt quim ingens fuerit eorum gaudium ob relaxationem ab Ägyptiis affligentibus, ipsa quoque inaudita exultare dixit & tripudiare præ voluptate eorum bonorum quæ illis tam contigerant. Quemadmodum quando aliquid triste ob nostra peccata evenit, nunciare vult, Lugebit, inquit, vinum, lugebit & vitis. Et alibi: Vix Sion lugent, quin etiam lachrymari sensu carentia dicit. Mænia filia Sion emiserunt, inquit, lachrymas. Imo & ipsam terram, ipsam Iudeam lugere dicit & in errore ebriam esse: non quod elementa aliquid tale sentiant, sed ut iam dixi, unusquisque prophetarum magnitudinem bonorum à Deo concessorum, & pœnarum nostris viciss indiendarum, hoc modo indica revult. Quapropter & beatus Paulus ipse quoque creaturam facit gementem & parturientem, vt manifestudinem donorum, quæ nos post hoc seculum maneat, exprimere valeat. Sed hæc omnia, inquit, in spe. Ceterum pusillanimis & miser homo, nunc primum ab insano idolorum cultu abstractus, nec dum sciens de futuris philosophari, non admisit his sermonibus emendatur, sed querit etiam in presenti tempore aliquam inuenire consolationem.

quamobrem sapiēs hic preceptor & omniscius <sup>nō</sup> folūm futurorū bonorū spe illi anīnum addit, sed etiam p̄äsentium commodorum respectu <sup>cum</sup> confortat. ac primum ea commemorat quæ iam cōbi terrarū esſent exhibita, quorū nō expectatio, sed experimentum aderet, vt iam frui liceret: quæ manifestissime declararent, ne futurorū quidem spēm vanam fore. & prolixe de fide locutus, dēj pa triarcha Abrahāmo, quomodo reclamante licerat na tura patrem ipsum fore, sperauit tamen, expectauit & credidit, propter quod & voti cōpos factus est indej docens non oportere vñquam ad ratiocina tionum infirmitatem delabi, sed fidei robore erigi, & subsistere altumq; sapere: postea magnitudinem quoq; eorum quæ iam exhibita esſent indicat. Quid autem hoc est: Filiū, inquit, vñgenitū, germānum, dilectū, Deus pro nobis malæ frugi manu pīis tradidit: qui infinitis grauabamur peccatis, tal toq; delictorum onere premebamur, non solum à culpa liberauit, sed iustos insuper effecit: nullisq; onerosis aut laboriosis aut molestis mandatis im positis, sed fide tantum requisita, & iustificauit nos & sanctos reddidit: ad hæc filios dei nos declarauit, regni heredes instituit, vñgenitiq; sui cohæredes: resurrectionem nobis pollicitus est & incorruptibilitatem corporū, vitamq; cum angelis degen dam, omnem humanam cogitationem superantem, & in cœlis habitationem, secumq; conuersationem: tum spiritus sancti grātiā iam nī effudit, atque ē diaboli potestate, eq; demoniorū seruitute nos eri puit, & peccati vim fregit, execrationem abolevit, inferni portas contriuit, paradise aperuit, non ag gelum, non archangelum, sed ipsum misit vñgenitū propter nostram salutem, sicut dicit per prophetam: Non legatus, non nuncius, sed ipse dominus seruauit eos. An non hæc innumeris coronis sunt illustriora, quod sanctificati sumus, quod iustifi cati, quod per fide, q; vñgenito filio dei c̄ corlo pro pter nos descendente, quod patre charisimū sumū

pro nobis tradentes quod spiritum sanctum accepimus? quod cum omni facilitate inenarrabili gratia donisq; perfruimur? His igitur dictis, & omnibus breui sermone indicatis, rursum in spē verba sua finit. Cum enim dixisset: Iustificati igitur ex fide pace habemus erga Deum, per Dominū nostrum Iesum Christum, per quem & cōtigit nobis vt fide perdu ceremur in gratiam hanc in qua stamus: subiecit: & gloriamur in spe gloriæ dei. Ergo posteaq; partim iam facta dixit, partim futura: nam iustificatos esse nos, & filium pro nobis immolatum, & per eum patrī nos reconciliatos, & gratiam ac dona perceperisse, & a peccatis esse liberatos, & pacem habere cū deo & spiritus sancti esse participes, hæc iam facta erat: restabat autē in futurum gloria illa ineffabilis, quod & ipsum adiecit, dices: in qua stamus & gloriamur in spe filiorum dei: spes autem hæc, vt iam dixi, non multum potest excitare & erigere pusillanimem auditorem: vide quid rursum faciat, & cōtemplare for titudinem Pauli & philosophicam mentem, ex illis enim quæ videbantur contristare & turbare & ter rere audirem, ex his ipsis plectit cōsolationis atq; gloriacionis coronas, his enim omnibus enumeratis tandem infert dicens. Non solum hæc dico quæ au diuntur, inquit, nepe quod sanctificati sumus, quod iustificati, quod per vñgenitū, quod grātiā frui mur, quod pace, quod donis, quod peccatorū remitti on, quod spiritu sancto, quod cum omni facilitate, quod sine laboribus & sudoribus, quod sola fide: q; filium misit vñgenitū, quod alia dedit, alia pro misit, gloriam ineffabilem, incorruptibilitatem, cor porum resurrectionem, vitam angelicam, cū Christo consuetudinem, in cœlis habitationem. hæc enim omnia repræsentauit his verbis, et gloriamur in spe gloriæ dei. Non hæc igitur sola dicit, quæ facta sunt quæve futura, sed & illa quæ videntur hominibus molestia, videlicet tribunalia, carceres, mortes, miseras, famas, tormenta, sartagines, fornaces, direptio nes, bella, oppugnationes, pugnas, seditiones, cōtemp

tiones, & hēc collocat in ordine donorū & p̄eclare  
gesforū. non enim propter illa sola lētandum est &  
gaudendū, sed & in his gloriari oportet. sicut quādo  
dicit: Nunc lētor in passionibus meis pro vobis, &  
suppleo in carne mea quod deerat afflictionibus  
Christi. Videlicet animā fortē, & mentē sublimem,  
& spiritū subuerti nescium, qui nō tam coronis sibi  
placeat, q̄ certaminibus delectetur, nō tam p̄æmias  
gaudeat, q̄ in luctis delicietur, non tam retributioni  
bus lētetur, quām ipsum pancratium ostentet. Ne  
mīhi cōmemores regnum ccelorum, neq̄ coronas illas  
immarcescibiles, neq̄ p̄æmia, sed hēc ipsa quā p̄e  
sto sunt, quā afflictionem habent, quā eruminas &  
labores multos. hēc in mediū affer, & potero ostēn-  
dere quōd ob hēc magis sit gloriantum. nam in e-  
ternis istis certaminibus lucta quidem laborē habet  
corona autem voluptatem: hic autem nō sic, sed &  
ante coronas ipsa lucta multam afferuat gloria-  
nem. Et vñ dicatis quōd hēc ita se habeant, confide-  
rate vñnumquāq̄ sanctorum per singulas artates, si-  
cūt dictum est: Exemplum accipite fratres afflictio-  
num & patientiā a prophetis, qui locuti sunt sermo-  
nem in nomine Domini. Quin & hic ipse qui nunc  
nobis certamen hoc proponit, & p̄æsens hoc sp̄i-  
tuale theatrum constituit, Paulus inquam, post enu-  
meratos innumeros illos sanctorum labores, quos  
nunc recensere perdifficile fuerit, adiicit dicens: Quid  
errant in ouillis & caprinis pellibus, destituti, pres-  
si, afficti, quibus indignus erat mundus: quodq̄ his  
omnibus lētabantur. Hoc autem videre licet, quan-  
do post carcerem & obiurgationem flagris cati ab  
gebantur. Quid dicit? Illi quidem ibant gaudentes &  
conspicu conciliū, quōd digni habiti esent, vt pro  
nomine Christi contumelia afficerentur. Verum  
enim uero etiam nostris temporibus eadem accide-  
runt, & sicut libet cogitet quōd dico, tempore per-  
sequitionum qualia sepe accidebant. Ingrediebatur  
virgo tenera, nondum nuptias experta, cera quāuis  
mollius corpus habens, deinde patibulq̄ suffixa vno  
dique

dique fodiebatur latera sulcata, cruoreq̄ perfusae nec  
aliter q̄ si ad sponsum deduceretur, vel potius in tha-  
lamo federet, summa cum facilitate omnia ferebat  
propter regnū cœlorum, iam tum in ipso certamine  
coronā percipiens. Cogita qualē erat spectaculum,  
tyrannū frequenti militia stipatiū, tot gladiis aliusq̄  
armis instructum, ab vnica puella superari. Vides  
q̄ etiam afflictio ipsa gloriationem habet maximā  
& quōd vera dicam vos estis testes. Cum enim mar-  
tres retributionē nondum reperirent, neq̄ coronas  
& p̄æmia, sed in puluerem abiuerint & cinerem, cū  
omni tamen alacritate ad eos honorandos concurri-  
mus, & in illo spirituali theatro p̄æconiis eos cele-  
bramus, coronamusq̄ propter vulnera & cruentum,  
propter tormenta & plagas, propter afflictiones &  
angustias: adeo afflictiones quoq̄ ipsę gloriationem  
sunt habent, vel ante p̄æmium. Cogita qualis erat  
Paulus tunc cum carcere habitaret, & ad tribuna-  
ua duceretur, quam conspicuus, quam splendidus ac  
illustris apud omnes apparebat, p̄cipue vero illos  
a quibus persecutionem et insidias patiebatur: quan-  
doquidem & dæmonibus tum maxime erat terribi-  
lis, dum flagris cæderetur, dum vinciretur, dum nau-  
fragus nataret. tunc maxime illa prodigia patrabat,  
tunc magis aduersariās potestates superabat. Quare  
non ignorans quantum lucri anima ex tribulationi  
bus perciperet, dicebat, Quando infirmor, tunc po-  
tens sum. Deinde addit: Quapropter lētor in infirmi-  
tibus, in contumeliis, in necessitatibus, in perse-  
cutionibus, in afflictionibus, vt virtus Christi in-  
habitet in me. Hac de causa cum quosdam apud Co-  
tinum habitantes reprehenderet, quōd de seipsis  
magnifice sentientes alios contemnerent, necesse ha-  
buit rerum a se gestarum imaginem in epistola de-  
pingere: idq̄ non prodigia recensendo aut miracula,  
non honorem, non requiem, sed carcere, suppli-  
cia, tribunalia, fame, frigus, bella, insidias, in  
hunc modum eis scribens: Ministri Christi sunt: de-  
spiciens loquor; excellentius sum ego. Et ostendens  
in quo

in quæ excelleret, ait: in laboribus copiosius, in verbib⁹ supra modum, in carceribus abundati⁹, in mortibus frequenter. à Iudeis quinque quadragenas plagas vna minus accepi, ter virgis cæsus sum, semel fui lapidatus; ter naufragium feci, nocte ac diē in profundo egi, in itineribus saepè, in periculis minum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis inter falsos fratres: in labore & molestia, in vigiliis saepè, in fame & siti, in ieuniis saepè, in frigore & nuditate: præter ea quæ extremitas accidunt, incumbens mihi quotidianæ curæ omnium ecclesiæ. quis infirmatur, & ego non infirmor: quis offenditur, & ego non uiror. Si gloriari oportet, de his quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Vides eum in his potius gloriari, q[uod] vbiq[ue] Non splendidis coronis sibi placere, & ideo dicere, sed solum autem, sed et gloriari in afflictionibus. Sed quid est quod dicis, Non solum? Non solum, inquit, non deficit afflictiones & erumnas perferentes, sed tanquam ad maiorem honorem & gloriam prouest, gloriari insuper in afflictionibus quæ nobis obueniunt. Deinde posteaquæ affirmauit ex afflictionibus gloriam prouenire maximam, quæq[ue] iactari debeat & ostentari: gloria vero dubio procul uoluntatem coniunctam habet: nam ubi voluptas, ibi omnino etiam gloria: ubi vero talis gloria, ibi omnino etiam voluptas: posteaquæ, inquam, magnitudinem ostendit tribulationem, ut quæ ostentatione digna sit, addit aliam eius laudem, & utilitatem quædam admirabilem ac opinione maiorem. quæ autem hæc sit videamus. Scientes, inquit, quod afflictio patientiam pariat, patientia vero probationem, probatio autem spem. Porro spes non pudefacit. Quid etsi scientes quod afflictio patientiam parit? hic maxime fructus est, quod robustiorem facit eum qui sic affligitur. Quernadmodū enim arbores quæ in vmbrosis locis & nulli vento obnoxias aluntur, videntur quidem, sed molliores redduntur, facileq[ue] quoq[ue] vi

olento flatu reduntur: quæ vero in celsis montium verticibus stant, multisq[ue] ac magnis ventis pulsantur, ad hæc varias tempestates continentur perforantur, dum nunc grauissimis procellis agitantur, nunc crescentibus nivis sustinent, quoq[ue] ferro validiores sunt: si mittere corpora multis ac variis voluptatibus innutrita, mollibusq[ue] vestibus & continuis balneis ac vnguentis assueta non necessariis, ad nullos omnino pietatis labores ac sudores sunt utilia, sed maximis penis destinata: ita sane etiam animæ quæ ociosam & quietam vitam degunt, præsentesq[ue] voluptates laboribus & afflictionibus spe futuri regni sustinendis anteponunt, quoq[ue] cera molliores infirmioresq[ue] factæ, æternis ignibus pabulum seruantur. Quæ vero periculis, laboribus, erumnis afflictionibusq[ue] propter deum ferendis exponuntur, atq[ue] in eis assidue veriantur, ipso ferro aut adamante solidiores sunt ac generosiores, frequenti malorum tolerantia inexpugnabiles aduersariis redditæ, & habitum quendam inuenient fortitudinis patientiæq[ue] consecutæ. Et quæ admodum qui tum primū descendunt nauem, nauis tam præ iactatione sentiunt, & cum sint maris rudes turbantur vertiginesq[ue] laborant: qui vero saepè longinquæ maria sunt emensi, & plurimis tempestatibus indurati, naufragiaq[ue] nonnunq[ue] experti, magno animo navigationem aggrediuntur: ita sane etiam anima quæ multas tentationes sustinuit, & magnas afflictiones pertulit, usq[ue] sibi laborum, & habitu fortitudinis comparat, non ad quemuis strepitum suum, neq[ue] terroribus obnoxia, neq[ue] in aduersitatibus turbatu facilis, sed ob assiduum in rebus duris exercitationem, crebramq[ue] in talibus meditationem magna æquitate ferens quicquid graue aut molestum imminet. Hoc igitur peritus ille cœlestis politæ architectus significare volens dicebat: Non solum auctor, sed & gloriari in afflictionibus, quona ante regnum illud cœlestesq[ue] coronas, maximū hinc colligimus fructum, dum per continuas afflictiones tollerantior anima nostra redditur, & ratio nostra fortitudi

## 302 D. IOAN. CHRYS. SERMO

tudinem quandam hinc sibi comparat. Hæc igitur omnia scientes dilecti, feramus strenue quicquid molestiarum accidit, vel ob hoc q̄ ita deo visum sit ad utilitatem nostram: neve oscitemus, aut ingruentibus tentationibus retrocedamus: sed viriliter stan-  
tes gratias agamus Deo insinuenter pro omnibus ipsis in nos beneficiis, vt & præsentibus fruamur bonis, & futura consequamur, gratia & miseratione ac benignitate Domini Iesu Christi, cum quo patri gloria, vna cum sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN  
Rom. c. locum Pauli, Salutare Priscam & Aquilam, &  
de colendis sacerdotibus.

**N**onne docti estis, nihil in sacris literis inter-  
superuacanea habendum? Nonne didicisti  
& inscriptiones, & nomina & cognomina  
diligenter in arcana scripturis excutienda?  
Ego sane studiosos arbitror ne laturos quidē, vt ver-  
bulum aliquod in sacris libris contemptim p̄ttere  
atur, etiā si tantum nomina recensentur, vel tempus  
numeretur, vel breuis cuipiā cognominatio contin-  
gat. Attamen vt adhuc certior hæc sententia fiat age-  
hodie ad ea, quæ nuper in salutatione Prisci illarū &  
Aquilæ relictæ sunt, accedamus. taetis nou parū p̄ or-  
fuerint & præcedentia. Docuit enim nos, quan-  
bonum sit, operari, & quantum malum, ignauia dei-  
ditū esse. Et qualis anima Pauli? Quam vigil, quam  
solicita? Non tantum ciuitatum & populorum, &  
gentium, sed & singulorum fidelium magnam curā  
gerit. Ostenditq̄ quomodo hospitalitas nec inopia  
præpediatur. Et quod virtute ac piavoluntate vibig-  
opus sit, non item diuinitis & facultatibus. Et quod  
clarissimi omnium sunt, qui Dei timorem habent,  
etiam si in extrema paupertate degant. Vnde Pris-  
scilla & Aquila opifices, nempe pelliones, pauper-  
rem & honestam agentes vitam, præ omnibus beati  
prædicantur. Et cum aliq̄ dignitatibus & potestis  
inflati, silentio prætereuntur, pellio ille vna cu x̄oꝝ

## IN LO.PAV.SA.PRIS.ET.AQVI. 303

re toto orbe decantantur. Quod si tanta eorum in  
presenti vita est gloria, cogita quanti corum futuri  
sunt fructus post illum diem, quando temptis erit co-  
ronarum & retributionum, qui ante illum diem nō  
paruam voluptatem, utilitatem, & gloriam acceperunt,  
quibus tantillī temporis consuetudo cū Paulo  
fuit. Enim uero sicut prius dicebam, neque nunc dis-  
cere desinam. Quod nō solum doctrina, & admoni-  
tio, & consilium, sed & sanctorum aspectus, atq; ve-  
stimentum amictus, & calceorū mos, multum habet uti-  
litas ac voluptatis. Et inde non exigua vitæ no-  
stræ commoditas accedit, cū discimus quatenus h̄  
necessariis v̄si fuerint. Non enim solum v̄tendi mo-  
dum non sunt transgressi, sed & v̄sui fermē necessa-  
rio nonnunquam renuntiarunt: quin & in fame, & siti  
& nuditate versati sunt. Et Paulus quidem impera-  
bat discipulis dicens: Habentes autem alimenta & 1.Tim. 5  
tegumenta, his contenti simus. Et clarum est q̄ de se  
ipso dicit: V̄sque in hanc horam, & esurimus, & siti 1.Cor. 4  
mus, & nudi agimus, & colaphis cædimur. Operæ  
precium hic fuerit in mediū aliquid affere, de quo  
frequens est quaestio. Et quidnam hoc? Dicebam,  
morem apostolicorum calceorum nonnihil nobis  
conferre utilitatis. Sed cum hoc dico, incidit mihi  
lex, quam Christus posuit, dicens: Non possidete au-  
rum, neque argentum, neque aliud quid in zonis ve-  
stris, neque calceos, neque vīrgā in via. Manifestum  
autem est, Petrum habuisse sandalia. Vnde cum an-  
gelus eum dormientem excitaret, & ē carcere eduo-  
ceret, ait: Calcea te sandaliis tuis, & circunda vesti-  
mentum tuum, & sequere me. Et Paulus Timotheo  
scribit: Penulam, quā reliqui Troade apud Carpū,  
cum venies, affer, & libros, præsertim membranas. 1.Tim. 4  
Quid dicas Paule? Christus iubet non habere cal-  
ceos, tu autem penulam habes, & aliis sandalia?  
Quod si bi cõtemptibiles quidā essent magistro nō  
per omnia obtoperantes, nulla erat hic facienda que-  
stio; sed quoniam ipsi præcipui sunt ac primates apo-  
stolorum, & animas suas impenderunt, Christoque per

## 304 D. IOAN. CHRYS. SERMO

per omnia obedierunt: Paulus vero non solum imperata fecit, sed & supra septa transiliit: cumq[ue] p[ro]cipere ex euangelio viuendum, vietum ipse manus suis quæsiuit, plus quam imperatum erat facies: idcirco dignum est, ut quæramus, quare qui in omnibus Christo parebant, legem eius videntur transgredi: Nam re ipsa non transgrediuntur. Hic sermo nō in hoc solum utilis erit, vt excusentur sancti illi, sed & ut Gentilium obstruantur ora. Quandoquidem multi, viduarum domos subuertentes, orphanos mandantes, ipsiq[ue] omnibus abundantes, & lupis nihil minores, ex alienaq[ue] miseria viuentes: cum vident interdum fidelium aliquos pluribus vestiri amiculis, continuo eis legem Christi obiiciunt, & dicunt: o ne præcepit vobis Christus, ne habeatis duas tunicas, vel calceamenta: quomodo ergo vos legem illius prævaricamini? Et post hæc, cum abunde fratres revertantur, & probris afficerint, discedunt. Igitur ne talia fiant, age & illorum obturemus impudentiam. Et possemus quidem ab eis facile liberari, si hoc unum eis diceremus. Quale hoe? Si Christum vt fide dignum probas, Ethnice merito hec obiicis, et à nobis quisris: si ei non credis, quare legem eius opponis? Aut quando accusare non vis, dignus tibi videatur & Christus? quando autem eum admirari oportet, adorare, nullius est apud te mometi, totius orbis dominus! Verū ne hæc inopia defensionis dicere nos potent, ad solutionem eius quod quererebatur venimus. Quænam ergo solutio? Videndum est in humodi, quibus, & quando ea Christus imperauerit. Non enim obiter, & nude inquirenda sunt hæc: sed operæ pretium fuerit simul & personam, & tempus, & omnia hac diligenter perscrutati. Itaq[ue] cum hac diligenter consideramus, inuenimus, quod ipsa non sint omnibus imperata, sed solis apostolis: & neque illis in omni, sed ad præscriptum & determinatum tempus. Et vnde hoc manifestum? Ex dictis ipsi: dicit enim, Vocatis duodecim discipulis, dixit eis: In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaria norum

LUC. 9.

MAT. 10.

## IN LOPAV.SA.PRISE.TAQVI. 305

horum ne intraueritis. Ite potius ad oves domus Israël quæ perierit: infirmos curate: dæmonia eicite gratis accepistis, gratis date. ne possideatis aurum vel argentum, vel æs in zonis vestris. Attende quanta magistri sapientia, quomodo leue hoc præceptum fuerit. Nā cum prius dixisset: Infirmos curate, leprosos mundate, dæmones eicite, magnamq[ue] eis gratia liberaliter dedisset, tunc tandem hæc imperauit, nimis paupertatem, signorum potestate leuem & facillem reddens. neq[ue] ex his solum, sed & ex multis illis manifestum est solis discipulis esse imperatū. Nam & virgines, quia oleum in lampadibus suis non habebat, puniuntur: & alios quoque arguit & increpat, quia esurientem ipsum viderunt, & nō paue sunt, & sitiente non potarunt. Porro is cui non est neque calceamentum, sed vna tantu[m] vestis, quomodo absque his alium pascere, quomodo nudum vestire, quomodo alium in domum inducere potest. Sed & aliunde clarū esse poterat. Nam accedente ac dicente quodam: Quid faciendo vitæ æternæ Mar. 10. hereditatem allequar? Cum recensita essent omnia, quæ in lege præcepta, & ille curiosius percontaretur, & diceret: Hæc omnia seruati ab adolescentia mea, quid adhuc mihi deest? dicit ad ipsum: Si vis perfectus esse: vade, vende facultates tuas, & da pau[eribus], & veni sequere me. Hic si precipere voluerit, oportebat hoc principio dicere, & legem in ordinis præceptorum ponere, & non tanquam consilium & exhortationem narrare. Enimuero cum diceat. Non possidete aurum vel argentum: imperando Mat. 10. dicit. Cum vero dicit, Si vis perfectus esse: cōsulendo & admonendo dicit. Non est autem idem consuere, et legem ponere. Nam qui legem statuit, modis omnibus fieri vult quod præcipit. Qui vero consulit & adhortatur, sententia & arbitrio auditoris permittit, vt ex dictis quod voluerit eligat, sicut faciendorum dominus auditor relinquitur. Propterea nō simpli citer dixit, Vade, vede facultates tuas: sed vt diccas, quod in arbitrio audientium res sitæ sint.

)( V Vnde

Vnde manifestum, apostolis solis hæc fuisse præcepta. Verum quæstio nondum soluta est. Nam si precepta sunt hæc solis apostolis, quid in causa est, quod licet præceptum fuerit ne haberent calceos, vel genitinas vestes, inuenti sunt eos possidentes? nam alius possedit penulam, alius vero sandalia. Quid igitur ad hæc dicemus? Christus neque apostolos fensu per huius legis necessitate obstringi voluit, sed eos absoluimus ab hac lege, cum iam ad salutarem crucem iturus essemus. Et vnde hoc liquet? Ex Salvatoris sermonibus. Nam passionem aggressurus, vocatis illis dixit, Cum vos initterem sine marsupio & pera, alii quid ne deerat? At hi respondentes dixerunt: Nihil. Ipse autem dicebat eis: Sed nunc qui habet marsupium, collat & peram: & qui non habet, vendat uestimentum suum, & mercetur gladium. Iam forte dicet aliquis, apostolos quidem his diceatis a crimen abolutos. Sed ultra queritur. Quare Christus contraria precepit? nam in terendum dicit, Ne possideatis peram, interdum autem, qui non habet marsupium, collat & pera: Quare hoc fecit? Sane hæc admodum dignificavit, pro tua sapientia curas quam pro discipulis gererat. Ab initio enim vocationis hoc faciebat, ut discipuli periculum virtutis suæ facerent: et postea in orbem terrarum exituri, hoc exemplo animati, se magis fiderent. Verum, ubi iam potentiam suam agnoscere ceperunt, voluit ut & ipsi domi virtutis pecuniam aliquod præberent, permisitque ipsi solinet suis ferre tentationes, ne scilicet perpetuo otioso restarent, & ad finem usque in omnibus quasi pueri gestarentur. Et quemadmodum qui artem natandi docent, principio multa diligentia discipulos gestant: postea unum autem & alterum diem subtracta deinceps illis præcipiunt, ut seipso iuuent, & non nunquam illos parumper mergi sinunt, ita ut multum saltuosis sorbeant: Ita sane & cum discipulis suis Christus faciebat. Nam initio nihil eos pati sinebat, vel paruum vel magnum, sed ubiq[ue] aderat muniens, & circumuallans eos, faciensque ut omnia ybertim eis affuerent:

Luc. 22.

**I**N LO. PAV. SA. PRIS. ET AQVI. 307  
 fluerebant: cum vero tempus esset, ut virilitatem suam ipsi declararent, subtraxit aliquandiu beneficium, praecipiens eis, ut etiam per seipso multa perficerent. Atque hanc ob causam, cum non habebant calceos, vel zonam, vel baculum, vel æs, nihil eis deerat. Dicit enim, Num aliquid vobis deerat? Et respondentes dixerunt: Nihil. Cæterum quo tempore permisit eis, ut marsupium haberent & peram, & calceos, inueniebantur & esuriætes, & sitiætes, & nudi incendiætes. Vnde liquidum, ut passim eos periclitari & affligi sinit: nempe, ut mercede in aliquam habeat. Et quemadmodum aues pullos suos fouentes, tamdiu in nido sedent, donec illorum plumæ increscant: quas dum increuisse viderint, eos primum circa midum volitare docent, dein, adminiculo suo totos destituunt: Ita faciebat & Christus. In Palæstina enim, quasi in nido nutricabat discipulos, & exin eos volare docuit præsens, & gestans: tandem permisit eos volare in totum orbem, dato eis mandato, ne sibiipsis defenserent. Et quod ideo omnino eos nudos, & una tantum ueste amictos misit, et absq[ue] calceis ambulare iussit, ut suam virtutem & potentiam cognoscerent: scimus verum esse, si & aliud dictum audiamus. Non enim simpliciter dixit eis, Tollite marsupium & peram, sed priorum memoriam refricando sic dicebat, Cum mittetem vos sine marsupio & pera, aliquid ne dereliqueris: hoc est, nomine omnia ybertim vobis affluebat, multaque largitate fruehamini: sed nunc volo vos et paupertatem experiri, & eapropter ad legem priorum obstrictos nolo, neque à vobis idem quod antea exigo, ut ne quasi per inanima organa per vos operari existimer. Adhibete & vos vestram diligenter, & industriam. Quod si adhuc dicas: An non maius fuisset beneficium, si semper ita securè versari eos voluisset? Verum non ita probati fuissent, si nullam vel afflictionem, vel persecutionem, vel inopiam, vel angustiam degustassem: sed mansissent ignavi & pigri. Cæterum oportebat relucere, non solum beneficium & gratiam Christi, sed & subditorum

probationem, ut ne sint postea qui dicere possint. Apostolos nihil a seipsis attulisse, sed facta omnia opere Christi. Non enim difficile erat deo usque ad finem in eo successu custodire: sed noluit ob varias necessariastis causas, quas saepe charitati vestre diliximus. Una quidem haec quam diximus. Alia autem haec non minor, nempe ut modestiae affuefierent. Tertia vero, ut ne maior illis, q̄ hominibus debetur, honor exhiberetur. Itaque propter haec, & his multo plura, cum permisurus esset eis multa inexpectata accidere, noluit priorem legem tam arctam manere, sed eius severitatem nonnihil relaxauit: ut ita non esset eis grauis & intolerabilis vita, si ubique derelinquerentur, & simul duram hanc legem seruire cogerentur. Quoniam autem oportebat obscurum propositum clarius docere: idcirco postquam dixit.

- Luc. 22.* Qui habet marsupium, tollat & peram: subiicit, Et qui non habet, vendat vestem suam & emat gladium. Quid nam hoc? Armatne discipulos, qui dicitur: Si quis te percusserit in dexteram maxillam, obuenite ei & alteram? Qui praecepit ut benedicamus his, qui nos conuiciis lacesunt, feramus inuidentes, oremus pro persequientibus, nunc armat, armatur vero tantum gladio. Et quomodo haec rationi coniuncta sunt? Nam si omnino armis opus erat, non solo gladio, sed & scuto, & galea, & ocreis armare oportebat. Et profecto si humatio more haec dispensare, & agere voluisse, ridiculum erat hoc praeceptum. Quodquidem ictus sexcenta id genus arma possedunt, aduersus insidias, & impetus populorum, tyrannorum, ciuitatum, gentium: quomodo potentiores habiti fuissent vindicem? Non potuissent praetimore spectare faciem exercituum, & audire vocem hinnientium equorum, viti non nisi in stagnis & humeribus & lembis versati. Quare ergo hoc dicitur: Iudeorum insidias quodtyp se comprehensuri essent, indicare volebat, non manifeste, sed per enigmata, iterum turbarentur. Itaque, sicut cum audis Christum dicentem: Quod audistis in aurem, praetate super

- Mat. 5.* *Luc. 6.* Si quis te percusserit in dexteram maxillam, obuenite ei & alteram? Qui praecepit ut benedicamus his, qui nos conuiciis lacesunt, feramus inuidentes, oremus pro persequientibus, nunc armat, armatur vero tantum gladio. Et quomodo haec rationi coniuncta sunt? Nam si omnino armis opus erat, non solo gladio, sed & scuto, & galea, & ocreis armare oportebat. Et profecto si humatio more haec dispensare, & agere voluisse, ridiculum erat hoc praeceptum. Quodquidem ictus sexcenta id genus arma possedunt, aduersus insidias, & impetus populorum, tyrannorum, ciuitatum, gentium: quomodo potentiores habiti fuissent vindicem? Non potuissent praetimore spectare faciem exercituum, & audire vocem hinnientium equorum, viti non nisi in stagnis & humeribus & lembis versati. Quare ergo hoc dicitur: Iudeorum insidias quodtyp se comprehensuri essent, indicare volebat, non manifeste, sed per enigmata, iterum turbarentur. Itaque, sicut cum audis Christum dicentem: Quod audistis in aurem, praetate super

super tecta: & quod audistis in tenebris, dicate in lucem non intelligis, quasi praecipiat relictis foris & trivitis, eos super tecta debere praeicare: nunquam enim hoc vidi sunt facere: sed cum dicit, Super tecta, & in luce: fidutiam & libertatem publice praedicandi insinuat. Cum vero dicit, In aurem & in tenebris: significat, ut ubique terrarum narrent, quod in parua mundi parte, & in uno Palæstinæ loco audierant. Neque enim in tenebris et in aurem eis dicta erant, sed saepe in altis montibus, in conuentibus & synagogis. Ita & hic intellige. Nam sicut ibi audimus tecta, ita & hic arma. Non igitur sentimus, quod talibus verbis iusserit haberi gladios: sed quod per gladios insinuarit imminere insidias, & passurum se Iudeis quæ & passus est: atque hoc ex sequentiibus manifestum est. Nam ut dixit einendum gladium, mox adiecit: quia oportet adimpleri ea quæ de me sunt scripta. Quod cū iniqui reputatus sum. *Psal. 53*

*Luc. 12.*

Discipulis autem dicentibus, Hic sunt duo gladij: et non intelligentibus dictum, ait: Satis est. Tam eti si non sufficerent vel duo, vel tres, vel centum, si humano auxilio eos vii voluisse. Quod si noluit eos humano præsidio vii, sunt vriique & hi duo sufficiunt. Proinde hic doctrinam suam non exposuit, id quod ubiq̄ facere videtur, ut quoties dicta missus intelligent discipuli, euentu rerum dictorum intelligentiam explanandam relinquens præterear. Ita & alibi facit: De resurrectione enim disertens, sic alibi dicebat: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud: & non intelligebant discipuli quid diceret, sicut & Euangelista testatur, dicens: Quando autem surrexit Iesus, crediderunt verbo eius, & scripturæ. Et iterum alibi: Nondū enim scierant scripturam, quod oportebat ipsum ē mortuus resurgere. Sed quæstio satis soluta est. Nos nunc ad reliquam salutationis partem sermonem & ceteramus. Quidnam ergo est, quod dicendum? & unde digressi sumus? Priscillam & Aquilam beatos diximus, quod Paulo cohabitarunt, diligenter

*Ioan. 2.*

*Ibidem.*

## 310 D. IOAN. CHRYS. SERMO

addiscentes morem habitus, & calceamentorum, acq  
omnium que agebat. Hinc nobis enata est quaestio,  
& quæsitum: cuius gratia Christo prohibente alv  
quid præter vnam vestem haberi, vissi sunt hi habe  
re sandalia, & penulam? & sermone demonstratum  
est, qd apostoli his vtendo legē nō trasgressi sunt, sed  
diligenter obseruarunt. Hęc autem dicimus, non vt  
vos ad coaceruandas diuitias exhorteatur, et prouo  
cenus, vt plus qd necessitas postulat, possideatis: sed  
vt in promptu sint, que infidelibus nostra carpentis  
bus respöderi debent. Etenim Christus superiorē  
legem soluens, non propterea iussit nos habere do  
mos, seruos, lectos, vasa argentea, vel quipiam hor  
rum: sed liberauit nos, ne prius dictorum necessita  
te vrgeremur. Vnde & Paulus sic admonet, dicens:

*1. Tim. 5*  
Habentes victum & tegumenta, his cōtentī simus.  
Tribuendum enim egentibus, si quid vñsi nostra  
superest. Id quod Priscilla & Aquila perquam stu  
diose faciebant. Et idcirco eos laudat & admiratur  
Apostolus, insigne illorum præconium apponens.  
Nam vt dixit, Salutare Priscillam & Aquilam co  
operarios meos in domino: etiā causam ponit tam  
charitatis. Qualem? Qui pro mea, ait, anima cervicē  
suā supposuere. Igitur, dicit fortasse aliquis, hac de  
causa eos diligis & amas? Maxime. Quia & si id  
vnum egissent, ingenti laude digni erant. Qui enim  
ducem exercitus saluū fecit, & milites fecit saluos:  
qui medicum liberauit periculis, et laborantes mor  
bis ad sanitatem reduxit: qui gubernatorem nati  
bus eripuit, nauem totā ex vndis liberauit: sic vñ  
qui magistrum orbis saluarunt, & pro eo illiusq; fa  
lute sanguinem suum effuderunt, orbis quoq; totū  
fuerunt benefactores, vt pote sua erga præceptorem  
benevolentia discipulos omnes seruātes. Ut autem  
discas, qud non solum in magistrum fuerint tales,  
sed & fratribus eandem curam impenderint, audi le  
quentia. Nam cum dixit, qud pro anima mea cerai  
cem supposuerunt, adiecit dicens: Quibus non ego  
solus gratias ago, sed & omnes ecclesiā gentium.

*Rom. 6.*  
Iam

## IN LO. PAV. SA. PRIS. ET AQVI. 311

Iam quid tantum duo illi tantis prædestine potuerunt  
ecclesiis? Qua opum abundantia, qua potentia  
magnitudine, quo erga principes fauore claruerunt e  
Opum quidem abundantia, & potentia, & gratia  
apud potentes nihil valuerunt, neq; talia habebant:  
sed erat ei, qui his omnibus maior est, animus ad  
pericula propius & alacer, magni benefaciendi stu  
diū. Hinc est qd de multis bene meruerunt multosq;  
saluarunt. Neq; enim ecclesiis tam prædestine valent  
diuities illi pompati, vt pauperes magnanimi. Ne  
mo dictū hoc miretur: nam mulier fuit diuitis mo  
lestia & negotia. Timet pro domo, pro famulis,  
pro agris, pro opibus, ne quis aliquid ex his aufe  
rat. Et qui multorum est dominus, idem multorum  
seruus esse cogitur. Pauper autem nummis parum  
valens, & curis his omnibus carens, leo est, ignem  
spirat, generoso & forti animo acuerlus omnes in  
surgit, facile omnia agit, quæ prædestine poslunt eccl  
esiis, siue opus sit vt arguantur aliqui, siue vt incre  
pentur, siue vt Christi nomine ferantur pericula &  
inimicitia. Quoniam qui semel vitam despexit  
præsentem, magna facilitate conficit omnia. Quid  
enim timeret, dic obsecro? Num ne opes eius aut  
rantur? Hoc nemo dicere poterit. Num ne quis ini  
minuat ei ministeria & delicias, sed in omnibus il  
lis gaudere se dicit? Cœli municeps est, & ad futu  
ram teſſinat vitam. Non deprecabitur item si ani  
ma impendenda sit, & effundendus sanguis. Hinc  
est, quod talis etiam & tyrannus, & regibus, & po  
pulis, & omnibus potentior est ac dicitur. Et vt  
Lucas, quod vere huc, & non adulanter sunt dicta:  
& quod qui nihil possidet, hic omnium liberry  
mus est, & maxime libere loqui audet: quot diui  
ties erant tempore Herodis & quot potentes?  
Quis in medium prorupit, quis tyrannum increpa  
vit, quis contemptas leges dei vñctus est, diuitii qui  
dem nullus, sed pauper ille & inops, qui neq; lectū,  
neque mensam, neq; tectum habebat: ille, inquam,  
solitudinis inquilinus Ioannes, ille solus & primus

*Mat. 4*  
*Ibid. 6.*

omni libertate tyrannum arguit, & adulterinas nuptias detexit, & presentibus omnibus ac audiētibus pronuntiata sententia eum condemnauit. Et ante hunc magnus quoque Helias, qui nihil praecepit meloten possidebat, impium & praeuaricatorem illum Ahab solus viriliter corripuit. Nihil enim, nihil omnino sic libere loqui, & in rerum discriminē fidutiam habere, & contra captiuitatem satis mutuum & fortē facit, vt nihil possidere, & nullis secularibus adobrui negotis. Atque adeo, si quis vinturum libertatisq; multi possidere cupit, paupertatem amplectetur, praesentem vitam despiciat, nihil esse putet mortem. Hic non solum plusquam duces & principes, sed et plusquam reges ipsi ecclesiis prodeſſe poterit. Nam regnantes illi et abundantes, quæcunq; faciunt ex opibus faciunt: hic autem magna plerunque operatur e periculis & mortibus.

Quāto autem auro omni pretiosior est sanguis, tanto paupertas quam abundantia melior. Tales quidam erāt illi Pauli hospites, Priscilla & Aquila, qui opum carebant abundantia, & omnibus diuitiis locupletiorē animū possidebant, expectantes quotidie vt morerentur testificantesq; omni tempore cædebantur, & sanguinem effundebant. Sic discipuli magistris, et magistri discipulis colligati erant. Nam Paulus hoc non solum de his, sed & de multis aliis testatur. Nam Hebreis et Thessalonicensibus, & Galatis scribens, asserit omnes multis tentationibus afflitos. Et indicat, quare scripsérunt, nepe quod patria excidebant, substantias perdebant, ad sanguinem vscq; perficitabantur, tota eorum vita in grauis bus certaminibus erat, et vel membris mūtulari pro præceptoribus non detrectabant. Vnde Galatis scribēs, dicit: Testor enim quod, si possibile, oculos vestros effoslos mihi dedissetis. Eadem de causa & Colosensem illum, & Epaphroditum commendat. Nam vt dixit, quod ægrotarit vscq; ad mortē, & Deus eius misertus fuerit, subdit: nō solū autē eius, sed & mei, vt ne tristitiam super tristitiam haberem.

Gal. 4.

•

•

•

Vbi clare demonstrat se habiturum fuisse dolorem in morte discipuli. Cuius virtutē alicubi omnibus iterū detegit dicens: quod appropiauit vscq; ad mortem, neglecta animā suā salute, vt impleat, quod in vobis erga me deerat, ministerium. Quid illis fuerit beatius, quid autem nobis miserius? Quandoquidē illi sanguinem & animā pro præceptoribus præparati erant impendere: nos autem neq; breue verbum pro communib; patrib; emittere audemus, cum audiamus eis maledici, & conuitiis eos proscindī & blasphemari, & a suis & ab alienis. Nam maledicentes neq; compescimus, neq; reprehendimus, neq; prohibemus. Utinam non ipsi primi accusatorum simus. Sane nō tanta ab infidelibus cōuītia & probra, quantum principes ab his, qui nobis iuncti religione videntur, fidelibus, iaci videbit aliquis. Ultra hic querimus, vnde hæc ignauia, & vnde luc pietatis contemptus evenit, q; sic hostiliter erga patres nostros sumus affecti? Nihil est quod ecclesia dei ita destruere, & dissoluere potest: vt quando discipuli magistris, & patrib; filii, et principibus subditi, nō magno studio coharent. Diuina voce, si quis fratrū cuiusdam maledicit, a sacrarū scripturarum lectione excluditur. Ut quid enim accipis, ait, testamentū meū Psal. 43 per os tulum? & causa posita dicit: Sedens contra fraterem tuum, obloqueris: & patrem accusans dignum te putas qui diuina vestibula accedas? Quomodo hoc congruerit? Nam si maledicentes patri vel matri, morte moriuntur iuxta legem: quali iudicio dignus eris, qui maledicere audes ei, qui parentibus illis magis necessarius es, & melior? An non times, ne appetiat se terra, et eorum te absorbeat, vel fulmen superne in te adiugatur, & maledicam illam linguā cōbutat? Non audisti, quid passa sit Mosi soror, principi maledicens? Quomodo facta sit immunda, incidente in lepram, summā sustinuerit ignominiam, fratre deum orante veniam hō obtinueret; tametsi illa ipsa esset, quæ sanctū illum olim exposuerat, & pro eius educatione multa excogitauerat, vt eius mater in

V s alium

## 314 D. IOAN. CHRYS. SERMO

aluminam & nutricem assumeretur, & ne puellus in barbarico sinu enutritetur: & ab initio tanta fecerat ut foeminarū dux fieret, sicut Moses virorū, ut pote omnes antecellens, verē soror Mosis existens. Venitamen cū maledicit, nihil ei profuerunt hæc omnia ad effugandam irā dei: sed nec Moses, qui tantū populum, post recentem illam impietatē, precibus obtinuerat, pro sorore supplicans et veniam petens, placare deū potuit, sed ab eo valde increpatur: quod discamus & nos, quantū malum sit, principibus maleficere, & aliorum iudicare vitam. Etenim in die illo magno, nō solū de his quæ nos peccauimus, sed & de his ob quæ in alios sententiam tulimus, omnino iudicabit nos Deus. Et quod s̄æpe natura leuit peccatum est, hoc graue & incondonabile sit, dum peccans alium iudicat. Forte non satis claret, quod diximus: igitur clarius dicemus. Peccauit aliquis, & alium idem cōmittentem peccatum condemnavit, si in die illo valde amaro nō eam poenam luet, quia peccati natura exposcit, sed maiorem quam dupl̄em & tripl̄em: non propter id, quod ipse peccauit, sed quod alium iudicauit. Et ideo in eum sententiam feret Deus. Et quod hoc verum sit, ex his quæ sam facta sunt & contigerunt, demonstrabo. Nam pharisæus, quānus ipse nihil peccauerat, sed & iuste vixerat, & multa de se prædicare poterat: quia tam publicanum, ut raptorem, auarum, & iniquissimum condemnauit, iustificatus non est, & ad matrem quam illo poenam seruatus. Quod si is, qui nihil peccauit, & peccantem alium (qui manifestus erat omnibus) verbo breui condemnauit, tantum iacturæ fecit, et intantum est punitus: qui multum quod die peccari, aliorumq; itam condemnant, eriā ignorantium, cogitā quam tam sustinebunt poena, quomodo omnia venia excident? In quo enim iudicio iudicatis, inquit, et vos iudicabimini. Propter hæc utrig & supplico, & precor, & exhortor, ut ab hac malâ eosuetudine desistatis. Nihil enim nocebimus sacerdotibus, quibus maledicimus, siue mentita, siue vota sine

Mat.7.

## IN LO. PAV. SA. PRIS. ET AQVI. 315

ra sint, quæ de eis dicimus. Quoniam & pharisæus publicano nil nocuit, sed ei profuit, licet vera de eo diceret. Ceterum nobis ipsi mala extrema ipsi accessimus, sicut & pharisæus in seipsum gladium intrusit, & accepta plaga abiit. Ut igitur ne & nos idem pariamur, imperemus indomita lingua. Nam si is, qui publicano maledixit, poenam non effugit, nos qui patribus maledicere solemus, quæ nos apologia tuebimur? Si Maria, quæ fratrem blasphemauit semel, tantam dedit poenam: cuius nobis salutis spes, cum nos quotidie principes infinitis conuitiis, ut aiunt, abluiimus? An mihi hoc quis dicet, Ille Moses erat. Potero & ego dicere, Illa Maria erat. Ceterū, ut & alia ratione hoc manifeste cognoscas, qd nec si criminum rei sint, illorū tibi vitâ iudicare fas sit, audi quid dicat de principib. Iudeorū Christus: Super cathedram Mosi federunt scribæ & pharisei: omnia igitur quæcumq; dixerint vobis, ut faciatis, facite: iuxta opera autem eorum ne faciatis. Quid illorum vita erat peius, quorum imitatio discipulos corrumperere poterat? Attamen neq; sic eos despouit à dignitate, neq; subditis contemptibiles fecit. Quod si semel haec potestatem arripuerint subditi, statim hi qui alios ordinant, à gradu & dignitate deturbari videbuntur. Eapropter Paulus cunctum principē Iudeorum notalet, ac dixisset: Percutiet te Deus paries dealbate: & tu iudicans me, sedes postquam alios audiuit sibi resistentes, & dicentes: Pontificem dei conuitiis incessis, monstrare volens, quantum oportet sacerdotibus dei exhibere honorem, & reverentiam: Nesciebam, inquit, quod pontifex esset. Propterea & David, cum Saulem apprehendisset prævaricatorem, & spirantem homicidium, & multis penitentibus dignum: non solum eius vita percepit, sed neq; ut verbum asperum in eum iaceretur sustinuit, causamque ponens dicit, Clarissus Domini est. Neq; hinc solum, sed & aliunde videre licet copiose, quomodo subditum procul a sacerdotum correptione abesse oportet. Nam cum aliquando arca reduce

i. Re. 24

## 316 D. IOAN. CHRYS. SERMO

duceretur, & subditorum aliqui ad lapsum declinatum videntes erigerent, eisipso in loco poenam dede runt, & à Domino percuti, mortui manserunt, cæteri nihil agerent absurdum. Nō enim subuertebant, sed lapsuram erigebant. Et vt adhuc copiosioribus testimoniis sacerdotum dignitatem discas, & quomodo non sit fas subditum, & in ordine laicorum existentem talia erigere: illos in media multitudine occidit, cæteros omnes hoc prodigo terrenus, & perire adens, ne adyta sacerdotij accedit. Enim uero, si quietes indigne aliqua a sacerdotibus flunt, singuli ad corrigendum prosiliant: ad hoc vt sacerdotij dignitas honestetur, nunq̄ deerit corrīgendi occasio, & cōfusis inter se omnibus, inter principem & subditum non discernemus. Nemo hæc me dicere opinetur, quasi a sacerdotibus sim subornatus. Scitis ipsius sint mansueti per gratiam dei, & neminem vñquam vt scitis, offendetur. Quod si & malos haberetis patres, & molestos magistros, neque sic eis maledicere vobis securum, & absque graui periculo. De corporalibus enim parentibus dicit: Si sensu deficiant, veniam. Quid enim illis dabitis, quale ipsi tibi? Multo magis in spiritualibus hæc lex obseruāda. Praterea vniuersusque officium est, vt suam ipsius vitam diligenter consideret, ne videlicet audiamus in die illo: Hypocrita, quid vides festucam in oculo fratri tui, in tuo autem oculo trabem non consideras? Erenim hypocitarum opus est, publice quidem & omnibus videntibus, oculari manus sacerdotū, genitare, supplicare vt pro se orient, & baptizandos ad illorum fatus deducere: domi autem & in cœuentibus, tantorum honorum autores & ministros multis abluere probris, vel opprobriatores illorum ferre. Quod si vere malus est pater, quomodo fidelē putas tam terribilem sacramentorum ministrum? Si autem fidelis tibi minister esse videretur, quare tertiis alios ei maledicentes, & non concludis eorum ora, neq; stomacharis, neq; ægrefers, vt & mercedem accepias a Deo, & laudem ab illis? Nam licet valde iudicium

Mat. 7.  
Luc. 6.

## IN LO.PAV.SA.PRIS.ET AQVI. 317

ludant, omnes tamen te laudabunt, & amplexabuntur ob egregiam in parentes curam: sicut si hoc non facitis, omnes vos condemnabunt, etiam illi ipsi qui maledicunt. Ad hæc omnia accedit illud multo gratus, quod grauem illic dabimus poenam. Quia nihil plane sic offendit ecclesias atq; morbus ille: & sicut corpus neruorum debita habitudine carens, multas gignit ægritudines, & vitam facit non diuturnā: ita ecclesia non circundata fortis, & vehementer virginis catena, plurima partur bella, iram dei auget, & multarum tentationum est occasio. Ne igitur hæc contingat, neve Deum exacerhemus, nostrisq; augeamis mala, & poenam certam indeclinabilemq; cōparemus, vitâ hanc multis implentes doloribus, nostram ad bene loquendū linguam assuefaciamus: nostram ipsorum vitam singulis diebus diligenter scrutemur: aliorum autem vitam, ei qui etiam incognita nouit, iudicandam relinquamus, ipsi nostra peccata interim iudicantes. Ita nobis gehennalem ignem licebit effugere. Nam sicut, qui in alienis curiosius explorandis occupati sunt, suorum peccatorum nullam habent rationem: ita qui ab aliena vita discutientia abhorrent, magnam suorum delictorum habent curam: & quia sua considerant mala, illaq; quotidie iudicant, a seipsis exposcentes penas, mitem habitur: sunt iudicem. Id quod Paulus declarans dicebat: Nam si nosipso iudicamus, non utiq; iudicabimur. Ut autem hanc sententiam effugiamus, reliquis omnibus aliis, magno studio vita & conscientia nostra exquirenda, puniēdæ cogitationes ad peccandum irritantes, subinde de factis nostris reddenda ratio. Sic poterimus facile à peccatorum exonerari sarcina, multa venia frui, præsentemq; simul vitam cum voluptate transmittere, & assequi bona futura: gratia & misericordia Domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, vna cum sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

DE LI

1. Cor. II.

DE LIBELLO REPVDII, IN DICTVM  
Pauli, mulier alligata est legi, quanto tempore vi-  
xerit vir suus: si autem dormierit, libera est, cui  
voluerit, ut nubat, tantum in Domino. Beator  
est, si sic manserit.

**P**R Idem nobis beatus Paulus de coniugio con-  
tugiorum iustificationibus legē tulit, Corinthiis  
sic scribens ac dicens: De quibus autem scrip-  
sistis mihi, Bonum esse homini, mulierem non  
tangere: propter fornicationem autem, suam quisque  
vxorem habeat, & suum quemque virum habeat. Et  
propter & nos totum sermonem in hoc insimulab-  
mus. Itaque necesse est hodie de eodem argumento  
iterum vobiscum differere, quandoquidem de codice  
etiam ipse Paulus differit. Audiuitis enim illum  
clamantem, ac dicentem: Vxor alligata est legi,  
quoad vixerit vir illius: si autem obdormierit vir  
illius, libera est, cui voluerit nubat: beator autem  
est, si sic manserit, iuxta meum consilium, opinor au-  
tem quod & ipse spiritum dei habeam. Sequamur  
igitur illum & hodie, & de hac colloquamur mate-  
ria. Sequentes enim Paulum, per hoc & Christum  
ipsum sequemur, eo quod & ille non semet ipsum, sed  
Christum per omnia sequens scripsit. Enimvero  
non est vulgaris res, coniugium bene se habens: sicut  
etiam his qui illo, non ut oportet, utuntur, innu-  
rorum malorum sit materia. Nam sicut mulier ad  
iutrix est, ita sapientia & insidiatrix sit. Et sicut portus  
est coniugium, ita & sapientia naufragium parit: non iuxta  
suam naturam, sed iuxta sententiam eorum, qui illo  
male utuntur. Etenim qui iuxta congruas leges iu-  
lud obseruat, dominum & vxorem suam, ut malorum  
omnium quae vel in foro, vel alicubi obueniunt, con-  
solaricem ac liberatricem reperit. Qui autem teme-  
re & vulgariter hanc rem aggreditur, etiam si multa  
in foro & alibi tranquillitate fruatur, ingressus in  
domum scopulos et petras videbit. Itaque quoniam  
non de rebus vulgaribus nobis est periculum, opere  
reputatum fuerit cum diligentia dictis attendere,

Vxorem ducti sunt, iuxta Pauli, immo Christi leges age-  
re. Sanè scimus, quod multis nouum & inexpectatum  
videbitur quod dicimus: at propterea non silebo,  
sed primum legem vobis legam, & dein legem quae  
contraria videtur solvere tentabo. Igitur quænam  
est lex illa, quæ nobis Paulus posuit? Mulier, inquit,  
non separatur, viuente viro, neque alium superin-  
ducatur maritum, neque secundas nuptias habeat. Et  
vide quanta cum diligentia verborum usus sit pro-  
prietate. Non enim dixit, cohabitetur viro, quoad vi-  
xerit vir illius: atque adeo etiam libellum repudiū det,  
etiam si domum relinquat, etiam si ad alium abeat, le-  
gitimata est, adulteraque est talis. Quando igitur vir  
eiocere vult vxorem, & vxor relinquere virum, hu-  
ius memor sit dicti, & Paulum putet esse praesente.  
& persequi se clamando & dicendo: Mulier astricta  
est legi. Nam quemadmodum serui fugitiui etiam si  
domum herilem relinquant, catenam secum trahunt  
attrahentem: Ita & mulieres etiam viror relinquent,  
legem habent pro catena, & persequenter & adulte-  
rii accusantem, accusantem etiam recipientes, ac di-  
centem: Adhuc superest maritus, & adulterium fa-  
cetus hoc est. Mulier enim astricta est legi, quoad  
vixerit maritus illius. Et omnis qui dimissam in  
vxorem acceperit, adulterus fit. Quando igitur licebit  
illi secundas nuptias contrahere? Quando tunc vbi a  
catena liberata fuerit, quando vir morietur solum.  
Hoc igitur declarans non addidit: Quod si mor-  
tuus fuerit vir illius, libera est, cui voluerit ut nu-  
bat: sed, si autem dormierit vir illius, quasi consolans  
viduam, & persuadens manere apud priorem, & non  
adiuungere secundum maritum. Non mortuus est, in  
quit, vir tuus, sed obdormiuit. Libera est, cui volu-  
erit ut nubat. Non dixit, Nubat, ut ne videatur vim  
facere & cogere: neque prohibuit volentem secun-  
das nuptias contrahere, neque nolentem adhortatus  
est, sed legem legit, dicens: Libera est, cui voluerit  
nubat. Liberari autem illam post viri morte esse fa-  
ctam dicens, ostendit, quæ antea adhuc viuente mari-  
to set

## 320 DIVI IOAN. CHRYSOS.

to serua sit. Quae autem serua est, ac subdita legi, et illi  
millies libellum repudij det, adulterij ligabitur legi.  
Nam seruis quidem licet mutare dominos viuētes,  
vxori autem non licet viros commutare viuētes,  
alioqui adulterium per petrabunt. Ne mihi leges ab  
exteris conditas legas, præcipites dari libellum re-  
pudii, & diuelli. Neq; enim iuxta illas iudicaturus  
est te Deus in die illa qua venturus est, sed secundū  
suas, vt ipse statuit. Etiam externæ leges, non simpli-  
citer, nec absolute hoc posuerunt; nam ipsa puniunt  
factum, & hinc liquet, quod peccatum valde regre-  
tulerint. Vnde eam quæ autor fuerit repudii, nuda  
& spoliata facultatis eiiciunt, vt vnde fuerit di-  
solutionis occasio, etiam facultati sit iactura. Nunc  
puniant, & idcirco hoc facientes, factum illud non  
commendabant. Quid igitur? Et Moses, ait in fine,  
fecit: & ille propter ista causam. Tu vero audi Cimi-  
stum dicentem, Nisi abūdauerit iustitia vestra plus  
quam scribarum & pharisæorum, nequaquam intra-  
bitis in regnum celorum. Audi illum dicentem: Qui  
dimiserit vxorem suam, excepta causa stupri, facie il-  
lam adulteram fieri: & qui dimissam in vxorem du-  
xerit, adulter fit. Propter hoc venit vñigenitus filius  
dei: propter hoc serui formā assumpsit, propter hoc  
sanguinem effudit pretiosum, morte destruxit, pœ-  
catum extinxit, largiorem spiritus gratiam dedit, ut  
ad maius sapientiæ studium induceret. Alias etiam  
non ita simpliciter legem hanc rulit, sed cum cogeret  
tur se attemperare eorum quibus legem dabat ini-  
finitati. Nam quoniā ad cædes prompti erant, &  
domus cognato replebat sanguine, & neq; suis neq;  
alienis parcebant, ne intus occiderent vxores, quae  
ingratæ erant, præcepit foras mittendas, quo grauus  
us malum, nempe homicidiorum facilitas tolleretur  
Sane quod homicidæ quidam fuerint, audi prophetas  
dicentes: Et discantes Sion in sanguinibus, & Hier-  
usalem in iniustitiis. Et iterum: Sanguinem sanguini-  
ni miscent. Et iterum: Manus vestræ sanguinis ple-  
næ. Et quodd non solum contra alienos, sed etiam con-

Mat. 5

Mich. 3

Osee. 4

Esa. 59

## DE LIBELLO REPUDII SER. 321

tra suos favierint, & ita manifestans Prophetæ dice-  
bat: Sacrificauerūt filios suos & filias suas dæmoniis Psal. 105  
Qui autem non parcebant liberis, vtique nec vxori-  
bus pepercissent. Vnde ad hoc cōmodum illud per-  
misit. Quapropter & Christus Iudeis rogantibus  
& dicentibus: Quomodo igitur Moses permisit das-  
te libellum repudii, ostendens, quod non contraria  
legem fert, sic alicubi dixit: Moses iuxta duritiam cor-  
dis vestri locutus est, ab initio autem non erat sic: sed  
qui fecit ab initio, masculū & femmā fecit illos. Si  
hoc fuisse, inquit, non vnum virū & vñā mulierem  
fecisset, sed uno Adam condito duas fecisset mulie-  
res, siquidem voluisse vñā quidem effici, alteram ve-  
tō induci. Nunc verò ipso formationis modo legem  
induxit, quam ego nunc scribo. Et quænam est illa?  
Hæc vtrique, Eam sibi quisq; vxorem seruet semper  
vñā initio sortitus est. Hæc lex antiquior, quā illa  
de libello repudii, & in tantum quantum Adam ipso  
Mose. Et idcirco nunc nihil nouum sector, neq; pe-  
regina affero decreta, sed ea quæ Mose antiquiora  
& priora fuere. Dignum autem fuerit & Mosis legē  
illam, quam de hac re posuit audire: Si quis, inquit, Deu. 14  
aceperit vxorem, & habitauerit cum illa, & erit si  
non inuenierit gratiam corā illo, quia inuenit in illa  
in turpitudinis rem, scribet illi libellum repudii, & det  
in manu eius: imo non dixit, scribito & dato, sed  
quid? Scribet illi libellū repudii, & dabit in manus  
eius. Magiū autem inter hoc & illud discrimen: nā  
dicere, Scribat illi libellum repudii, & det in manus  
eius, lubentis ac imperantis est. Dicere autē, Scribet  
libellum repudii, & dabit in manus eius, annuntian-  
tis faciē, & nō propriā lege introducentis est. Igitur  
si quis dicat, Eiiciat vxorem, & dimittat illam ex  
domo sua: et cum abierit, si fuerit alteri viro, et odio  
illam habuerit etia vir posterior, & scribet illi libel-  
lum repudii, & dabit in manus suas & emitat il-  
lam ex domo sua: si mortuus fuerit illius vir, qui ac-  
cepit sibi illam vxore, non poterit vir prior, qui di-  
miserat illam redire, & accipere eam sibi in vxore.

( X Dein

## 322 DIVI IOAN. CHRYSOS.

Deinde monstrans, q̄ non dixit de facto: non enim coniugij esse putat, sed propter infirmitatem illorum condescendit, dicens: Non poterit vir prior accipere illam sibi in vxore, addidit, Postq̄ pollutum illam: declarans per huius verbi modum, quod secundum nos ptia vivente priore viro, pollutio magis sit q̄ coniugium: propter hoc non dixit, Postquam illam in uxorem duxerit. Vides quod consona cum Christo loquitur. Deinde & causam apposuit, quod abominatione sit coram deo. Et Moses quidē sic. Propheta autē Malachias multō manifestius, quā Moses hoc demonstrat: Nūquid dignū respicere ad sacrificiū nostrū, vel recipere acceperabile de manibus nostris? Et cum dixisset, cuius ergo? Vxorem adolescentiae ne derelinquas. Postea vt ostendit quale sit malum, & priuans omni venia eum qui hoc fecit, in sequentibus accusationem intentat, sic dicens: Et ista socia tua, & vxor pacti tui, & reliquiæ spiritus tui, & non aliis fecit. Vides quantas apponit iustificantes, primū ætatem, dicens: Vxor adolescentiae. Deinde societatem vitæ, dicens: Et ista socia tua, Postea modum formationis, dicens: Reliquiæ spiritus tui. Non enim de terra formata est, sicut Adam, sed de formati ē terra latere, & hoc est quod dicitur & reliquiæ spiritus tui. Ad hæc omnia, quod omnibus illis maius fuerit, accedit conditoris dignitas. Hoc enim est, quod non aliis fecit. Non potes, inquit, dicere, q̄ te quidē deus fecit, illā vero non deus, sed alijs quidam illo deterior, sed unus & idem utrosque vt essent prodixit: & ita quāvis nihil alind, hoc saltē reueritus charitatem et ga illā custodi. Nam si sepe hoc seruis mutuū dilectionis causa fuit, quia ambo vni & eidē dominio leviant: multo magis nobiscum hoc fieri conuenit, quando eundē, & conditore, & opifice utriq̄ habeamus. Vidisti quomodo etiā in veteri initia & processione ferē accepterint nouæ philosophiæ præcepta. Nā vbi multo tempore in lege versati esent, & ad consummatoria mādata trāsire deberēt, iamq̄ proprie-

Mala. 1.

## DE LIBELLO REPVDII SER.

raret ipsorum politia, opportuno tempore ad eiusmodi sapientiā illos Propheta inducit. Credamus igitur bonæ legi, et nos ab omni cōfusione liberemus, neq̄ nostras eiiciamus, neque electas recipiamus. Nam quā facie virū vxoris aspicies? quibus oculis amicos illius familiares? Nam si is qui mortui coniugis, cuius vxorem accepit, imaginem positam videtur, afficitur aliquo modo, & grauter fert, si viuet mariū videat eum quæ sibi cohabitat, qualem vitam ageret? quo pacto ingredietur domum? quo animo? quibus oculis? quomodo videbit illius uxorem suam, imo neque illius, neque suam. Iuste quis talem alloqueretur, A dultera nullius est vxor. Fessellit pacta quæ cum illo habuit, & ad te cum honestis legibus non venit. Quantæ igitur dementiæ fuerit, rem rot malis plena in domum induceret? Nō sunt etiam tam rarae foeminae, vt super caput tuum tantam inducas perniciem. Quare cum multe sint, quas potes pura conscientia, & permittentibus legibus ducere, ad prohibitas currentes domus subuerimus, bella inter amicos excitamus, ac vndeque iniurias nobis conciliamus: ad hæc innumeris accusatoribus ora aperientes, nostram vitam consumimus, & respectam facimus, & quod omnibus grauius est, ineuitabile iudicium in die illo nobis accumulamus. Quid enim dicemus iudicaturo nos, quando legem in medium illatam legerit, dicens; lūsi repudiatam vxorem non ducere, dices q̄ adulterii cōmittatur. Quomodo igitur ausus es ad prohibitas nuptias accedere? Quid dicemus, quid respondebimus? Nunquā enim illic fas externas leges prætexere, sed necessarium tacētes & ligatos in gehennam ignem immitti, cum adulteris & alienū cho- rū iniuria afflictionibus. Nā quando dimiserit absq̄ causa stupri, quando electam viuente viro duxerit, cum electa illa punietur. Propter quod oro, obsecro & supplico, ne viri mulieres eiiciant, neque mulieres viros relinquant, sed audiant Paulū dicentes: Mu- lier astricta est legi quanto tempore vixerit vir eius.

Mat. 5.

Cor. 7.

X 2 Si

## 324 DIVI IOAN. CHRYSOS.

Si autē dormierit vir, libera erit cui volet ut nubat, tantum in Domino. Qualem enim habebunt venia, qui Paulo etiam secundas permittente nuptias post morte coniugis, & tantam concedente copiam, ante morte audent talia facere? Quā assequentur defensio nem, vel illi qui viuentibus viris vxores accipiunt, vel hi qui vulgatissima scorta accedunt? Etenim & illud est adulterii aliud genus, habere domi vxore, & foris scortis iungi. Nam quemadmodum mulier habens virū, etiamsi famulo vel libero cuiquam vxorem non habenti se exponat, adulterii legibus implicatur: Sic & vir licet ad vulgare scortum, vel ad mulierem aliam, quanuis nō habentem virū, ipie vxorem habens aberrarit, adulterij reus censemitur. Fugiamus igitur & hūc adulterij modū. Quid enim poterimus dicere, quid item prætexere, qui talia audiemus, quam honestam excusationē adhibebimus? Naturę concupiscentiam? sed assistit quidem vxori & quæ semel obtigit, hac nos excusatione priuans. Idcirco nuptiæ inuestigantur, ut ne scoteris: immo nō vxor sola, & multi alii, qui eandem quam nos habemus naturam cohabitent, hac nos priuant. Quando enim conseruus tuus, idem habens corpus, eandem concupiscentiam possidens, eadem necesse extimulatus, nullam videt mulierem, sed manet sua sola contentus, qualem habebis excusationem, concupiscentiam prætexens? Et quid dico habentes vxores? Cogita mihi eos qui semper in virginitate vixerunt, & contemptis nuptiis magnis præ se tulerunt continentiam. Cum igitur alii ab illis nuptiis continentis sint, quam tu assequeris veniam cum nuptiis scortans? Hæc & viri & mulieres audent, ac viduat ac nuptiæ: omnibus enim Paulus loquitur & lex illa, dicens: Mulier astricta est legi quanto tempore vixerit vir illius: si autem dormierit, libera est, cui vult ut nubat, tantum in Domino. Et habentibus viros, & non habentibus, viduis, & secundo nubentibus marito, & omnibus simpliciter sermo ille utilis est. Nam quæ habet virum, non

volet

## DE LIBELLO REPUDII SER. 325

volet viuēte marito illo querere alium, audies quod vivente illo astricta sit. Quæ vero libera, si quidem voluerit secundo nubere, non simpliciter neq; temere hoc faciat, sed cum legibus quæ sunt a Paulo posse: dicit enim: Libera est, cui vult ut nubat, tantum in Domino: hoc est, cum continentia & honestate. Si voluerit cum defuncto seruare fœdera, audiet repositas sibi coronas, maioremq; alacritatē capiet. Beator enim est, inquit, si sic malerit. Vides quo patet omnibus sermo ille utilis, & se ad illarum humilitatem demittit, & istas suis laudib. non defraudat. Etenim quod nuptiis & virginitate fecit, hoc & de prioribus & secundis nuptiis: quemadmodum illic nō exclusit nuptias, ut ne grauet infirmiores, neq; necessitatem imposuit, ut ne volentes virgines agere propositis coronis spoliaret: Sed demonstrauit quidem, quod bonæ sint nuptiæ: manifestauit autem quod melior sit virginitas: Ita & hic quoq; eosdem graues ponit nobis, maiorem scilicet altero alterū, nempe viduitatē: alterum vero inferiorem, nempe secundas nuptias. Et illas vltius, quanuis transfilire volunt, ad certamen preparans, & infirmiores cadere non permittit: dicens, Beator enim est si sic manserit. Et ne putes humanam esse legem, audiens iuxta meū consilium, subdit: Opinor autem quod & ego spiritum dei habeā: Non igitur humanū consilium est vel præceptum, sed gratia spiritus sententia ac diuinæ lex. Idcirco ne putemus quod audiamus Paulum dum hæc dicit, sed spiritum sanctum qui hanc nobis legem condit. Quod vero dicit, Opinor, non quasi nesciens dicit, sed modeste agens & seipsum humilians. At quia beatorem dixerat, & non adiecerat quomodo beatorem, iustum demonstrationē dat hanc se à spiritu afferre sententiam: quod si vides etiam rationibus exquirere, magnam demonstrationem copiam inuenies, & videbis beatorem esse viduam: non solum in futuro seculo, sed etiā in praesentia vita. Et istuc ipsum maximè vidit Paulus, id quod de virginibus insinuauit, dicens: Admonens

X; enim

## 326 DIVI IOAN. CHRYSOS.

enim & cōsulens eligendam esse virginitatem, sic alibi dicebat: Opinor, quod donum sit homini sic esse propter instantem necessitatē. Et iterum: Etiā nuptiū virgo, non peccauit. Virginem hic dicens non eam quae renuntiauit, sed eam duntaxat quae nō dum coniugium experta est, & non factam obnoxiam perpetuae virginitatis promissione. Tribulationem autē in carne habebunt qui tales sunt: Ego autem vobis parco. Vno enim & breui hoc verbo reliquit cordato auditori, vt omnia colligat & expedit, dolores partus, educationes puerorum, curam, infirmitates, mortes intempestivias, inimicitias, contentiones, innumeris seruire preceptis, alienis malitia obnoxiam fieri, innumeras tristitias in una sua anima recipere. Ab omnibus illis malis liberatur, quae continentiam amplexatur, & cum liberatione a tot inuicundis, etiam in futura vita magnam repositū habet mercedem. Hæc igitur omnia scientes, studeamus quidem primis nuptiis esse contenti. Si autem & ad secundas aspiramus, siac hoc decentissimo modo & habitu, nempe iuxta diuinās leges. Propter hoc enim dixit. Libera est, cui vult vt nubat: & subdidit, Tantum in domino: simul & licentiam excluens, q̄ potestatem concedens, & potestati illi vindique leges ac terminos ponens: videlicet ne possint & corruptos viros in domum introducat mulier, & stuprum sectantes, sed cū honestate & modestia, ac pietate omnia in gloriam dei fiant. Quoniam enim s̄pius multæ mulieres prioribus viris defūctis, adulterio prius commiso alios introducent, alias etiam alias pessimas vias excogitarunt: propter hoc adiecit, Tantum in domino, vt nihil horum secundæ nuptiæ habeant: sic enim a criminibus libertate esse poterunt. Optimū enim foret expectare defunctionem, & seruare leges cū illo iugis, continenter amici eligere, & manere cū derelictis pueris maiori dei benevolentia sic cociliando. Et si que secundo nubere marito volet, cū modestia ac honestate, et de centissimis legibus hoc faciat, quandoquidē & hoc per-

## DE LIBELLO REPVDII SER.

327  
permittrit. Fornicatio autē sola & adulteriu prohibetur. Hanc igitur fugiamus & cōiuges et cœlibes, nec confundamus vitam nostram, vitamq̄ agamus ridiculam, neq̄ polluamus corpus, neque mala conscientiam in mentem inducamus. Quomodo enim post consuetudinem cum scortis in ecclesiam venire poteris? quomodo manus quibus scortum cōtrahisti in cœlū extendere audebis? Quibus oculis inueberis amicos honestiores? Et quid dico amicos? etiam nullus conscientia sit, tu teipsum cogoris maxi- me omnium rubore ac cōfusione perfundere, et maxime omnium corpus propriū abominari. Nā nisi hoc esset, quare ad balneum post peccatum illud curris? nonne quia omni luto immundiorem teipsum esse celes? Quam igitur maiore immunditiae tuæ probationem queris, vel quā deum expectas sententiam daturum, quando tu ipse negligens deum, tale de factis tuis sententiam teres? Igitur q̄ impuros se esse censem, valde laudo & approbo. Quod autem non rectum purificandi modum habent amputo, & propterea reprehendo. Nam si corporalis macula est, verisimile est q̄ balneari purificationibus corpis ipsum ablueres, animā aut coquinares. Tale quare purificationem, quæ illius maculam ablueret poterit. Quod autem est illius maculæ balneari. Caldi lacrymarum fontes, gemitus & profundo cordis ascēdentes, compunctio perpetua, preces continuæ eleemosynæ, & eleemosynæ largæ, non vltra hæc opera attentare, condemnare quod factū. Ita peccati natura abluitur, ita expurgatur animæ macula. Atq̄ adeo si hæc non fecerimus, etiam si in omnes flumi- nes fontes descenderimus, neq̄ partū illius peccati de pellere poterimus. Imò quod melius, ne attentemus hoc abominabile peccatum. Si quis autem aliquando supplantatus fuerit, haec subiiciat remedia, prius peccantes condemnauerimus quidem ea quæ iam fecimus: iterum autem eadem attentamus, nulla erit purificationis utilitas. Qui enim abluitur, & eodem.

## 328 IN DICTVM APOSTOLI

Iuto iterum inquinatur: et qui demolitur iterū quod ædificauit, & qui ædificat iterū, vt destruat, nihil in de lucris facit, q̄ quod frustra laborat, & crumnosus est. Igitur & nosne in vanum & frustra vitā insuma mus, priora peccata expurgemus, & quod reliquum est vitē incōtinētia & honestate ceterisq̄ virtutib⁹ agamus, vt & deū misericordē habentes regnū cœlorum assequamur, cui sit gloria in secula.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO, in dictum apostoli: Nolo vos ignorare fratres, quod patres nostri n̄es sub nube fuerunt, & omnes per mare transfierunt.

**N**autæ eam maris partem magis amant, que frequentibus insulis & portub⁹ diuisa est. Mare enim vbi portu caret, etiam si placidum sit, nauigantibus multum timorem inducit: vbi autē portus & littora vindiquaq̄ obuiantur, ibi valde secure nauigatur, etiam si mare tempestatis sauviar: facile tamen, & breui ab virginibus malis liberari possunt, non longe absente refugio: & ea propter non solum quando prope portum nauigant, sed etsi multum absint, ingentem ab asperetationem accipiunt. Non enim vulgariter illorum animas reparare solent, etiā ea quæ procul videtur, uti vertices montium, exurgens fumus, & ouium greges in montibus pascentes. Verum, vbi littus ingrediuntur, plena tunc perfruantur lactitia, tunc & laborem remittunt, & corpora mirè exalpērata, potabilibus oblectant aquis: egrelisque in hunc, & nudis per terrā ambulantes corporibus, omnes nauticum tedium deponunt. Sicut autē illi hanc partillimum maris amplexantur partem ob frequentes & continuas refocillationes, sic et ego hanc anni partem præcipue amo. Non quod liberati simus hinc, neque quod æstate perfruimur, blande at hante zephyro: sed quia crebri nos excipiunt spirituales portus, festi, inquit, sanctorum martyrum dies. Non enim portus tam idonei sunt ad refocillandos nautas, quam recreentur fideles sanctorum solennissimis.

Nau-

## NOLO VOS IGNORARE.

329

Nautas quidem littora liberat ab inundatione, multoq̄ impetu marinorum fluctuum: sanctorum autē memoria fideles ad martyrum festa confluentes, erigit a malignis spiritibus, immundisq; ac absurdis cogitationibus, magna animabus corum reddita tranquillitate. Et si quis vel ex publicis, vel ex priuatissimis negotiis mcerore obrutus adueniat: statim omni eo deposito, & leuior, et placidior abit. Nō vnum quidem deponens, neq; amplustra suspendens, sed disoluens importabile & multiplex onus secularis tristitia, & multam in anima sua lœtitiam excipiens.

Horum omnium testes estis, qui beati Barlaam premissi heri oblectati, & magna alacritate huc festinantes, abluistis secularium curarum sudorem, iterumq; domum leues auditis nostris sermonibus confessi. Ecce & aliorum martyrum alia accedit festivitas. Igitur ut ad illorum portum festinemus, nautas imitemur: & sicut illi nauigantes pelagus cantat, cantu labore mulcentes: sic & nos donec ad illorum portum veniamus, spirituales quosdam inter nos conferamus sermones: Beatum Paulum ducem eius colloqui habentes, quorsum ille iusserit, sequamur. Et quo nos sequi iubet: per erēmū, & viam miraculorum quæ in erēmo contigerunt.

Audite enim ipsum hodie clamantem, et dicentem.

Nolo enim vos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube erant, & omnes per Mosen baptisati sunt in nube & Mari, & omnes eandem escam spiritualem comederunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Biberunt enim de spirituali, quæ illos comitabatur, petra: petra vero fuit Christus. Sed plures illorum non approbavit Deus, prostrati enim sunt in deserto: hæc autem figuræ nostri fuere. Ne nos simus concupiscētes rerum malarum, quemadmodum & illi cupierunt. Neq; simulachrum sitis cultores, sicut quidam illorum. Quemadmodum scriptum est: Sedit populus ut ederet & biberet, & furregerunt ad ludendum. Neq; stupris inquinemur, sicut quidā illorum stupris polluti sunt

X, 5 &amp;

Num. 9

Exo. 13, 14

Exo. 22,

& conciderunt vno die vigintiduo millia. Neq; ten-  
temus Christum, sicut quidam illorum tentauerū,  
& a serpentibus extincti sunt. Neque murmureatis,  
sicut & quidam illorum murmurauerunt, & extin-  
cti sunt ab exterminatore.] Videntur quidem hæc  
qua dicta sunt manifesta, diligenter tamen attein-  
dentibus, dubitationem adferunt haud vulgarem.  
etenim primum interrogatur quare veteris historiæ  
meminit, & qua consequentia, cum de his disputa-  
tur quæ idolis sunt immolata, in hæc narrationem insi-  
cidit, afferens in medium quæ in eremo contigerunt.  
Non simpliciter neq; fortuito beatus ille loquitur,  
sed magna conuenientia & proportione, qui dicta  
eius obseruat, cohærente videt vndeque. Quare ergo,  
& vnde in hanc incidit historiam? Increpabat eos  
qui temere & non requisisti ad idola ingrediuntur,  
pollutam comedentes mensam, & tangentes idolo-  
thyta. Et cum ostendisset quod duplex damnum illi  
inde sustinerent: nam & infirmiores offendebant, et  
ipsi dæmoniorum participes erant, & cum per pre-  
dicta satis spiritus eorum humiliasset & docuisset,  
ostendit fidelem spectare non solum quæ sua sunt  
debet, sed & quæ multorum: volensq; ipsis timore  
incutere, veterem historiam eis recenset. siquidem  
& illi magna de se sentiebant, quasi fideles & ab er-  
rore liberati, & scientiam assecuti, & ineffabilium  
sacramentorum participes facti, necnon et ad regnū  
celorum vocati. Volens ergo declarare, quod illorū  
nulla sit utilitas, nisi ad sit & vita tantæ gratia  
respondens, ex veteri historia ipsos erudit. Insuper  
etiam hoc multiplicem in se quæstionem cōplicetur.  
Cur non potius per verba Christi in euangelio  
posita cum ipsis disputat? Cur non meminit gehennæ,  
& exteriarum tenebrarum, & venenati vermis,  
& perpetuorum vinculorum, et ignis præparati dia-  
holo, & stridoris dentium, et aliorum indicibilium  
suppliciorum? terrere enim volens, hoc facere debet,  
bat, non ab his quæ in eremo contigerunt. Nam illi  
licet puniti sunt, mitius tamen & temporaliter,

& vno tantum die: isti autem immortalibus et mul-  
to grauioribus suppliciis. Quare ergo non inde ip-  
sos terruit, neque verbum Christi recensuit? Potes-  
tac enim dicere ad læsos: Nolim vos ignorare fra-  
tres, quales Christus posuit leges aduersus eos, qui  
fidem quidem habent, vitam autem optimam non  
præseverunt. Etenim homines qui miracula opera-  
ti sunt, et futura prædixerunt, regno celorum eicie-  
bat, dicens: Multi dicent mihi in die ipsa, Domine Matr.  
domine, nonne in nomine tuo dæmonia eieimus,  
& in nomine tuo prophetauimus, & virtutes mul-  
tas fecimus? & tunc confitebor ipsis: Discedite Ibid. 25.  
ime, non noui vos qui operamini iniuratem.  
Et virgines quidem non propter fidem & dogma,  
sed propter peruersam vitam, & immisericordiam,  
& crudelitatem arguit, & thalamo exclusit: & eum  
qui induxit erat sordido amiculo, propterea vin-  
cillum eiecit, non quia non habebat recta dogmata,  
sed quia vitam sordidam & impuram. Et quare  
iussit in ignem intrudi diabolo præparatum? Non  
ideo eō misit, quia fide exciderant, sed quia nullius  
miserti erant. Horum omnium & talium memo-  
riam potuit facere, & dicere: Non volo vos igno-  
rare fratres, quod illi omnes & baptismum assecu-  
tarunt, & participes sanctorum facti, & communi-  
carunt mysteriis, & fidem multam ostenderunt, &  
perfectam habuerunt scientiam: sed quia vitam  
sibi consonam non egerunt, regno electi, & igni tra-  
dicti sunt. Quare igitur hæc non dixit? sed omis-  
sis omnibus, sic ferme ait: Nolo autem vos igno-  
rare fratres, quod patres nostri omnes sub nube fue-  
runt: & commemoratis Mosaicis, obticuit ea quæ  
sub gratia dicuntur. Non simpliciter, neq; absque ra-  
tione hoc facit: magna enim prædictus erat sapien-  
tia. Sed quidnā ait, & propter quid? Volebat ostendere, idem duobus illis testamentis tradi, et magnā  
cognitionem Veteris et Noui testamenti. Quando-  
quidem multi sunt homines, qui gehennam esse no-  
credunt, & neq; esse suppliciū; sed deū simpliciter  
mina-

## 332 IN DIGTVM APOSTOLI

minari vermem immortalem & ignem inextinguibilem, & tenebras externas incutientiae formidinis & eruditio[n]is causa: sed non possunt fidem præteritis abnegare. Nam quæ facta sunt, quo pacto posse quis dicere non fuisse facta? Nam his quidem quæ nondum apparuerūt, neq[ue] in opus processerunt, multa fidem noui habent: iis autem quæ facta sunt, erant qui valde incorrigibilis, & reprobæ mentis, neque si veller, poterit nō credere, eo quod valde confessa sint, & finem fortia, eorumq[ue] multæ superficiæ relata quæ. Vult igitur eos non vacillare in fide, iusto deludicio, quasi diceret: si putas nō esse gehennam, neque poenam & supplicium, sed deum ita simpliciter esse minatum, animo repete quæ præterita sunt, & futura crede. Nam si idem est deus, qui & prius & quæ nunc sunt gubernat, & tam ea quæ ad veterem legem, quam ea quæ ad gratiam pertinent: cum igitur idem sit, qua ratione constabit, illos quidem peccantes puniri, nos vero h[oc] & multo graviora illis admittentes impunes relinquimus. Rogo igitur, iuste iudicatine sunt Iudei & puniti? Obmurmurauerunt, & puniti sunt, necessarium omnino fuerit confitent. Quomodo igitur animaduertit in illos, te autem ea dem committentem despiciens non est rationi consonum. Sed non dedisti hic poenam. Propterea magis crede gehennam esse & supplicium, quia poena hic non dedisti. Nam si in futuram vitam non esset supplicium repositum, nequaquam impunitus manifiles, qui ausus eadem es quæ priores illi. Tu ergo si reprehendis lascivium aliquem & dissolutum, multaq[ue] intemperantia, & dicit ad te quod & sunt fabulae, & non sit supplicium neque gehenna, sed solus deus terrere voluerit: dic ad ipsum, si non credis futura, quoniam nō apparent neq[ue] euenerunt, neq[ue] ante oculos nostros sita sint, non tamen possibile est fidem abnegare iis quæ facta sunt, & quæ finem sortita. Cogita Sodomam & Gomorrah, regio illa propter nullum aliud peccatum tantum luit super eum, q[uod] quod illius ciues illicitos induxere comis-

Gen. 19.

## NOLO VOS IGNORARE.

& illicitos amores, & leges naturæ radicibus subuentare. Quia igitur ratione constabit deum, qui nunc idem est, qualis tunc erat: illos quidem cum peccabant, absq[ue] omni venia puniisse: te autem qui post illos peccasti, tanto maiori supplicio dignum, quanto maiorem sortitus es gratiam, & emendatus illorum suppliciis nihil profecisti, impunitum relinquere. Et propterea Paulus nihil iam de gehenna dicit, quia multis futura parum credita sunt, ab iis quæ iam eos riguerunt, & de quibus sufficienti fide instructi sunt, ipsos erudire vult. Iam licet futura sint terribilia, imperfectis tamen hominibus præterita magis credibilia sunt, vnde & ipsa futuris magis terrene solent propterea & hic eis differit ea, quæ nec valde impudens inficiari, vel discredere possit. Insuper & Marcioni, et omnibus qui eodem laborant morbo, tempestiuam plagam infert. Nam si non est idem deus Veteris & Nouæ, qui & tunc legem statuit, & hoc facturus est, superflue mihi narras h[oc] o Pauli, & nullum timorem auditoribus infers. Potest enim auditor dicere, quid si alius est ille deus, & alius ille: non omnino iste iudicat iuxta illius sententiam, neq[ue] easdem seruabit leges. Quid enim si deo Veteris legis visum est omnes punire, & afficere suppliciis: quid terres? quas larvas profers? Alium habeo dominum me iudicaturum, ita ut si alius sit Deus Veteris, alius Nouæ legis, Paulus omnino fecit quā volebat, fecerit. Non enim solum nō terret audientem, sed omni timore & angustia liberauit: quod certè nullus hominum fecit, quanvis ille insipiens. Minus ergo Paulus tanta repletus sapientia ira docet. Vnde manifestum quod unus & idem deus sit, qui & Iudeos in eremo prostravit, & peccatores puniturus est, alioqui non idem & sibi consans esset. Iterum enim idem dicā, per ea quæ olim ab eo facta sunt, & nos de futuris terret, quandoquidem idem est. Expectationem supplicii tam certa, cui contradicere non potest, induxit, monstrans quod tuerentia & timore opus sit. Nam qui patres puniuit

uit peccantes, nobis non parcer eadem committentibus. Dignum porrò est, ut redeamus ad principiū narrationis, & reliqua perscrutemur omni adhibita diligentia. Nolo autem vos ignorare fratres. Discipulos fratres vocavit, non à dignitate, sed charitate hoc eos appellans nōmine: sciebat enim, & plas né sciebat nihil charitati conferendum, & summum dignitatis genus charitatem. Hoc nunc nos quoque primum imitemur, etiam si valde nobis inferiores sint aliqui, ipsos ministerij nominibus appellemus: non solum liberos, sed & seruos: non solum diuites, sed & pauperes. Nam & Paulus non solum Corinthiorum diuites liberos, illustres, & nobiles, sed etiā priuatós & famulos, & omnes indiscriminatim hac appellatione honorauit. In Christo enim Iesu neque seruus, neque liber, neque Barbarus, neque Scythæ, neq; sapiens, neq; insipient, sed omnis secularis dignitatis inēqualitas sublata est. Et quid mirum si Paulus conseruos sic vocavit, cum & Dominus ipse sic vocarit nostram naturā, dicens: Annuntiabo nōmen tuum fratribus meis, in medio eccl̄sī laudabo eū.

Gal. 3,

Psal. 21.

Heb. 2.

Ibidem.

Non solum autem vocavit nos fratres, sed & ipse sic frater voluit, & factus est humana carne induitus naturae particeps: quæ utique & ipse Paulus acinus rans, dicebat: Non angelos apprehendit Deus, sed semen Abrahæ apprehendit, vnde per omnia debitis fratribus adsimilari. Et iterum: Quia pueros partipes fecit carnis & sanguinis, & verisimile est & ipsum horū fuisse participem. Hęc omnia cū audiūsum arrogantia, & fastum, et stultitium ex anima nostra expellamus, studioq; multo id recte facianus, familiariibus nominibus & honorē habentibus fratres vocantes: quod, licet tenue opus videatur, altamen magnorum honorum causa est: sicut & multas sapientiū lites & contentiones fecit, omnium. Neq; hoc solum, sed & cetera verba diligenter exaudenda sunt: non enim solum posita sunt. Nam cum dixit, Nolui vos ignorare fratres: adiecit, Patres nostri omnes: non dixit Iudei, neque hi qui ~~Egyptum~~ exi

exierunt, sed quidc patres nostri omnes, quō mode-  
stiam suam indicans, suam cū illis coguationem  
non erubescat, tametsi superior illis esset. Et sermo-  
ne hoc compescit iterum impudentem linguam, ca-  
lumniantium veterem legem. nam si illa aduersa-  
tur, neque celeberrimorum nominū fuisset memor,  
quæ tunc in vniuersum coargui potuissent. Omnes.  
non simpliciter dixit, omnes, neq; obiter, sed valde  
sapienter. Nam non semel dixit, sed & secundo &  
tertio, & saepius, vt discas haud temere adiecum.  
Dixit enim: Patres nostri omnes sub nube fuerunt,  
& omnes per mare transierunt, & omnes in Mosen  
baptizati sunt, & omnes eundem potum spiritua-  
lem biberunt. Audisti quod saepius, omnes, posuit:  
quod nequaquam fecisset, nisi magnum quiddam,  
et admirabile sacramentum significare voluisset.  
Nam si posuisset simpliciter, sufficiebat id semel di-  
ci, et postea obticeri, ac si diceret, Patres nostri ora-  
nes sub nube fuerunt, et mare transierunt, et in Mo-  
sen baptizati sunt, et eundem spiritualem cibum co-  
mederunt, et eundem potū spiritualem biberūt. Ve-  
rum non sic dixit, sed in singulis adiecit omnes: sic  
nobis aperiendo sua sententiae ianuam, quō sua con-  
spiceretur prudentia. Nam cuius gratia continuo  
eius verbi meminit, nisi vt ostendar magnam esse  
Vetus ad Nouam legem cognitionem: et quod il-  
la istorum figura fuerit, et umbra futuron: et pri-  
mo quod hoc equalitatem indicet. Volens enim de-  
clarare, quod sicut in ecclesia nō est discriminē seruū  
et liberi, neque ciuii et adueniæ, neque senis et ado-  
lescentiis, neque insipientis et sapientis, neque priua-  
ti et principis, neq; mulieris et viri: sed omnis ætas,  
omnis dignitas, et vnaquæq; natura æqualiter in ba-  
ptisterium descendit, etiam rex et pauper eadem pu-  
rificatione vtuntur: id quod maximum nostræ pœ-  
nitentiæ nobilitatis est argumentum. Nam similiter  
sercim nobilitatis est argumentum. Nam similiter  
et mendicus et purpura gestans ad mysteria admit-  
tuntur, neq; in sacrametis maior istius, q; illius est re-  
spectus. Sic et in Veteri cōueniēter, Omnes, posuit.

Neq;

Neque enim dicere potes, quod Moses per aridam, Iudæi per mare transierunt: neq; quod abundantes per vnam, & indigi per aliam viam: neq; mulieres sub sereno, viri sub nube fuerint: sed & sub mari omnes, & sub nube omnes, & in Mosen omnes. Nā transitus ille futuri baptismi typus erat: oportebat igitur primum figuram illam bene omnia figurare, quod omnes ipsam tenerent, sicut & hic omnes ex aquo participes sunt. Et quomodo ipse ait illud figuram presentium: Si didiceris primum quid figura, et quid veritas, tunc & huius tibi rationes redemus. Quid igitur est umbra, & quid veritas? Age, similitudinem ab imaginibus sumamus, quas pictores pingunt. Vidiisti s̄epe imaginem regiam veneto colore coloratam, deinde pictorem cui cūm ducere candidas lineas, & facere regem & senium regium, & equos circunstātes, & lancearios, & vires eos hostes, & subditos: & cum hac vides delineata & adumbrata, neq; scis totum, neq; ignoras totū sed quod homo pingitur, & equus, obscure cognoscis: qualis autem sit rex, & qualis hostis, non valde perspicue cognoscis, donec colorum veritas adueniens, certiore reddat visum. Sicut igitur in hac imagine non exigis totum ante veritatem colorum: sed eti; obscuram quandam accipias cognitionem eorum quae sunt, satis tamen picturam absolutam patas: Sic & de Veteri & Nouo senti, vt non omnem veritatis diligentiam in typo exquiras. Et potius te docere, quomodo Vetus ad Nouum testamento habeat cognitionem: & ille trāitus ad nos strum baptismi. Nam ibi aqua, & hic aqua: Iauacrum hic, & ibi pelagus. Omnes hic in aquam ingrediuntur, & ibi omnes. Iuxta hoc similitudo est Postea vis cognoscere colorum veritatem, ibi quidem liberati sunt ex Ægypto per mare, hic autem ab idolatria. Et ibi quidē Pharao submersi, hic autem hic autem diabolus: ibi Ægypti submersi, hic autem veteru homo peccatis defoditur. Et vide cognationem figuræ ad veritatem, & veritatis excellēti.

Neq;

Neq; enim omnino alienum oportet esse typum à veritate, alsoqui non esset typus: neq; omnino ad ea, quari veritati, quia alsoqui & veritas ipsa foret: sed oportet manere in suo modo, & neque comprehendere omnem veritatem, neque omni veritate destituui Nam si totum cōtingat, iterum ipsa est veritas: si autem à toto destituatur, & nulla sit similitudo, consequenter non poterit esse figura. Sed oportet ut partem quidem teneat, partem autem veritatis reseruat. Igitur ne in veteri totum à me requiras, etiā si parva quedam & obscura accipis ænigmata, boni hoc consulas. Vbi igitur est affinitas figuræ ad veritatē omnes ibi, et hic omnes: per aquam sunt ibi, & hic per aquam à seruitute liberati sunt illi, & nos a seruitute liberati sumus: sed nō ab eadem omnibus. Nam illi quidem à seruitute Ægyptiorum, nos vero à seruitute dæmonum: illi quidem à seruitute Barbarorum, nos vero à seruitute peccati. Ad libertatem venerunt illi, & nos: sed nō ad eandem. Nam nos ad multo clariorē. Quod si maiora sunt nostra, & illis excellentiora, ne mouearis: hoc enim à vertate est: quod sit aliqua excellentia, sed non pugna vel diuersitas cum figura. Quid autem est, Omnes in Mosen baptizati sunt? & forte manifestum est quod dicit: tentabimus tamē id notius reddere. Ma re ante oculos tunc effusum erat, & preceptum illis, vt transirent per aridam & admirabilem quandam viam, quam nullus hominum vñquam transiuerat. Cum credidissent Mosi, ipsum habentes ducem iteris, fidenter aquas transiuerunt: hoc & in Christo effectum est. Nam vbi nos eduxit ab errore, & liberavit ab idolatria, ad regnum inducens, ipse primus hanc viam ire coepit, quoniam primus in celos ascendi. Sicut igitur illi Mosi credidere, & iter audacter suscepere: sic & nos in Christo confidimus, & audacter hanc peregrinationem perficimus. Et hoc quod in Mose baptizati sunt, manifestum ex historia est. Non enim in nomine Mosis baptizati sunt. Cum autem nos non solum sortiti sumus ducem Iesum,

)( Y sed

sed in nomine eius baptizati sumus, & illi in nomine Mosis non sunt baptizati, ne etiam hic turberis dixi enim quod oportet veritatem habere excellentiam quandam supra figuram. Vidisti de baptismate quae figura, & quae veritas? Age, ostendam tibi & mensas & sacramentorum communionem ibi delin-  
teari, si non iterum petis a me totum, sed sic requiris quae facta sunt, sicut par est in adumbratione & figura videre. Igitur quia dixit de mari, & de nube, & de Mose: adiecit præterea, Et omnes eundem spiritualem cibum comedenter. Sicut tu, inquit, a lauacro aquarum ascendens, ad mensam curris: sic a mari ascendentis, ad mensam venere nouam & ad mirabilem: de manna loquor. Et iterum, sicut tu a mirabilem habes potum, salutarem sanguinem: sic & illi admirabilem habuerunt poculi naturam. Non enim inuenierunt fontes, & amnes manantes, sed a dura & inaquosa petra multam fluminum largitatem acceperunt: propter hoc & spiritualem vocavit. Non quod natura talis esset, sed quod hoc modo suppeditabantur. Non enim secundum naturæ conuentiam ipsis dabatur, sed secundum operationem Dei ipsos ducentis. Vnde & cum hoc corrigeret, ita dicebat. Igitur quia dixit: Omnes eundem potum solitualem biberunt: aqua autem erat quæ bibebarunt volens ostendere quod propter hoc spirituale dixit non ob naturam aquæ, sed ob modum quo suppedebatur illis, adiecit: Bibeant enim de spirituall eos consequente petra, petra autem erat Christus. Non, inquit, natura lapidis, sed efficax virtus dei sones illos scaturire faciebat. Et hic Pauli Samotraci hæresim radiciter euellit. Si enim Christus illa omnia operabatur, quomodo ipsum tunc primum cœpisse dicitur, quando ex Maria natus est? Cum enim ea quæ in eremo contigerunt, multo tempore ante Mariæ facta sunt: & Christus, iuxta Pauli vocem, hæc omnia fecit: necesse & ante hunc partum & pænitutionem ipsum esse. Non enim qui nullib[us] erat, has fuisse operatus tam admirabiles atq[ue] rarissimas.

Sicut

## NOLO VOS IGNORARE.

Sicut autem dixit, quod omnes per mare transierunt: sic nobilitatem ecclesiæ præfigurauit, cum dixit: Eundem spiritualem cibum comederunt. Hoe idem rursum insinuauit: sic enim in ecclesia non aliud quidem corpus diues, aliud vero pauper: neque alium quidem sanguinem ille, alium autem iste. Sic & tunc non aliud quidem accipiebat diues manna, aliud vero pauper: neque alterius fontis iste particeps erat, alterius vero indigentioris ille. Sed sicut nunc eadem mensa & idem poculum, eadem & educatio omnibus qui huic ingredientur, proponitur: sic & tunc idem manna & idem fons omnibus proferebatur. Et hoc utique mirabile & rarum. Tentauerunt tunc aliqui per tempus illud plusquam opus fuerat colligere & nullum avaritia sit fructum accipiebant: & quandiu aequalitatem colebant, mansit manna quod manna erat: postquam autem auarii plus habere desiderauerunt, avaritia mutauit manna in vermem, quanvis hoc non cum detimento aliorum faciebant. Non enim rapiebant ex alimento proximi, cum plus coligerent: attamen cum plus desiderarent, cōdemnati sunt. Nam tametsi neminem alium iniuria afficerunt, tamen sibi ipsis maxime nocuere, hoc colligerunt, di modo avaritiae studentes. Atque sic simul erat cibus, & digna agnitionis instrucciónis: simul & pascebatur corpora, & erudithebat animam. Neque pascebat solum, sed a laboribus liberabat. Non enim opus erat iungere houes, neque trahere aratum, neque fulcos secare, neque ad annum expectare: sed mensam habebant subito appositam, semper recentem & quotidie nouam, rebusq[ue] ipsis discebant euangelicum illud præceptum. Non debere esse sollicitum in crastinum. Nulla enim utilitas ipsis ab hac sollicitudine proueniebat. Nam qui plus colligebat, corrumpiebatur & perirebat, & avaritiae argumentum solum dabat. Insuper ne putarent illum hymbrem iuxta naturæ consuetudinem esse, nihil talium in die sabbati fieri bat, deo duo illa ipsis docente, q[uod] prioribus diebus ple mirabilem & priorem pluviam operabatur: & q[uod] per

Mat. 6.

Y 2

per

## 340 IN DICTVM APOSTOLI

per diem illum abstinebat, ut iniusti etiam disserent illo die fertari. Nō in cibis autē solum, sed et in iudicamentis, & calceamentis, & aliis omnibus rebus ipsis videre licebat mandata apostolis ipsis praeposta. Nam neque propriam habebant mensam, neque vestem secundam, neque calceos, deo sic dispensante. Vide quanta veteris ad nouam affinitas est. Sicut enim postea Christus apostolos instruxit, quantum ad necessaria, sic & illis quidem vite modus adaptus est, & omnis creatura ad ministerium illorum preparata erat. Et cuius gratia hæc facta sunt, dicitur. Conclusurus illos erat in vnum orbis locum, & iuratus ut sibi illic perpetuo ministrarent, et neque tempulum, neque altare alicubi aliud fundarent: sed oblationes & sacrificia sua illuc ferrent, et ferias celebrarent, & legerent legem, & omnes alios sanctificationis illius ritus perficerent. Ne igitur separato ministerii ritu, prouidentiam suam illuc concludi parent, quasi vniuersi regionis deus esset, prius tuam virtutem in aliena regione declarauit: in Ægypto, in eremo, ubi nullus ministrabat, ubi nullus adorabat: & creatura planè diuersis rebus seruiebat, quibus probabat suam potentiam qua primum condidit orbem, & ita incredulos arguebat. Nani matre alios submergebat, alios saluabat: & aer nunc prohibebat grandinem, & perdebat Barbaros: nunc defensabat manna, & Iudeos pascebatur. At terra nunc cunctes ad puniendum hostes, nunc coturnices in salutem eorum proferebat: & illis in die tenebræ, his in nocte lux erat. Et Ægyptii Nilum habentes prope fluentem, siti & siccitate peribant: hi autem in terra arida & siccâ exercitum ducentes, multa aquarum copia fruebantur. Et aduersus illos rancæ pugnabant, hos autem neque gigantes comprehendere potuerunt. Sed cuius gratia horum memoriam afferit beatus Paulus: Ob causam quam principio vobis duxi, ut discas quod neque baptismâ, neque per remissio, neque scientia, neque sacramentum communio, neque sacra mensa, neque fruitio corporis

## 341 NOLO VOS IGNORARE.

ris, neq; participatio sanguinis, neq; aliquid horum prodeesse nobis poterit, nisi vitam rectam, & admisrabilem, & omni peccato liberam habeamus. Propter hæc enim meminit recensens figuram baptismatis in mari & nube. Et figuram sacramentorum in manna & petra præfigurauit in veteri. Et cum dixit, quod omnes eundem cibum spiritualem comedierunt, & eundem potum spiritualem biberunt, adiecit dicens: Sed plures illorum non approbavit deus. Post hæc & talia miracula ait: Non dilexit ipsos deus. Sed cur prostrati sunt in deserto? Cuius gratia hæc nobis dicitur Paule? Hæ figura nostri causa facta sunt, ut neque nos fiamus cōcupiscentes rerum malorum, sicut & illi concupierunt: neque idololatrie fiamus, sicut aliqui horum, ut scriptum est: Sedit populus vt ederet & biberet, surrexeruntq; ad ludendum. Vide Pauli prudentiam. Dixit peccatum, dixit causam peccati, dixit poenam peccato debitam: per ea nos erudiens, vt illorum fugianus mores, non imitando. Causa peccati, gula. Sedit enim, ait, populus vt ederet & biberet. Peccatum ipsum, ludus: deinde poena, prostratio in deserto. Iterum ait, Ne scortemur quemadmodum illorum quidam scortati sunt. Ibi scortationis causam non posuit, sed poenam. Qualem autem? Ceciderunt in die una vigintitria milia. Quare autem non posuit occasionem vnde orta scortatio? Studiosis hoc reliquit, vt historiam inquirerent, & inde eius radicem discerent. Ille optimus medicandi modus, dicere vnde nascantur morbi, & vulneribus remedia adhibere. Ob hoc ait: Hæc autem omnia figuratiue cōtigerunt illis, scripta autem sunt ad nostram admonitionem, atque adeo qui illa fecit, & reprobos tunc puniuit, idem & nunc nos admonet. Non enim verbis solum, sed etiam operibus ipsis, qui scilicet maximus admonitionis est modus. Vide quomodo eum qui in veteri hæc fecit, magistrum his quæ in gratia instituit, demonstrans quod vnuus est & idem qui & illa fecit, & qui hæc per ipsum loquitur. Nam si alius esset, non

## 342 IN DICTVM APOSTOLI

vocasset illa istorum figuræ , neque dixisset ipsa in nostri admonitionem scripta , neque magistrum nobis instituisse , quem non putasset esse deum: neque nos per ea que ab illo tunc facta sunt nos cœruiisset , quasi in illius manus olim casuoso. Nunc autem quia monstrauit , quod in illius manus ita rum sumus casuri : & quod vterque populus & ile & hic illius legibus regantur , meminit omnium illorum & dixit , quod ad nostri admonitionem scripta sunt . Igitur cum hæc sciamus , tam futuris quam præteritis credamus . Si autem sunt quidam futuri non credentes , illos ad virtutis studium & præteritis inducamus , narremus quæ Sodomitis euenerunt , dicamus de diluvio , commemoremus de Ägyptis , vt aliorum resipiscentes penis , & vitam agant optimam , & fideliter de gehenna & resurrectione credant . Quia & nunc quotquot iudicium non credunt , hoc à vita peruersa , & conscientia malæ la patiuntur: quod si expurgamus ipsorum peccata & timore futurorum erudiamus , & vt de futuris futu deliter sentiant persuadeamus . Nam sicut mala dogmata impuram inducere consueuerunt vitam , ita & vita peruersa , dogmatum peruersitatem sæpe patit . Quod scilicet ne fiat , ideo verba hæc & omnibus , & aliis cantabimus , vt in recta fide per se uerantes , & vitam optimam agamus . Atque hoc vbiique sermonibus docui , quia sine ea nulla regnum dogmatum utilitas . Fiant hæc precibus sanctorum & patronorum omnium , vt seruemus dogmatum rectitudinem , quam superne & à progenitoribus accepimus : & adiiciamus illis conseruam vitam , vt promissa bona consequamur , gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi , cum quo patri simul & spiritus sancto sit gloria , &c.

## OPORTET ET HÆRESES ESSE. 342

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI HOMILIA in dictum Apostoli ad Corinthios:

Oportet hæreses esse.

*Cor. 33*

**C**oncionem vestram sermone dudum satis incendi , cum inducerem Hierusalem suarum calamitatum vobis & nunciam , & lamentationem . Et quia tunc vidi oculos vestros turbidos , lachrymarum flumiua producere , mentesque omnium affectionibus confundi ac turbari : ideo statim , vt id animaduerti , tragœdia paucis absoluta , sermonem è medio abrupti . Eò enim progredi videatur luctus , vt omnium corda planetibus dissectuari putare . Iam anima luctu impedita , nihil sani vel dicere vel audire potest . At quod hæc nunc reperio , quid ad rem ? Multi . Nā id quod hodie diximus , admodum simile & cognatum est ei , quod hodie adhuc dicere decreuimus . Ut enim quæ dicta sunt hodie , ad reprimendam vitæ desidiam , corrigendamq; in operibus nostris negligentiam conductūt : ita quæ nunc dicenda , circa diligentem articulorum fidelis observationem securiores nos reddere poterunt , vt sic undeque in mensuram Christi peruenientes , iuxta diuum Apostolorum , in virum integrum Col. euadamus : & sicut hodie ea , quæ ad corpus pertinet , nebant , curabamus : ita nunc quæ ad caput spectant tractabimus , & hodie quidem verba Hieremias , nunc autem verba Pauli . Ex verbis vero Pauli , de quibus nunc agendum , hæc nobis proponuntur : Oportet autem & hæreses esse , vt probati manifestentur inter vos . Haud contemnendum , quod queritur : Nam si Paulus consulendo diceret , Oportet & hæreses esse , inculpati forent hæresiarchæ . Atqui non ita sentit , neque hoc consulentis , sed futura prædicantis verbum est . Quomodo & medius videns ægrum gulæ & ebrietati , interdictisq; aliis deditum , dicit : profecto necesse est vt inconvenientia hæc febrim pariat : quibus verbis non legem statuit , neque consulit , sed e presentibus futuræ connectat . Similiter & agricola & nauta , cum

Y 4

videt

## 344 IN DICTVM APOSTOLI

videt cōglobari nubes, & audit tonitrua, dicit: Fieri nō potest, quin nubes illæ pluviā & validos inv̄bres pariant. Neq; hi laudant, sed prædicunt quod ap̄paret. Paulus quoq; eadem ratione posuit verbū: Oportet. Et nos s̄pēnumero, cū videmus homines inter se disceptare, grauij dicacitate mutuum inuidere, dicimus: Oportet quoddam ex huiusmodi rixa magnum quoddam malum orfatur. Quibus tamen verbis, neq; nos consulimus, neq; quemp̄iam incitamus: sed quid futurum sit, ex præsentibus diuinamus. Ita sanè nec Paulus aliquid consultit, dum dicit: Oportet etiam hæreses in vobis esse, sed prædictit ac prophetat rem euenturam: cæterum hæreses consulit nimic. Ipse enim est, qui dicit: Si angelus vobis aliud euangelizat, præter id quod accepistis, anathematis. Ipse est, qui circuncisionem prohibuit, cum præter tempus obseruaretur, & puritatēm prædicatiois euangelice inturbaret. Etiebat enim illam & dicebat: Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit. At inquires, cur igitur ad hæc causam adiunxit, dicens: Vt probati manifesti fiant inter vobis. Vt, in scripturis plerunq; non causam significat, sed magis euentum rerum. Exempli gratia: Venit Christus, & cæcum videre fecit, a quo adoratus est: Iudei autem illo curato faciebant omnia, si qua miraculi obfuscare possent, atque ita Christum repellebant. Tunc igitur ait: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cœciant, Ergo ea de causa venit, vt illi excœcarentur. Non ideo venit, tametsi ita euentit. Unde sub fligura redditæ causæ narratur eventus. Item, Lex dicitur est, vt impetum peccandi prohibeat, moderatio resq; faciat eos, qui illam acciperent. Sed ob illorum ignauiam diuerso modo accidit: anxit enim peccata augeret: cum tamen ob hoc potius ingressa fuera, vt peccata minueret: etiam si fecus acciderit, ob illorum insipientiam qui eam accepere. Sic vtique

Gal. 4

Rom. 5.

Q̄d

## OPORTET ET HÆRESES ESSE 345

Quandoquidem alia quedam causa est, & origo hæreticorum. Necq; inde sunt hæreses, vt probati manifesti fiant, sed aliunde occasiones acceperunt: de qua re audi Christum, qui id nobis declarat: Simile factum est regnum cœlorum homini seminanti semen bonum in agro suo: cumq; dormirent homines, venit inimicus homo, & superseminauit zizania. Visces hæresium causam hanc esse, quoddam homines dormierunt, quod negligentes fuere, q; non diligenter his, que dicta sunt, intendere. Quapropter, vt ne quis dicat, quare hoc permisit Christus, dicit Paulus. Nil te nocebit ea promissio, si probatus fueris. Inde enim multo clarior & manifestior euades. Non enim idem fuerit, nullo vel aliquo subuertente, & a nullis vel multis fluctibus pulsatum, manere immotum & non circumactum. Nam vt arbores bene & diligenter radicatae, venterū vi cum aguntur hinc & inde, solidiores fiunt: sic & bene solidatas in fundamento Veræ fidei animas, quacunq; irruunt hæreses, reddunt fortiores, tantum abeunt ut subuertant. Quid autem de infirmis dicit, qui leui momento circumaguntur, & supplantantur? Nec illi ob hæresem impetu, sed ob suam imbecillitatem hoc patiuntur. Imbecillitatem, inquam, non natuam, sed voluntariā, quæ digna reprehensione, quæ supplicij rea est, quā & nos officios corrigimus: cumq; emendamus, laudamus: si inemendatam relinquimus, punimur. Iam vt discas, quia sobrios atq; prudentes nocere nō possunt: quid est, dic sodes, diabolo peius, quid etiam inquinatius? Veruntamen ille tam malus, tamq; importunus, tandem potestate præditus, licet omnes machinas in Iob conuerteret, omnemq; pharetram in corpus iusti extinanciret, ipsum tamen non solum non subuertit, sed & clariorem fecit: & ille quidem nihil incommodi à diabolo accepit. Iudæ autem quia negligens erat ac deses, neque Christi consuetudo profuit. Nā post tot consilia, postque plurimas illas admonitiones mansit, qualis erat, proditor. Causa autem est, quia Deus non adgit vi, neque cogit inuitos. Itaq;

Y 5

Mat. 13.

nec

nec nos, sicut neq; Iob, modo prudentes simus, no[n] cere poterit diabolus. At si sobri prudentesq; non fuerimus, sed ignavi, etiam illa que prodeste posse[n]t, non proderunt, summamque interim faciemus facturam. Tantum malum est ignavia. Quocirca Iudeis praesentia Christi no[n] solum non profuit, sed & nocuit, non ob Christum, sed ob suam ipsorum malitiam & stuporem: & de hoc audi Christum d[icit] cente: Nisi verissem, ait, & locutus fuisse eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem peccati sui non habent. Vides quomodo illos praesentia Christi etiam venia facit indignos, & excusationis effugium tollit: tantum mali est, non attendere sibi ipsi, neque quae sua sunt sicut par est, regere: id quod & in corporibus videre licet. Nam qui oculis laborat, etiam a sole offendit consuevit: qui autem sanus est, nec a tenebris incommodatur. H[ab]ereo autem diutius in hoc sermone: sunt enim nonnulli, quibus tametsi displiceat ignavia sua, quicq; se a corpore vitiatis dicunt: Nisi esset diabolus, non periremus: nisi lex esset, non peccaremus: nisi haereses existent, non supplantaremur. Amice, h[ab]eas quas praeexistas causas, neminem laeserunt inquam: sicut nihil quoque prodest ei, qui salutem suam ignavus aut olcitur, bundus neglit. Proinde & tale quiddam Paulus insinuas dicit, Ut probati manifesti fiant in vobis, quasi diceret, ne turbemini, ne moreatis: nihil enim vos nocere poterunt haereses. Jam tametsi de haeresibus sermo sit, no[n] tamen hoc ipsum agitur, quod sermo sonat: id quod vel ex his manifestum. Et enarratio prophetia, non consilium: predictio, non adhortatio: eventus, non causa. Neque hoc loco de articulis fidei loquitur, sed de pauperibus & diuitiis, de manducando, & non manducando, de luxu ac intemperantia diuitium, deq; pauperibus contemptis. Ferre igitur aliquantulum, ut reperamus rem paulo alius, alioquin res vix manifesta erit. Quam primum Apostoli verbum pietatis seminare coeperunt, an numerari

Ioan. 15.

numerati sunt eis statim tria milia, & iterum quinque milia, eratq; ipsorum omnium cor, & anima una. Et quis tantæ concordia autor? Quod illud charitatis vinculum? Quodnam animarum illud philtrum? Opum contemptus. Nullus enim ipsorum dicebat suum aliquid esse, ex his quae possidebat, sed erant ipsis communia omnia. Omnia etenim bona statim proueniunt, vbi malorum radix, auaritia dico, sublata fuerit. Igitur cohærebant inter se, nihilq; erat, quod diuellere poterat. Iam enim friuola illa verba Meum & Tu[m] quae tot bella mundo inuexerit, ex sancta illa ecclesia erant exterminata, inhabitat[ur]q; non aliter terra, quam ab angelis celum. Non inuidiebant diuitibus pauperes: neq; enim erat diuities; non contemnebantur a diuitibus pauperes: non enim erant pauperes. Verum communia erant omnia, & nemo quod habebat, dicebat proprium. Insuper no[n] sicut nunc mos habet, ita & tunc euenerat. Na qui nunc dant indigentibus, habet proprias tunc autem dominio etiam rerum suarum renuntiantes, oblatissq; omnibus nihil reliquiarum seruabant hi, qui antea fuerant diuities. Et si qua ex opum contemptu inflatio esse potuit, tollebatur & ipsa confestim. Siquidem modis omnibus par omnium erat honor. Erat item videre quandam pietatis speciem, non ex sola abiectione opum omnium in unum collectarum, sed etiam ex abiiciendi modo. Nam quot vel domos, vel agros possidebant, ea vendebant, eorūq; pretium allatū ante pedes ponebāt apostolorum. Non dicit, q; in manus ipsorum ponebant, sed ad pedes, declarando simul fidē, pietatē atq; reuerentia, quam habebant apostolis. Et quod maioris ducebāt, q; ab eis reciperentur, quam q; darētur dona. Hoc enim potissimum est contēnere opes, hoc est pascere esurientem Christum, si absq; arrogātia & fastu hoc facias, sicut des, quasi tibi ipsi plura, quam danti beneficia dare videaris: quod si secus affectus es, neque sic dederis ut te putas magis accipere quam dare, non dedisti hoc aliis. Idem testatur Paulus

## 348 IN DICTVM PAVLI

- 2.Cor.8.** Ius, dicens: Certiores autem vos facio fratres de gratia dei, quae data fuit in ecclesiis Macedoniarum & profunda paupertas illorum exundauit in diuitias simplicitatis ipsorum: nam pro viribus, testor, etiam supra vires prompti fuerunt, multu cum obtestatione rogantes nos ut beneficium & societatem ministerij susciperemus in sanctos. Vides quomodo illos magis in hoc admiratur, quod licet nacti essent gratiam, orabant tamen, & obsecrabant, tantam prae se ferentes liberalitatem. Eadem de causa & Abraham admirabilis est, non solum quod vitulum immolauit, neque quod farinam commisicuit, sed quod multa cum humilitate & voluptate hospites suscepit. Accurrebat enim, ministrabat, dominos appellabat, thesaurum innumerorum honorum se inuenisse putabat, si quando hospitem videret prætereuntem. Sic enim duplex erit eleemosyna, & cum damus, & cum alacriter exhibemus. Hilarem datorem diligit deus. Esto innumera expenderis talenta, nisi alienus ab arrogancia, fastu, atque inani gloria fueris, omnia simul perdes.
- Gen.18.**
- 2.Cor.9.**
- Luc.18.** Quemadmodum pharisæus ille rerum suarum decimator, quia de se sublimia sentiebat, & inflabatur, domum perditis omnibus a templo redibat. Verum alia ratio erat eorum, qui Apostolorum temporibus vivebant. Gaudebant enim & exultabant cum operis offerrent, maxima lucrari sece putantes, maximæ charitatis esse arbitrabantur, si eas ab ipsis recipere dignarentur Apostoli. Et quasi hi qui ad magnos quosdam principatus acerfati, regias inhabitauerunt ciuitates omnem substantiam suam in pecunia consumunt, & sic illorum migrant: ita plane & tunc faciebant homines illi ad celum vocati, & ad supernam metropolim, & regnum quod illic est. Nam persum habentes illic esse patriam, omni substantiam suam in pecuniam comutata, pecuniam per Apostolorum manus illorum premerunt. Est autem extremæ stultitiae relinquere aliquid rerum nostrarum in hoc loco, non bis paulo post etiam hinc emigraturis. Quicquid enim relinquitur, in damnum cedit. Quapropter illo præ-

## OPORET ET HÆRESES ESSE. 349

lo præmitrantur omnia, ubi & nos semper posthac sumus conuersaturi. Haec quoque quia & ipsi secuti reputarunt, omnem simul deposuerunt substantiam, fiebatque illis duplex pietatis opus: subleuabat enim indigitorum inopiam, & thesauros suis in celo repositis, plures & securiores suas facultates faciebat. Ab hac lege & consuetudine inoleuis in ecclesiis consuetudo quædam admirabilis: fideles enim omnes in conuentibus suis postquam audissent doctrinas, post sacramentorum communionem, soluta concione non mox domum concedebant, sed diuites & abundantes alimenta & edulia a domibus suis auferentes pauperes vocabant, communesque faciebant mensas, communia prandia, communia convivia in ipsa ecclesia. Atque ita a communione mensæ, & pietate loci undequeque ad charitatem accendebantur, non absque summa voluntate utilitateque maxima: pauperes enim fruebantur consolatione qualis obtingebat: diuites vero fructu benevolentiae, & ab his quos paicebant, & a deo propter quem illos pacebant, assidue quebantur: sicut tandem domum redibant. Igitur multa quidem hinc eis proueniebant bona: summum tamen omnium erat, feruens in tota congregacione amicitia, ranta ipsis inter se prudenter atque benevolentia congregatis, non solum cum acciperet, sed & cum darent beneficia. Hunc morem Corinthijs procello temporis corrumpebant, & abundantiores imitatis sui similibus contemnebant pauperes, & tardius venientes, vtpote more pauperum secularium negotiis detentos, non expectabant. Vnde contingeret, quod pauperes aduenientes, mensa sublata, aliis præuenientibus, aliis tardius subsequentibus Verecundè discederent. Videns igitur Paulus mala, quæ tum ex eo negotio fiebant, & postea futura, quandoquidem contemnebantur pauperes miserum in modum a diuitibus, quorum insolens erat superbia: ediuero vero pauperes modesti aduersabantur diuitibus: & qualia ex huiuscmodi rebus mala ori solent, tunc quoque vsu euenerbant: proinde

## 350 IN DICTVM PAVLI

1.Cor.12

inde prauam hanc consuetudinem emendat, & via  
quanta prouidentia correptionem aggreditur. Inci-  
piens enim sic dicit: Illud autem praepiciens non lau-  
do, quod non in melius, sed in deterius conuenit.  
Quid est, non in melius? Progenitores, ait, vestri &  
patres substantias suas vendebant, & possessiones,  
& opes, & cōmunia omnia habebāt, et magnam in  
primis inter se charitatem: quos cum imitari vos de-  
beat, non solū nihil talium fecistis, sed etiam id ip-  
sum, quod solū vobis reliquum erat, perdidistis. De  
conuiuis autem loquitur, quae in synaxi siebant: &  
oh hoc dicit, non in melius, sed in deterius conueni-  
tis: quod patres vestri pauperibus omnes posses-  
siones concedebant: vos pauperes mensa etiam illis co-  
cessa priuasti. Nam primum quidē cum cōuenire  
in ecclesia, audio dissidia in vobis esse, & aliquae  
parte credo. Vides quomodo iterum prudenter cor-  
rectionem adhibet: non dixit, non credo: neq; dixit,  
credo, sed medio verbo v̄sus est. Aliqua ex parte ei-  
am credo. non omnino credo, neque omnino dis-  
cedo vel hoc, vel illud omnibus modis cotigisse. Vobis  
domini, siquidem emendati fueritis, non credo: fin-  
ita persecutio, credo. Igitur non accusavit, &  
accusavit tamen. Non accusavit perfecte, vt legitim-  
mam ipsiſ p̄cōnitentia correctionisq; spem dare.  
Non reliquit absque reprehensione, vt ne manerent  
in ignavia sua. Nondum omnino credidi dicit: hec  
enim est quod dicit, ex aliqua parte credo. Hoc au-  
tem dicebat, admonens vt imitarentur & corrige-  
rentur, vtq; auocaretur, ne tale quid aduersus eos  
crederet, etiam si ex parte crederet. Oportet enim &  
hæreses in vobis esse, quod qui probati sunt, manife-  
sti fiant inter vos. Dic igitur quae illæ hæreses? Hic  
attendite, q; non de articulis fidei dictum est, oportet  
inter vos hæreses esse: sed de discordia, & locis  
circa mensam. Nam cum dixit, oportet etiam hære-  
ses esse, subdit modum hæreseon. Igitur cum conve-  
nit in eundem locum, non licet dominicam cœnam  
manducare. Quid est, dominicam cœnam mandu-  
care?

## OPORTET ET HÆRESES ESSE. 351

Ioan.13:

tare. Non est comedere herilem cœnam. Illam autē  
cœnam dicit, quam suprema nocte tradidit Christus,  
cum discipuli omnes essent cū eo. In illa enim  
cœna & dominus & serui omnes simul sedebant:  
Vos autem cum sitis conserui, inter vos tamen diffi-  
ciles & diuidimini. & Christus quidem neque pro  
digorem abegit: nam & Judas tum cum ipsis erat: tu  
autem fratre depellis. Ob hoc dicit, non est dominus  
cœnam manducare, vocans dominicā cœnā, quæ  
omnibus simul conuocatis concorditer & cōmu-  
ni ter sumitur. Vnde quisq; enim, dicit, propria cœnam  
occupat in edendo, & hic quidem esurit, ille vero  
ebrius est. Et ibi ebrietate quoque nomine magis  
eos corripit, quamvis vtrōbīq; immodica dicit, fa-  
mē videlicet & ebrietate nominando. Etenim tu di-  
stenderis voracitate, ille autem fame tabescit: tu plu-  
ribus q; opus sit participas, ille neq; necessariis frui-  
tur. Itaq; duplex hoc corruptæ equalitatis malum  
hæreses vocat. Siquidem contentiose inter se recu-  
bebant & tumultuabantur: & ille quidē esuriebat,  
hic vero inebriabatur. Ideo recte dicebat, conuenie-  
tibus vobis in vnum. Cuius enim gratia conueni-  
st, ait: Quid vult sibi conuentus ille? Cuius gratia  
facta est collecta? siquidem mensa non fit cōmuniſ.  
Dominicæ sunt opes quas accepimus, etiam conser-  
uis nostris conuiitia proposita sint. Num sane do-  
mos non habetis ad edendum & bibendum? An ec-  
clesiam dei contemnitis, & pudefacitis eos, qui no-  
habet? Tu quidem putas quasi fratre solum iniuria  
afficias, redundat autē etiam iniuria in locu illi. Ec-  
clesiam enim totam contemnis. Propterea enim ec-  
clesia dicitur, quia communiter omnes accipit. Cur  
ergo in ecclesia dapsilitatem domus tuæ introdu-  
cis? Nam si fratrem contemnis, reuerere saltem locū.  
Nam & ecclesiae iniuria fit. Signanter autem non di-  
cit, priuatis eos qui non habent: vel, non estis miseri-  
cordes eis qui non habent: sed quid ait? pudefaci-  
tis eos, qui non habent. Quo curiosissimum quoque  
plororum luxum reprehendit: non enim tam cura-  
paupē-

1.Cor.13:

pauperibus est quomodo alantur, quam dedecet  
cum iniuria afficiatur. Vides quo pacto honeste de  
his respondit, illosque grauius increpat? Quid vobis  
dicam, laudabo vos: in hoc non laudo. Quid hoc?  
Postquam indignitate rej declarauit, subiungitur ac  
cusatio, optimoque iure ut ne fiant impudentiores.  
Nam priusquam indignitatem facti demonstraret,  
perfectam negationem proculit dicendo: Hæc pre-  
cipiens nō laudo. Vbi autem satis diligenter demon-  
stravit dignos eos esse multis reprehensionibus, sub-  
funxit accusationem, qua superioribus verbis dei-  
claratione congrueret. Relicta aut in medio & sus-  
pensa accusationis vehementia, ad mysticam men-  
sam consequenter sermonem vertit, plus ipsos vo-  
lens terrere. Ego enim ait, accepi à domino, quod et  
tradidi vobis. Qualis hæc est consequentia, de com-  
muni disputas prandio, & sacrauenta commemo-  
rare. Etiam ait. Nam si etiam spiritualis illa tremen-  
daque mēsa ex æquo omnibus diuiti & pauperi pri-  
ponitur: neque ea fruitur vberius diues, & partici-  
pauper, sed omnium vnum honor est, & idem accel-  
sus: donec omnes communicent & participes hanc  
spiritualis illius cibi, qua proposita sunt non retrah-  
hunc, sed stantes sacerdotes omnes expectant, eis  
am pauperium omnium: quanto igitur magis in  
mensa illa corporali ita fieri conuenit? & caproprie-  
meminit huius dominice coenæ. Ego enim accepi  
à domino, quod & tradidi vobis, quod dominus Je-  
sus in ea nocte quadrebat, accepit panem, &  
actis gratiis fregit ac dixit: Hoc meum est corpus,  
quod pro vobis frangitur, hoc facite in mei com-  
morationem. Similiter & poculum peracta cena,  
dicens: Hoc poculum nouum testamentum est in  
meo sanguine. Deinde cum multum disputasset de  
his, qui indigne communicant mysteriis, eosque re-  
prehendisset grauiter, & demonstrasset quod idem  
supplicium pauci erant, quod hi qui Christum oc-  
ciderant, si sanguinem eius & corpus absque proba-  
tione & temere accipiant: turlum ad propo-  
sitam

2.Cor.11.

Mat.26.

materiam sermonem conuertit, dicens: Itaq; fratres  
cū conuenitis ad comedendum, alijs alij expectate:  
quod si quis esurit, domi edat, vt ne ad iudicium cō-  
ueniat. Vide quomodo latenter etiā gulam ipsorum  
taxat: & non dixit, Si autē esuritis: sed, quod si quis  
esurit, vt vnuquisque qui sibi reus esse videatur repre-  
hensionum, præueniens seipsum corrigat. Vnde & à  
maiori metu supplicij sermonem claudit, dicens: vt  
ne in iudicium conueniat, hoc est, in condemna-  
tionem, quasi diceret: non est cibus: neq; mensa, quæ cū  
de pectu fratris & ecclesie, cumq; tanta gula & in-  
temperantia exhibetur. Non sunt hæc contemnenda  
sed sunt verius vindicta & supplicium. Magnam  
enim inde meremini et contrahitis pœnam vobis in-  
fligendam, si fratres iniuriis afficitis, si ecclesiam con-  
temnitis, si priuatam domum ex sancto loco facitis,  
qua seorsum comeditis. Dilecti, vbi & vos hæc au-  
diueritis, obturate ora eorum, qui ita ruditer & te-  
mete apostolico sermone vtuntur: corrige eos, qui  
in suum aliorumque damnum scripturis abutuntur.  
Habetis enim nunc, vt reor, quid & de quo dicat, cū  
dicit: Oportet autem & hæreses esse: nempe de dis-  
cordia, quæ fit circa mensas, cum vnu esurit, alijs  
autem ebrios est. Reliquum cū fide recte instituti fu-  
erimus, vitam quoq; ad tanta dogmata digne subse-  
quentem declaremus, multa nobis sit erga pauperes  
benignitas, multa circa indigos prouidentia sataga-  
mus, spiritualem quandam negotiationem exercentes,  
neq; plus inquiramus, quam nostra exigat necessitas  
& vsus. Hæc vera sunt diuitiae: hæc vera abundan-  
tia, hic verus thesaurus est, qui non deficit, si omnia  
nostra in cœlos transferamus: & confidimus præte-  
rea hæc nobis reposita, & egregie custodita. Hinc  
nobis geminum ab eleemosyna lucrum accresceret.  
Primum, quod de opibus quas expendimus nō time-  
mus, ne forte à latronibus & furibus, & familiaribus  
infidelitate diripiantur. Secundum, quod repositæ, &  
vulgariter defossæ sunt, quasi intructuose: sed si

)( Z cut

## 354 DIVI IOAN. CHRYSOST.

cut radix in pingui plantata solo, quæ nobis singulis annis tempestiuos affert fructus: sic et pecunia in manibus pauperum plantata, non solum in singulos annos, sed & in singulos dies spirituales nobis fructus affert, fidentiam scilicet in deum, peccatorum abscessum, conscientiam bonam, lætitiam spiritualem, spem iucundam, aliaque bona, quæ præparavit Deus diligentibus se. Quæ precor ut & vos omnes assequamini, gratia Domini, cui gloria in secula saeculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI  
ex Apostolo de Fide, Spe, & Charitate,  
SERMO.

1.Cor.13

**A** Postolus Paulus loquitur, dicens: Manent inquam, tria ista, Fides, Spes, Charitas: maior autem his est charitas. Hæc ergo tria decurrentia sunt nobis, & singillatim pro viribus demona stranda. Dumq; quantum valeant inuestigamus: in gula nobis quemadmodum exercenda sint, nouerimus. Primum igitur nobis definienda est fides. Et enim Fides origo iustitiae, sanctitatis caput, devotionis principium, religionis fundamentum. Nullus unq; sine hac Dominum promeuit, nullus sine illa fastigium sublimitatis ascendit. Est enim Fides innocens ac pura credulitas: quæ ad Deum accedimus, quæ preceptis insistimus, quæ expiata mente Domini ventramur. Hæc excludit dubia, tenet certa, promissa consignat. Hanc qui tenet, fœlix est: qui deseruerit, miser. Hæc in ecclesia signa ostendit, virtutes exercet, charismata complet. Hæc amplexanda nobis est semper, hæc mentis virtute tenenda. Per illam enim venimus ad Christum: per illam pergitimus ad Deum: per illam properamus ad cœlum. Hac gubernatrix Per hanc ex Sodomitarum interitu, Loth sanguinis

Fides quid.

Gen.7.

## EX APO. DE FIDE SPE ET CHA. 355

inus liberatus, Moses electus, Dauid protectus, tres pueri de incendio erepti, Daniel a leonibus liberatus. Est, inquam, fides pactum cum Deo, cum Christo placitum, consignatio promissorum. Denique quoties ad istam fidem acceditur, & pactum inter hominem & Deum firmatur: tunc homo Deo se credere profitetur, & a Deo homini pignus quoddam spiritus sancti tribuitur. Teneris igitur christiane & tenes: aliud a Deo accipis, aliud Deo promittis. Non debes placitum destruere, cuius te pignus conspicis retinere. Nam si inter homines semper pacta seruantur, & quicquid inter socios aliquando placuerit, inconcusa fidei firmitate tenetur, ne sit violatae fidei reus, qui aut placitum soluerit, aut pactum ruperit, aut socialem conuentum perfida calliditate mutauerit: quanto tenacius firmiusq; seruandum est, quod cum Deo contrahitur, quod cum Christo initur, quod in spem promissorum cœlestium copulatur. Homines enim inter se nonnunquam aut falluntur, aut fallunt: Deus autem ab homine falli non poterit. Quicquid promiseris, exigit: quicquid voveris, inquirit: adeò ut cum iudicii venturis dies, & singulorum pacta vel sponsa recitari iubente domino coepirint, aut seruatæ fidei praemium, aut violatae supplicium tribuatur. Vt enim ipse fidelis est reddendo, ita fidelem exigit de promisso. Talem hominem querit erga se semel Deus existere, qualem seipsum homini desiderat exhibere. Ego, inquit dominus, promista non mutabo: ego quod destinavi, attribuo. Ego tibi præmia, quæ spopondi, dispenso: si tamecum quod credis, exhibeas: si fidem, quam polliceris, adimpleras: si actibus sanctis, quod voveris, ostendas. Cæterum si aliud gessieris, quim voveris: & fidei nomen perfida vocularis, dissolueris: non modo præmiorum composuisse non poteris, sed & destinato supplicio necesse est subiungaris. Aliud est enim esse, quod diceris:

Z 2 aliud

## 356 DIVI IOAN. CHRYSOST.

aliud dici, quod non sis. Non potest ad præmīum tendere, qui professionem noluerit adimplere: nec accipere poterit quod promittitur, nisi ante impletū erit quod iubetur. Dicūm est igitur, licet paucis, de fide. De spe quoque aliqua prosequamur. Spes est futuræ pollicitationis religiosus assensus, promissæ gloriæ deuota intentio, sanctorum destinata sublimitas, bonorum expectatio futurorum. Spes est, inquam, cognitio fidei, credulitatis propinquitas, destinatum præriorum tempus, futura expectatio meritorum. Quæ duo, id est, fides & spes, ita certa sibi mutua vice coniuncta sunt: ut altera sine altera stare nō possit. Quicquid enim fides credendo acquirit: hoc spes sustinendo præsumit, dicēte Propheta: Et si tardauerit, sustine eum: quoniā Veniens aderit, & non tardabit. Noli à spe proposita Christiane desistere, noli sustinendi gloriam perdere, noli rebelandi animo claudicare. Salomon enim concionatur, & dicit: Vt his, qui perdidérunt sustinentiam, & diuerterunt in vias prauas. Et quid facient, cum inspicere cœperit Deus? Noli, inquam, à spe proposita christiane desistere, noli à cœpto itinere declinare: festina, quod tendis: quod properas, perueni. Currentis gressus non retrahat inimicus: festinantis annum spes ipsa perducat ad deum. Veloce sequere, tardiores attrahere, pigros desere, fortiores fortificare. Tu alios prouoca, te prouocent alii. Credo enim quod desiderat, peruenit, qui velociores sequuntur, & veretur ne à tardioribus transeat. Perpetue, si potes, labores & merita, sudores & præmia, cursus et regna. Nec tamen laborat, qui deo iuuante festinat: aut onerosum aliquid sentit, cui particeps Christus existit. Exiguum sentis, sed immensum est quod mereris. Modicum pateris: sed æternum est, quod regnabis: quanvis voluptas sit magna Hoc iuuante currere, & Christo comite pergere, fauente domino festinare. In stadio terrestri unus qui prior Venerit, coronatur: in coelesti vero stadio quisquis perue

*Spes quid.**Abac. 2.**Ecccl. 2*

## EX APO. DE FIDE SPE ET CHA. 357

Peruenerit, promeretur coronam. Nescitis, inquit Apostolus, quia qui in stadio currunt, omnes quidē currunt, unus tamen accipit brauum? Vos autem sic currite, ut omnes accipiatis. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipient, nos autem incorruptam. In stadio quidem terreno velocitas quæratur, in coelesti vero affectus optatur. Illic festinans, hic perueniens: illic properans, hic perficiens coronatur. Nonnunquā enim festinatio fatigata deficit: feliciter vero peruenit quem latum iter ad destinata perducit. Fides gloriam inchoat, spes sustinendo consummat. Illa fundamentum ponit, hæc ipsum hominem construit. Illa dat principium, hæc Christianum perducit ad summum. Illa initia credulitatis aggreditur, hæc ad consummationem virtutis meditatur: Illa quod promittitur, credit: hæc quod sperat, iam cernit. Videmus nunc, inquit Apostolus, per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad factum. Nunc autem cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Nec enim quisquam poterit fidei fructum percipere, nisi qui spei gloriam voluerit consummare. Ut enim sine fide spes non habet firmitatem: ita sine spe fides non potest habere mercedē. Sanè si fides est religionis fundamentum, & spes consummat, & perficit ædificiū: quomodo Apostolus dicit charitatē esse maiorem, quæ sine fide & spe non potest habere firmitatem? Denique tolle fidem, & spes vbi construitur? Adime spem, & vbi charitas sublimatur? Illa enim poterunt esse maiora, sine quibus esse alia non possunt. Igitur si ita res est, quorū Charitati & non magis fidei Apostolus tribuit principatum? Sed ut quæstio iam dirimatur: & quod obscurum est, patet: est Fides, qua futura credimus: Spes, qua ventura presumimus: Charitas, qua & Deum diligimus, & proximos honoramus. Siue enim, inquit Apostolus, prophetæ euacuabuntur, siue linguae cessabunt, siue scientia euacuabitur: ex parte enim scimus

*1. Cor. 9.**1. Cor. 13.**Charitas.**1. Cor. 13.*

Z 3 scimus

## 358 DIVI IOAN. CHRYS. SERMO

scimus, & ex parte prophetamus: quum autem venierit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cestat enim fides, vbi quod creditum est, venierit: cestat & spes, vbi quod speratur, affuerit. Tunc enim iam quod credatur, non est: quia quod credebatur, adebet. Tunc quod sperabatur, cestat quia quod speratum est, praesens est. Sola caritas terna est: quia cum deo in sanctis est: & ideo maior est. Denique nullum charisma sine charitate perfectum est, nullum donum sine dilectione aptum. Quicquid enim charismatis aut doni quisque meruerit, desertum charitate non stabit. Omnia enim quae spiritus sanctus deuotis aut imparit, aut donat, aut charitate perficiuntur, aut sine charitate efficitur nullum sortiuntur. Deniq; ipsum martyrum sine charitate impleri non poterit: licet caritas sine martyrio sola perfecta sit. Sicut apostolus loquitur, dicens: Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum ut cernementum tinniens, aut cymbalum concrepans. Et si habuero prophetiam, & sciero omnia mystria, & omnem scientiam: & si habuero tantam fidem, ita ut montes transferam: charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero omnia mea, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam: charitatem autem non habeam, nihil sum. Si nec corpus ignibus traditum, & substantia donata pauperibus, nec communis sermo cum angelis, nec montes translati per fidem sine charitate effectus habere possint: quid charitate sublimius esse poterit, quia ipsa charitas deus sit. Sicut Ioannes apostolus loquitur: Deus caritas est, vt etiam si quid comparaueris, parum sit: si quid sociaueris, minus, dum caritas deus est, cui comparabile nihil est. Inchoatur in mundo, perficitur in celo: queritur in seculo, inuenitur in regno. Hic enim nec fides coepit perficitur, nec spes proposita consummatur. Elle enim fidelem chartatis est bonum: sperare quod promissum est, amare

1. IOAN. 4.

## IN DICT. APO. CVM AV. SVB. 359

est Christum. Charitas est enim quæ & fidem adiuuat, & spem sibi sociat, & utramque secum deo munieranti assignat. Sola est, inquam, quæ & fidem exercitat, & spem longaninem reddit, & utriusque semet sociam exhibet & magistrum. Cum ipsis ad Christum peruenit: ipsis tunc perfectione cestantibus, soli in sanctis regna celestia possidebit. Age nunc quisquis es Christiane, cum istis viue, cum istis in ecclesia flore, cum istis sancta officia exerce, cum istis in hoc mundo contra diabolum præliare. Ipsæ te perducant ad Deum, ipsæ te leuent ad cœlum, ipsæ tecum perueniant simul ad Christum.

## HOMILIA DIVI IOANNIS CHRYSOSTO,

mi in dictum Apostoli ad Corinthios, Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & filius ipse sub-

iicietur ei, qui subiecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus, &c. Item de mundatione leprosi, de mysterio ternarii, & cornu olei.

1. Cor. 15.

**I**N hesterno fratres, quem de æterno Christi regno habuimus sermone, & nos omnes dicendi heruos intendimus, & his qui auscultarunt, iusta sufficiensq; obtigit enarratio. Iusta, inquam, non si dignitas rei prædicandæ, sed si meæ prædicantis viues spectentur. Neque enim vel in celis, vel in terris aliquid tale, quod laudatissimam vnigeniti dignitatem meritis laudibus efferre potest. Multa sa- ne de domini theophania prædixerunt prophetæ, multa decrevit lex, multa prædicarunt Apostoli, multa promulgauerunt Euangeliste, & adhuc dignitatem illam ne unus quidem assequi potuit. Quod sit sancta spiritus sancti flumina perpetuis limpidisq; amnis manatia, omnes humanas vires insumpserunt, et nihil quod par sit, ac dignum virtute diuina

Z 4 crucis

## 360 DIVI IOAN. CHRYS. SERMO

eructarunt; vbinam tenuissima sermonis gutta com parebit, quum talis ac tanta sermonis eminentia proponitur? Qui posset mortalis lingua immortalem naturam dignis praconis celebrare? Profecto nō capit humana ratio, vt sermo ille per quem mundus est factus, quantum addecet, prædicetur. Quid igitur? Prædicamus quantum possumus, quādoquā dem non possumus, quantum debemus. Quippe in aliis quidem certaminibus laureas referunt qui vici ctores redeunt: at in disputationibus de rebus divinis, solis illis debetur corona, qui se rei magnitudine victos ingenue fatentur. Itaque vincamus dicites, ne condeminemur silentes. Nihilominus quoniam sint qui dicant, Demonstratum est regnum Christi nullo fine consummari, & quod tradit regnum dei & patri, hoc est orbem: in quo cum regnauit olim peccatum, postea idem à gratia regni cœpit. Adhuc nihil inuestigatum est de eo, quod quando subiecta fuerint illi omnia, tunc & filius ipse subiectetur patris, à quo subiecta sunt illi omnia. Operæ pretiisq; tur fuerit, vt de hoc quoq; pro nostra virili aliquid afferamus in medium, ne scilicet imprudentibus sive intentio nostro ruinæ alicuius simus autores. Velle itaq; fratres constare vobis omnibus, quod præter nostrâ voluntatem id prætermissum fuit. Nam quæcetera iuxta ordinem, & vt sermo postulabat, tractarentur: arbitramur ex his quæ iam tenebatis, declarari etiam id quod omittebatur. Nam vñus scopus, eademq; ratio soluit quæ dicta, & manifestat intermissa. Enimuero iuxta dispensationem dicta hæc ab Apostolo. Et quemadmodum illic quum dicitur, tradit regnum deo & patri, non responderet virtuti, quanta prædicari potuit: sed leuiter & in superficie res agitur, quo consulatur imbecillitati eorum qui deorum multitudinem inuectum iri suscipi possent; Lacte enim vos potauit, air, non cibo. nunc, simili sermone hoc dicit. Siquidem getier, us scopus apud Apostolum est, quod nunquā inducit diuinam

2. Cor. 3.

## IN DIC. APOS. CVM AVT. SVB. 361

naturam seditionem aduersus seipsam ex citantem, aut filium patri obluctantē, iuxta impia ludæorū suspicionē. Dicebant enim: Non est ille à deo, quia sabbatum non obseruat. Itaque vnicā introducit naturam seditionis prorsus expertem, vna concordiā, vñi sermonē, vnam voluntatem, vnam potestatem, vnum deum in omnibus, nempe vt erit oris eorum qui multos deos statuūt, excideret germina. Declarauiimus enim, vt memores sunt auditores studiosi, quod idem sermo, qui patris dignitatē adstruit, is verbis & syllabis iisdem Christi quoq; dignitatē prædicat. Et sicut ibi dixit, vt sit deus omnia in omnibus, sic & de vñigenito ait, sed omnia in omnibus Christus. Igitur quid sibi nūc vult, quod ait, subiectetur Pharmacū, inquam, hic parat gentilium morbo. Nō statuit dogma ecclesiasticū, sed paganorū suspicionē refutat. Quod si absolute hoc sermone fuerit vtendū, dicit ea quæ per ecclesiā fit, obedientiam ac subjectionem esse Christi. Quando enim ecclesia nihil spurium adulterinūm habet, sed synceram germanamq; deo mentem offert, ac si subiecerit: tunc illi germane subiectetur. Eapropter coactus verbum loquutus est, & quod non facile incircumspectior aliquis accipiat. Proinde hic disce. Quæcunq; eiusmodi dicta Christo tribuuntur, ea ad ecclesiam Christi pertinent. Cuius rei testem ipsummet dominū ecclesia producā: sed paulo altius rē repetamus, quo perspectiora sint quæ dicuntur. Quādiu in mūndo hoc erat secundū carnē Christus, pro salute mundi, humanam implens dispensationem, persequebantur illum Iudei, & ab inimicis veritatis infestabā saluator orbis. Et ii qui beneficiis quotidianis fruebantur, erga fontem beneficiorum erant ingrati. Vbi autem omnem humanā adimpleret dispensationem per passionem, in cœlestes concessit choros; & corpore quidem translatus est, versus autem ipsa adimpler omnia. Corpus ite quod induerat, in excelsa receptum, à dextra magnitudinis in sublimibus collocauit, non quasi extraneam ac pere-

Z 5 ac pere-

## 362 DIVI IOAN. CHRYSOS. SER.

ac peregrinam quandam accepturus dignitatē, sed ut corpus quod ante mortale erat hac tanta gloria circumcidicret. Verum post assumptā carnē, post cō summatas passiones, post resurrectionem illam celeberrimā, post illam in celos translationem, quā ab omni exercitu adoraretur, etiam eorū qui super celos sunt, circumstiparetur item omnī angelicorum ordinum agminibus, & iam non esset in eoruī numero qui affligebātur, persecutionibusq; infestabantur, ubi Paulum furibundum vīdit aduersus ecclesiam, & aduersus sanctos furoris sui venenum cōfundere, inquit ad eum is qui passionibus ultrā nouerat obnoxius, sed in tā admirabili honore dignaq; gloria versabatur: Saule Saule, quare me persequeris? Et planē non te persequor, qui tuam in cōelis habes sedem. Quid me persequeris? proprias sibi facie ecclesiarē passiones. Saul Saul, quid me persequeris?

**Deut.17.** Vides qnōd persecutio ecclesiq; Christo adscribitur, qui ecclesiarē caput est? Sicut igitur cum ecclesia fert persecutionem, Christus eam se ferre dicit: **2.Cor.11.** & nūc Paulus cum ecclesia subditur, dicit Christum subiici. Argumentum item aliud huius rei, si placet, accipe. In duobus enim tribiis tuis testibus cōsistet omne verbum: non quōd voci dominicā accedere oporteat testimonium aliud: sed quia Christus quum loquitur, apud credulos fidem inuenit, apud insidios nullum persuadet testimonium: vocem dominicā non confirmamus, sed insipientia hereticorū ora obstruimus. Paulus ergo ille à Christo edocet, q; persecutio ecclesiae in Christum vergere, cognovit: & quod consentaneū, quōd quisquid pertinet ecclesia, in Christū quodāmodo refertur. Quare & ipse regis sui verborum vestigia sequens, in vna epistolarum dicit: Impleo quā defuerunt afflictionibus Christi. Et nūc & iterum affligitur Christus, etiam si in celos redit. At vide quid præterea dicat, suppleo quā defuerunt afflictionibus Christi in carne mea pro corpore ipsius, quod est ecclesia. Vides ut ipsius faciat quāctūq; sunt ecclesiarē passiones,

**Coloss.1.**

## IN DIC. APOS. CVM AVT. SVB. 363

passiones, sive honores. Veneratus es ecclesiam, ve  
neratus es Christum. Infectatus es ecclesiam: tamē si non opere, proposito tamen, Christum infectatus es. Cogita quantum periculum eorum qui ecclesiā morore afficiunt, quanta corona eorum qui ecclesiā

**Luc.20.**

ari venerantur. Qui vos spernit, me spernit, inquit servator. Agnosce domini vocem quā spirituale aliquid in se reconditum & consequens habet. Nā & pater de priscis illis suis prophetis talia loquebatur, propriamq; duebat iustorum iniuriam. Nam quum Abimelech rex Philistium accepisset Sarām Abrām vxorem, dicit ei deus: Restitue viro uxori, quia propheta est, & orabit pro te. Ille verō respondens, ait: Nesciebam dominū, quōd vxor eius esset, puro corde hoc feci. Quid autē ad ipsum dominū? Et ego sciebā q; puro corde hoc fecisti, & ob hoc pepercisti, ne in me peccares. Declaratum itaq; est frātes, q; omnia quā in ecclesia considerantur, in Christū referri possunt. Et idcirco Apostolus dicit: Subiicitur filius, hoc est ecclesia, ei qui subiicit illi omnia. Cæterū est & via alia qua solet obstrepare malitius. Et quidnā ait? Nepe ecclesia non subdītur, sed primū subiicitur post resurrectionē. Itaque & idem argumenti ad contradictionē tuam obtēdi poterit heretice. Dic mihi, Christus an non subiectus est etiamnū iuxta tuum sermonē. Quum subiectus erit sibi omnia, tunc subiicitur: occasionē vtis habuisset, si in praefenti domino non fuisse subiectus. At si heretice iuxta tuū sermonem Christus nūc reluctatur patris, temere dicitur q; quū subiicit sibi omnia, tunc subiicitur. Sexcentis nominibus subiectōnum illius profers, & nūc in aliud tempus se moues aliam quandam subiictionem. Quum audis Christum dicentem: Non veni ut faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me: statim profers patrī, si audieris ipsum dicentē, Ego à meipso non loquor, sed pater mihi mandatū dedit quid dicā, & quid loquar: statim excipis verbū, confirmas quōd Christo

**Ioan.6.**

## 364 DIVI IOAN. CHRYSOS. SER.

Christo non sit autoritas, sed subiicitur. Si audieris ipsum dicentem. Ego nullū iudico, est qui <sup>quarat,</sup> & qui iudicet: raptim arguis verbo subiectionem. Quum ergo in omnibus ostenderis subiectū, cuius gratia argumentum adducis malignū, dicensq. Ven hum sequor, & non mentem: Quia tūc subiectū, qui semper est subiectus. Quid ergo vult sensus? Nusquā non apostoli scopus est, vt aboleatur error impius quo dī multi inuehuntur, vt eiiciatur <sup>scītio</sup> in natura, quæ omnis seditionis expers <sup>est, & vi-</sup> exterminetur male sentientium suspicione. Mor strat itaq; subiectionem non violentam, neq; necessitate coactam, neq; seruilem, sed concordiam dignati congruam. At mi frater, ne facile quæ p̄ædicta sunt, inuadas, vt cum dicitur: A meipso hoc <sup>non dū</sup> co: mandatū dedit mihi pater, quid dicam, & quid loquar. Vereor enim ne quæ aduersus hæreticos de sputationis gratia dicta sint, in ecclesiasticis dogma tibus te offendant. Sicut ergo sermonē nostrū superius adstruximus, quū de mente Apostoli responderemus, quod non omnia vt dogmata p̄ædicari apostoli, sed alia quēdā vt dogmata, alia iuxta dispe sationē proposita sunt. Idem & apud fontem veritatis, dominum apostolorū & prophetarum inueniō: quod non semper ad dignitatem suam, iuxta dogmatū scilicet veritatem loquutus sit, sed dispensante one quadam pro infirmitate populi nonnunquā se submiserit. Age dico mihi frater, quum dicit veritatis dominus: Si ego mihi ipsi testis sum, testimonium meū non est verum. Sequar dictiōnē, sequar verbum: iniuriam faciam dignitatī, siquidem per dispē sationem dictum. Sed neq; si malignus interpres vellem, permettit mihi dominus, qui licet dictio nem perperam sequar, sensus tamen conjecturam prauam excludit, & voce alia me corripit: que sic alio loco sancta de diuinis tradit, ita nunc simpliciter dignitatem confundere & iniuria afficerē videtur. Quandoquidem dicere posset: Rationē in fin morum Iudaorum habens, dicebam: Si ego de m

Ioan. 5.

## IN DIC. APOS. CVM AVT. SVB. 365

testis cor, testimonium meum non est verum: quam dictiōnem tu ad blasphemiam rapuisti. an non me alicubi dicentem audisti, etiam si ego de me testifi cor, testimonium meum verum est? Quid ergo fratres, contraria sibi ipsi pronunciabit veritas? Absit, sed aliter se habet ad eos qui veritatis sunt alumni, & aliter ad eos qui a veritate aliquantulū abalienati: non quod ipsa varia sit, sed quod pro singulorum beatitudine se accommodat. Quare igitur dicit Iudas: Ego à meipso non loquor, sed pater mihi man datti dedit, quid dicam, & quid loquar? Quia opinabuntur ipsum esse Moaica legis inimici, & prescribere aduersa patri, qui in lege sabbatum legis honestabat, videbaturq; legibus noui testamenti pugnātibus cum veteri, nouus status induci: idcirco declara volens se nihil constituere quod deo displace ret, nihil etiam p̄ædicare quod legi aduersaretur, dit: Ego à meipso non loquor, quemadmodū vos supicantini, sed ille ipse qui à vobis adoratur, ipse mihi mandatū dedit, quasi doceret eos, quod si hęc sug gillatis, nō mēa doctrinā suggillatis, sed impingitis in deū, quē cōtemini. Quando ergo frarres sic misere, sic abieete, sic humiliter sermonē Christi tracto, ut accipiām quasi in seruili conditione dicitur hęc vox: A meipso nihil facio, pater mihi mandata de dit quid loquar, & quid dicā: vides mox in quantū impietas profundum descendō, si ita suspicer. Fa cto enim ipsum non solum patre inferiore, sed & apostolis ipsis minorē. Quomodo autē id, ausculta. Paulus dicit: De virginibus p̄æceptū dñi non habeo, consilii autem do. Paulo permittis absq; p̄æcepto consilii dare, Christum verō sub seruitutis lugubrū abstrudis, qui ita mordicus tenes verbū, quo dicitur: A meipso facio nihil! Iam sicut & antea premissi, aliter ipsum disputasse solitu cū his qui veritate enutrificati, aliter cū his qui ab ea sequestrati. Ne que enim Iudas ipsum esse filium dei reputabat, ne que in mente Iudeis veniebat deū esse sermonem. Nō audisti qualia de ipso dixerūt? Homo ille nō est deū,

x. Cor. 7.

Ioa.

## 366 DIVI IOAN. CHRYSOS. SER.

dei, quia sabbatū non custodit. Non putabant hominem dei. & quomodo dignitatē vnigeniti cōiectarent? Ad hæc dicebat iterum de Seruatore. Scimus q̄ homo hic peccator est, quia sabbatū non servat. Quum ergo de ipso sentireret ut peccatore, & homine, cui nihil cum veritate commune: vllamne diuinatis opinione vel fortitudē de ipso conciperent? Ea de ratione ad sic affectos vocem submissit, eosq; docuit, ne ob externum habitum contradicentes, putent ipsum à diuina voluntate dissidere. Vnde dicebat: A meipso non loquor: ipse mihi mandauit dedit quid dicam, & quid loquar. Apud eos autem qui fide filij instructi, animaduerte ut vocem supplicem & abieictam deponit, diuinæq; dignitatis gloriam induit, dicens: Audistis dictum esse antiquis, nō facies adulterium: qui viderit vxore proximi vtre cupiscat, iam peccauit: ego autem dico. Vides quomodo nuda autoritas, vbi fidelis, & quomodo formata ac teœta per dispensationem, vbi suspectus auditetur? Cū autē parvulus ferme in turba contritus esset, dixit: Semper diuini sermonis auditui turbatur, vbi agnata est. Etenim animarum hostis diabolus, vbi videt q; sermo acuta iacula aduersus deceptionem suam emittit, continuo auditores conturbat, ut veritatē redarguentem in fugam vertat. Eutychius ad lescens Pauli auditoriū turbarat, & hic adoleſcens quidam auditoriū populi interturbavit, quo magis proposito destituantur auditores. Atqui fratres fugientes fluctu tempestatem, ad tranquillum virorū portum nauim appellamus. Nolle enim digressionem latius expatiari, quæ instituto sermone obſistat. Vbi suspectus auditor, accommodetur ad dispensationis rationē doctrina: vbi vero sincerus veritatis atq; pietatis alumnus, nuda sit autoritas. Ad Iudeos dicebat: A meipso nihil loquor: ad Iudeos autē fidei: Audistis q; dictum sit antiquis, nō facies adulterium: ego autem dico. Vbi Ego illud loquentis autoritatem demonstrat: nā vbiq; Ego, autoritatē testatur dicentis, ut cum dicit: Ego

Ioan.

Act. 20.

Mat. 14.

## IN DIC. APOS. CVM AVT. SVB. 367

Ego sum: & honestū est illud, Ego sum. Et iterū Iudas dicit, Non veni ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Soluit item hæretica suspicionis dubitationem hodierna euāgelica lectio. Quādo enim leprosus ille ipsum acceſſit, corpore quidem leproso, anima autē pura & lucida, dicit ipsi: Domine, si vis, potes me mundare. Quare hæreticorū canonem. Oportuerat enim consentanea vocis suæ dicere, nō volo ego, sed vult pater, mundus esto: non veni enim ut faciat voluntatē meā, sed voluntatē eius qui misit me. Non audisti me dicente, non veni ut faciam voluntatem meam? Si ergo cogat voluntatē potestati subditam, sicut impij dicunt, cur autoritatem exposcis ab eo qui paternæ aut oritati subditus est? Verum nihil horum Seruator ad eum qui ad se syncero pectore accesserat, dixit, sed declarando ipsum synceræ esse fidei, syncera quoq; ac pura sanitate donauit. Accelisisti ad ipsum fideliter, accipe et remediu fideliter. Voluntati meæ adscribis benevolentiam, voluntate mea et salutem capelito: Dñe, si vis, potes me mundare. Volo, mundus esto. Non subsistit hæreticæ impietatis definitio. Vides quantū sermoni subest? A propria voluntate autoritatem seruat. Hec autē cū dicā, non induco separata à voluntate patris voluntatē filij. Quam enim filij dixeris voluntatē, patris voluntatē dicis: & quam dixeris voluntatē patris, prædictas autoritatem filij: & si dixeris autoritatem filij, declarabis potestate spiritus sancti. Vna enim potestas, indiuitum regnum. At dicit quis: Attigisti inter dicendum de spiritu sancto, de potestate, ego apostolica voce inuenio spiritu Christo subiectum. Dixit enim Paulus: Quando autē dicit, q; omnia ipsi subiecta sunt, ma- 1. Cor. 15. nifestum est quod omnia præter eum qui subiecit illici: omnia intelligit, ergo spiritus subditus est: solū enim patrem dicit non subiectum esse Christo. Ve- rū quā dicit omnia, creaturam signat: non increata naturam inimuria afficit, sed de subiectione inimicorum disputat. Ultimus inimicus abolebitur mors. Cur

## 368 DIVI IOAN. CHRYSOS. SER.

Cur ergo in subiectorum inimicorum regione collocas spiritum sanctum? Non enim subiectionem amicorum pater induxit, non subiectionis angelorum meminit, non subiectionem archangelorum attingit, sed subiiciendorum inimicorum inimicus extremus mors abolebitur: loquitur de inimicis quid subditū sunt, non de spirītu sancto. Nam si nos fideles qui in Christo credimus, cū Christo regnabimus: spiritusne sanctus non parem cum obedientibus continetur dignitatem? In die manifestationis saluatoris sedebunt filii Zebedæi, Jacobus & Ioannes, & chorus ille apostolorū super duodecim thronos: spiritus erit circa subditorū suppedaneū: Faciat hanc impietas amice, sermo hic est de creatura, non de natura, non de adorabili dignitate. Et ut diligenter ac exquisitiū veritatis sermonē accipias, considera quomodo beatus Dauid inducens laudantium

**Psal. 148.** creatureū chorū dicit: Laudate dominū ē celis, laudate eum in summis, & reliqua. Angeli, virtutes, cœli cœlorū, & aquæ super cœlos: Nullā spiritus mentionem facit, increatam naturam creature non connumerat. Tres pueri qui in camino induxerunt & ipsi creatureū chorū: laudate, dicens, angelī domini, cœli domini, virtutes domini, sol & luna, &c. non recordati sunt spiritus sancti. Itē et Paulus, quum diuidit inuisibilia ab iis quæ videntur, dicens eo loco, vbi docet quod in Christo cōdita sunt omnia, tam quæ in cœlo, quam quæ super terram: tam visibilia, quam inuisibilia: & confestim adnumerat inuisibilia, dicens: Siue throni, siue principatus, siue potestates, siue dominationes. Nam quoniā omnia quæ videntur seruitus, in confessō est: inter inuisibilia autem recententur angelī, & virtutes, & spiritus sanctus, & filius, & pater, vt non per ignoriam cœlestium, sub iugum seruitutis dominum et dignitatem spiritus sancti trahas, ea quæ videntur. A ceteris, neq; dicit, siue sol, siue luna, siue astra, omnia seruit, neq; obnoxia: horū enim conditio competrat, quod oīa seruit. Ceterū in his quæ inuisibilia sunt prius

## IN DIC. APOS. CVM AVT. SVB. 369

principatus & angeli: est autem inuisibilis etiam et qui adoratur spiritus. Igitur ne quis ipsum cum alijs inuisibilibus copulet, seorsum numerantur superna omnia, ne in ordine ministrantium sit & dominus. Seorsum numerat quæ non adorantur, vt segregetur quod adoratur. Siue throni, siue principatus, siue potestates: non dicit, siue spiritus. Verū ad instutum redeamus. Si vis domine, potes me mundare. Sciebat leprosus scaturientē beneficentiam, sciebat emanante salutē, sciebat multos male habētes, & à dæmonibus infestatos, inuestigasse fontem salutis, & cogitationis hesitationē deponit: & quā effet carne quidem leprosus, anima tamen mundus erat: neq; enim discolor illius anima. Etenim sicut molesta corporis lepra colorem variat: sic & vbi anima occupatur, duplex facit cor, scilicet ad fidem, & ad infidelitatem se dispergiens. Et quam inuicunda oculis humanis corporea lepra, tam insuavis est oculis dei in plures secta partes anima. Et ob hoc ait scriptura: Væ dupli corde, & anima solitaria, & peccatoris vias duas incedēti. Rursum contineamus nos in instituto, Volo, mundus esto. O miraculum. Volo, mundus esto. Sermo nonnunquā fratres ab autoritate, sermo nonnunquā a temeritate proficisci: & hunc quidē fortitudi quis oblateralat, ad illū verō opus comitatur autoritate eius qui solus potest. Si ergo dixisset: Volo, & non subsequunt̄ effet opus, temeritas erat in nōc vero qui opus vocē subsequitur, & sermone ne ægrē feras, & opus reuerere. Vnde de quantū discrimine inter veterem legem, nouamq; gratia & tā omni ex parte. Moses cū ex mōte descesserat, primā legem tulit, & mandauit vt castris excederent leprosi. Christus verō monte descendens, leprosum protinus mundat: & ille quidem morbos eliminat, hic verō curā eōrum agit. Ascēdit Christus in montem, ascendit & Moses: & hic quidē vt acciperet, ille verō vt daret. Ascēdit Moses, & inuenit montē impletū tubis, nubibus, tonitruis, fulguribus, turbulibus, caligine; quæ licet parū cōgrauerant

## 370 DIVI IOAN. CHRYSOS. SER.

ebant dexteræ & magnitudini apparentis, verū de-  
cebat ut populus ille ad pietatē erudiretur. At Chri-  
sti gratia timore ponit, seruitutem eicit. Nō enor-  
acepimus spiritum seruitutis iterum in timore, in  
sed accepimus spiritum adoptionis. Et Moses qui  
dedit decem mandata Iesus autem dominus Mo-  
sis nouem beatitudines. Dictorū veritatem scriuer  
quotquot aliquatenus scripturas norunt. Prima be-  
atitudo. Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est re-  
gnū celorum. Beati qui lugent, quia ipsi consolab-  
buntur. Beati mansueti, quia hæreditate obtinebūt  
terrā. Beati qui esuriunt & sitiūt iustitiam, quia ipsi  
faturabuntur. Beati misericordes, quia ipsi miseri-  
cordiam assequuntur. Beati mundo corde, quia ipsi  
deū videbunt. Beati pacifici, quia filii dei vocabu-  
tur. Beati qui persecutionem patiuntur propter in-  
stitionem, quia ipsorum est regnum celorum. Beati qui  
quādo exprobrauerint vobis, et persequuti fuerint,  
& dixerint aduersus vos omne malū verbū inven-  
entes. Quare lex ponit decem mandata, gratia autē  
noue beatitudines. Nēpe decē mandatorum numer-  
rus, respondet numero plagarū Ægypti. Decē plaga-  
Ægypti impietatē castigarunt, & decē mandata po-  
pulum erudiunt insensatum. Id quod & litera iota  
indicit, qua denarius numerus scribi solet: virgulæ  
enim formam & figuram præ se fert. Et virga erudi-  
ebat Ægyptios atq; populū: Iesus vero dominus no-  
ster dat nouem beatitudines, triplici ternario trinitati  
ce plectens coronam. Quandoquidem fratres adora-  
bilis illa trias, regalis illa dignitas, immaculata na-  
tura, indominabilis dominatio, in ternario gloriam  
habet, & veneratur deus ternarii prædicationem in  
terra, & virtutum numerum, quod numero sancte  
trinitati respondeat. Et vt exēpli gratia aliquid du-  
cam: Multi sunt patriarchæ, & deus seipsum trinum  
patriarcharū vocat deū: Ego deus Abrahæ, & deus  
Iaac, & deus Iacob. Non q; non sit etiam deus Mo-  
si, & nō deus Joseph. Omnim enim deus est, qui se  
inveniat in veritate; sed veneratur sicut in imagine,

Exod. 3.

## IN DIC. APOS. CVM AVT. SVB. 371

in terrenis cœlestia. Tres patriarchæ sunt in honore  
trinitatis, tres virtutes in honorem trinitatis. Nunc  
autem manent tria hæc, fides, spes, charitas. In tria di-  
uisum est vniuersum, nempe in ordinem superceles-  
tium, terrenorum, & subterraneorum. In tria secan-  
tia, tempora, in præterita, praesentia & futura. Et si-  
c ut licet multi sint patriarchæ, ut prædicetur gloria  
viventis spiritus, suffici ternarius: ita cum multi  
sunt sacerdotes, trias tamen sacerdoti electa est, nem  
pe Mosis & Aaron, qui in sacerdotibus eius, & Sa-  
muelis. Multi reges, multi sacerdotes, & trium cele-  
bris est memoria. David scilicet, & Ezechiae & Io-  
siae: dicit scripture, oēs peccauerūt. In camino tres  
pueri. Qū Christo in monte concenderunt Petrus,  
Iacobus & Ioannes. Multi in cœlo angeli, & tres ap-  
parent Abrahæ. Omnes dies dei sunt, & tres serui-  
unt mysterio. Qui illi tres: Accipe Isaac, dicit, quem  
dilexisti filium tuum vnigenitum, & vade in vnu-  
monium: ambulauit Abraham tres dies & tres no-  
ctes, ut simul & mysteriū monstraret. Sic enim qua-  
si à morte viventem accepit Isaac. Quomodo autē  
Audi: A quo tempore pater illum sacrificio destina-  
rat, mortuus censeri potest. Neḡ enim euafurus cre-  
debatur, & propositum sanciebat promissiōnē. Ter-  
eo autem die restitutus est viuus in figuram resur-  
rectionis. An non potuit Ionas in mari manere plus  
res dies, sed solum ibi tres dies fecit, ut resurrectionis  
mysterium ostendat. Hic quis dicet, si alicubi re-  
perias setunctim mysteria talia, at non quantū satis  
est ad recipiendā incarnationem & trinitatem ista  
miracula persuadent. Si ego dico, reproba sermone:  
qui diuina est prædicatio, audi a me, imò audi meū:  
mini. Quid de Abraham idem Saluator dicit: Abra-  
ham pater vester exultauit ut videret diem meum:  
vidit, & gauisus est. Quem diem? Mortis. Agnus  
enim ab arbore traditus Abrahæ, imaginem gessit  
agni dei, qui collit peccatum mundi. Et quod dicie,  
Vidit diem; nihil aliud facit, quam q; vidi morte.  
Ioan. 2.

AA. Vnde

## 372 DIVI IOAN. CHRYSOS. SER.

Vnde hoc & usitato more discunt homines, praeuenit eum dies, pro eo quod est mors. Verum confusitudinis lex non est satis idonea ad astruenda ea que dicuntur: itaque ad scripturam veniamus. Dicit alii

*Psal. 33.* cubi beatus David: Obseruabit peccator iustum, et stridebit super eum dentibus suis: dominus autem ridebit eum, quoniam praeuidet quod veniet dies eius. Et haec quidem in Abraham dicta sunt. Nunc ad Ionam quoque ipsum redeo. Iterum enim tres dies Ionae, passionem hanc salutarem interpretari licet.

*Mat. 12.* Iterum seruator clamat: Quemadmodum, dicit, Ionas in ventre ceti tres dies et tres noctes, sic oportet filium hominis in corde terrae facere mansionem tres dies ac tres noctes: sed unum ad supradicta dicendum, quod aliis euidentius est. Populo priori tres erant ordines, sacerdotium, regnum, & prophetia: praeceps tres illos non videbatur alius apud Iudaos prius patius. Cornu item erat olei sanctificationis, & una fuit vincio, tria vero dona. Unum cornu, tria christi: Inungebantur enim sacerdotes, reges, & prophetæ. Ceterum quia aliqui argumenti hanus ignari sunt, ne incalsum sermo currat, seipsum quidem abscondens, lectori verò inutilis, audi breuiter: Scrutatur a prophetis cornu, & cornu autem inungebantur reges, prophetæ, & sacerdotes: nulla quidem clavis matis variatione: nam per idem cornu gratia adhuc habebatur. Inungebantur reges, inungebantur proprie-  
tae, inungebantur sacerdotes: via vincio, tria dona. Quare autem in cornu erat vincio? Quia imaginem gerebat Christi. An non in argenteo vase, an non in aureo, an non in aliqua alia pretiosiore materia rati-  
tum donum esse potuit? sed non fuit in alio quam in cornu. Siquidem ut dicendo præmisi, imagine ges-  
tit Christi. Etenim dicit: Excitabo cornu David:

*i. Reg. 16.* quod est dominus sacerdotij & regni & prophetij: ille sit cum omnibus vobis. Quia cum caput nostrum accepit regnum, contritis tribus illis humanis dignitatibus, in eius cornu omnis dignitas, & gloria redit, Anien.

## DE ELEE. ET COL. IN SANCT. 373

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO de eleemosyna & collatione in sanctos, ex priore Pauli ad Corinthios epistola.

*E*xurrexi hodie functurus apud vos legatio, ne quadam iusta, utili ac honesta, non alterius cuiuspiam quam pauperum nomine, qui vestram hanc inhabitant ciuitatem. Hi mihi hanc prouinciam iniunxerunt, non sermonibus, nec communis consilij suffragiis & sententia, sed misericordibus acerbissimis suis spectaculis. Nam cum ad vestrum hunc conuentum festinans, per forum & angus portus transirem, videremque in mediis biuis iam certe multos, quorum aliis absente manus, alijs exosculati, alijs ulceribus pleni & incurabiles, ac protentes eas partes, quas ut pote tabidas potissimum necessarium erat contegerent: extrema inhumanitas esse duxi, si apud charitatem vestram de his non differerem, maxime quod alioquin ex his que dicta sunt, opportunitate quadam ad hoc compellor. Et semper quidem conuenit de eleemosyna concionari, quandoquidem & nobis apud dominum multa semper opus est misericordia. Nunc vero per hoc tempus multo magis necessariu, quod tantu sit frigus. Estin vero estate temporis comoditas multum solatur pauperes. Extra enim periculum sunt, si nudi ambulet, quum Solis radj pro amictu sint, securumque in nudo pavimento dormire, noctesque sub dio agere, neque adeo calceamentis indigent, vel potu vini, vel alimentis largioribus. contenti enim sunt aquarum fontibus, tumultuariamque illis mensam vilioribus obseculis ac paucis leguminibus ipsa anni pars instruit. Ad quae accedit & alia non minor comoditas. Na qui domos extruunt, quicunque terrâ fodunt, & qui mare nauigant, illoru ministerio plurimi egunt. Que admodum enim locupletes prouentus habent ex dominibus, agris, & possessionibus: ita pauperes ex manibus & corpore, & non aliunde: ac propterea per estate est quod eos soletur: hyeme vero vndequeque variis modis affliguntur & vexantur. Duo autem in pri-

## 374 DIVI IOAN. CHRYSOS. SER.

mis eis molesta sunt. Intra viscera deuastat famem extra, carnem conficit frigus. Præterea ampliore indigent alimento, & densiore vestitu: insuper & testo, & strato, & calceamentis, atq; multis aliis. Et quod omnibus est grauius, operandi cōmoditatē tempus negat. Ea propter quia pluribus habent opus, & non est laborandi facultas, nemine miseris vel mercede præstante, vel opus iniungente, nō sibi manus porrigamus, nō iam mercedē, sed eleēmō synā daturas. Assūstat autē nobis fidelis in hac legatione collega Paulus: pauperū & in egestate viuentium p̄fectus & procurator, mīrā singularisq; viiantiē ac curā. Vnde diuisis apud Petru discipulis

*Galat. 2.* pauperum curam non diuisit: sed vt dicit, Dextræ dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi in circuncisionem apostolatu fungeremur. In iunxerunt solum vt pauperū essemus memores id quod facere curauit. De qua re subinde sermonem in epistolis suis inculcat, & nec vnam inuenies quod de ea nō admoneat. Sciebat enim, sciebat quātū morti res sit, & propterea tanq; edificio admirabilis stigis superimponens, hanc doctrinā consiliis et ad monitionibus suis adiicit, atq; id ipsum hoc quoq; loco facit. Nā posteaq; de resurrectione disputauit, deq; aliis omnibus disposuit, in hunc tandem de misericordia sermone desinit, sic dicens: De collatione autem in sanctos, sicut ordinavi ecclesiis Galatæ, sicut vos facite. In una sabbatoriū vnuquisq; vestru. Ait maduerte sensum et ingenii Apostoli, q; tempesue ad hāc admonitionē accedit. Cū enim memorem fuit iudicij terribilisq; illius sedis, & gloriæ qua re stiendi sumus, modō recte viuamus, & immortali vita, tū de hoc reliquū sermonem infert, vt auditor spe bona refocillatus, facilior sit ac benignior, atq; ita maiori ipsum alacritate suscipiat, vt pote adhuc iudicij terrore cōtremiscens, & repositorū animi honorū expectatione gestiens. Etenim q; quis de resurrectione philosophat, & ad futurā vitā le toma confert, nihil estimabit præsentia, vel diuitias, vel abu-

*i. Cor. 16.*

## DE ELEE. ET COL. IN SANCT. 375

abundantiā, vel aurū, vel argentū, vel sumptuosas vestes, vel delicias, vel menœ luxū, vel aliquid tale. Et qui hāc nihil faciunt, haud difficile pauperū suſcipient curā. Et hac de causa admonitionem hanc apte sermoni de resurrectione subiunxit. Primi autem nō dicit, de collatione in pauperes, neq; in mendicos, sed in sanctos: vt erudiret auditores, etiā pauperes si p̄c vivant admiratione dignos, & diuites si virtutem despiciant esse contemptibiles. Ecce rex prophanus vocatur & iniquus, quia inimicus erat deo: & pauperes sancti, quia ināsueti erant ac modi. Nerone mīsterium iniquitatis vocat, dicens: Mīsteriū enim nūc agit iniquitatis: Pauperes vero quibus nec alimenta erant, & qui emendicato alebantur victu, sanctos appellat. Interim & occulte doget, ne efferrantur animo, neq; ob hoc mandatum extollantur, quasi aliis vt vilioribus despectioribus p̄frent & antecellant: sed sciant, sibiq; ipsis certo persuadeant, summū esse honorem, q; datū sit eis illorū affectionibus cōmunicare. Iam dignū est, vt & illud perscrutemur, quinā illi sunt sancti. Neq; enim hic duntaxat mentionem ipsorum facit, sed & alibi sic dicens: Nunc autem proficisci Hierusalē ministrans sanctis. Et Lucas in Actis Apostolorū, memor istorum sanctorū ait: Cæterum discipuloruū vnuquisq; vt abundabat, ita & decrevit, vt mittat ad pauperes sanctorum in Hierusalem. Et iterum, quod & antea dicebā, ait, Tantum vt pauperū memores essemus: in quo & diligens fui vt hoc ipsum facerem. quasi diceret: Postq; separati sumus, ego in Gentes, ille in Iudeos: in hoc communī sententia conueniemus, ne quantū ad pauperes attinet, seiunem geremur. Nam quādo prædicabant, Petrus quidem Iudeis, Paulus verō Gentibus prædicabat: quando autem pauperum agebant curam, tunc non sic agebant, vt Petro tantum cura esset Iudeorū pauperū, & Paulo tantum Gentiliū: sed procurabat Paulus etiam rem pauperum Iudeorum. Et propter hoc dicebat: Tantum vt pauperum memores essemus, in

*2. Thes. 2.*

*Rom. 15.*

*Act. 11.*

*Galat. 2.*

## 376 DIVI IOAN. CHRYSOS. SER.

quo & diligens fui, ut hoc ipsum facerē. Qui igitur sunt illi, de quibus hic disputatur, & in epistola ad Romanos, insuper & in epistola ad Galatas, pro quibus & apud Macedones intercedit? Iudei pauperes erant, qui & Hierosolymis degeabant. Sed qua de causa tantam illorū habet curam? An non in singulariis ciuitatibus erant inopes & mendicis? Cur ad illos potissimum mittit, et pro eis omnes orat? Sane non hoc egit temere, neq; vt acceptor personarum, sed ob magnam utilitatem. Proinde operæ pretium fuerit, sermonē illum aliquanto superiorius repeterē. Enimvero ut Iudeorū res corrueunt, & confirmata est vox eorum, quam dū crucifigerent Iesum, clamabant, Non habemus regem nisi Cæsarem: ipsi Romanorū principatus subiecti, neq; suis ut antea viverebant legibus, neq; per omnia serui erant, ut nunc sed in ordine comilitonum & sociorum habebantur, sic tamen, ut ipsi tributa pēderebant regibus suis, & magistratus ab eis acciperent. In plerisque tamē & proprias seruabant leges, & iuxta patrū præscripta animaduertebant in eos qui secū peccarant. Nābutum eos Romanis dedisse hinc liquet: quia tenetes Iesum rogabant, si liceret dare censum Cæsari: ipse sibi iussit ostendī numisma. Quod vbi mōstrārunt, & lecta erat inscriptio: Reddite, ait, quæ Cæsaris sunt Cæsari, & quæ dei deo. Lucas quoq; testis est, templū habuisse milites & duces qui mille præerant. Quod Romanis subditi fuerint Iudei, nō præca sunt argumenta. Similiter manifestum, quod prius vni sunt legibus. Stephanum enim lapidatum nondum ad tribunal ductum, Jacobum fratrem domini occiderunt, Christum ipsum crucifixerunt, quamvis permitente præside qui illorum accusans onem refutabat. Nam ea de causa & manus lauit, et cens. Innocens sum a sanguine iusti huius. Et quia valde urgentes videbat, ipse quidem sententiam non tulit, sed tradendo cum permisit illos sua vii tyrannide, qui & omnia postea fecerunt, & Paulus ite sepe fuerunt molesti. Igitur, quia suis vtebantur

*Rom. 13.  
Galat. 2.*

*Ioan. 19.*

*Mat. 22.*

*Luc. 20.*

*Mat. 27.*

## DE ELEEE. ET COL. IN SANCT. 377

Iudicis, vnu euenebat longe grauiora pati eos qui ex illis crediderant. Etenim in aliis ciuitatibus quia & iudicia, & leges, & principes erant, non licebat Gentilibus eos qui à se deficiebant, occidere, vellere, pidare, vel aliter opprimere propria tyrannide vel sententia. At si quis deprehendebatur tale quiddam præter iudicium sententiam patrasse, is puniebatur. Quod tamen Iudeis erat adhuc permisum, idq; magna licentia. Vnde grauissime affligeabant, qui inter eos credebant. Nam erant sicut reliqui in mediis lupis, & non habentes aliquem qui eriperet. Sic Pauli quoque sepe flagellarunt, quod & ipse docet: Quinques quadragesima minus una accepi à ludis. *2. Cor. ix.* Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum. Deniq; quod hoc non leui conjectura à me dictum sit, quid ad illos ipsos Paulus scribat, audi: dicit enim, Redeat vobis in memoriam superiores dies, in quibus illuminati, ingens certamen sustinuistis afflictionum: partim quidem, dum & probris & pressuris affecti, spectaculo fuistis omnibus: partim dum consortes ha conuersantur facti estis: siquidem & afflictionū quæ ex vinculis meis contigerunt, participes fuistis, & direptionem facultatum vestrarum cum gaudio accepistis, scientes vos habere in vobis potiore substantiam in cœlis ac manentem. Quin & cum Thesalonicenses adhortaretur, illos in medium adducit: Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei, quæ sunt in Iudea in Christo Iesu, quod eadem passi sitis & vos à propriis contribubitis, quemadmodum & ipsi nos à Iudeis. Hac de causa, quia gravissima ferebant præ omnibus, & citra omnem misericordiam cuncta quæ habebant, eis auferebantur, ducebantur, trahebantur, fugabantur vndique: tunc Apostolus in illorum subsidium alios excitat, iterum pro sisdem Corinthios exhortans ac dicens: De collatione autem in sanctos, sicut ordinauit in ecclesiis Galatis, sic & vos facite. Itaq; satis demonstratum est, qui sunt sancti illi, & quare pro ipsis maiore haeruerit curam: reliquum est, ut inquiramus etiam cur AA 5 Galat.

*Heb. 10.*

*1. Thef. 2.*

## 378 DIVI IOAN. CHRYS. SERMO

Galatarum meminerit. Cur enim non dixit: De collatione autem in sanctos, hoc facite, in una sabbatorum vniusquisque vestrum apud se seponat thesaurizans, &c. sed cum dixit, De collatione hac in sanctos: adiunxit, Sicut ordinauit ecclesiis Galatiae, sic & vos facite. Cuius gratia hoc facit, & non vnius, neque duorum, neque trium meminit ciuitatum, sed totius generis. Certe ut promptiores eos redderet, essentque eis materia & occasio exemplandi aliorum laudes. Et post haec nouu quendam morem instituit. Et quis ille? In una sabbatorum, ait, vniusquisque vestrum apud se seponat thesaurizans, quicquid commodum fuerit: ne cum venero, tunc collationes fiat. Vnam sabbatorum dominicam vocat. Et quamobrem hunc diem oblationi deputatus cur non dixit secunda sabbatorum, vel tercya sabbatorum, vel aliis sabbatis? Profecto nec temere, nec absque causa dictum. Nam & a temporis opportunitate ansam capit, quod alacriores reddat offerentes. Et quid commodi habet eius diei tempus, quo facilius detur eleemosyna? Ecce, quoniam cum a labore omni cessatur, relaxationeque & festis alacritas sit animus. Et quod multo maius est, innumeris eo die bonis potiti sumus. Nam eo die destructus est infernus, extinctum maledictum, disparuit peccatum, confractae inferorum portae, captiuus factus est chaos bolus, diuturnum bellum diremptum, conciliati deo homines, nostrumque genus ad pristinam, immo ad maiorem rediit dignitatem, videlicet sol inopinatum & admirabile illud spectaculum, quodd homo factus est immortalis. Hac omnia volens ipse nobis in memoria referre, diem illum in medium attulit, ipsum in aduocarum assumentis, qui vnicuique diceret, Cogita homo quanta & qualia bona accepisti hoc die, quantum malis es liberatus. Qualis eras antea, qualis postea factus es. Iam si nos natalitia celebramus, & multi libertinorum etiam eos dies, in quibus libertate donati sunt in magno habent honore, ita ut alii venerando tempus, conuiua faciant, alii multa rura uandus largiantur: quanto magis nobis dies ille obser-

## DE ELEEE. ET COL. IN SANCT. 379

vandus, quem si quis natalitium totius humanae naturae appelle, haud aberrari. Perditi enim eramus, & inuenti sumus: mortui eramus, & reviximus: iniicii eramus, & recociliati sumus. Spirituali autem honore, inquam, hunc diem venerari oportet, non conuiando, non vinum profundendo, non ebrietati choreisque vacando, sed indigentes fratres liberalitate facili iuuando. Que dico, non ut laudetis tantum, sed ut & vos quoque imitemini. Neque enim putare debetis haec solis Corinthiis esse scripta, sed & vniuersalibus nostris, ac omnibus qui post nos futuri sunt. Faciamus itaque sicut nobis Paulus prescripsit, et die dominico vniusquisque nostrum domini opes dominicas reponat, statque ex hoc lex & consuetudo immutabilis, nec dubito post haec non fore opus adhortatione vel consilio. Nequaquam enim tam efficax est adhortatio & sermo, ut consuetudo tempore firmata. Statuamus igitur hoc, vi dominico die aliquid in subsidium pauperum reponamus, neque legem postea transgrediamur, etiam quantacunque vrgeat necessitas. Iam cum dixit, In una sabbatorum: subdit, Vniusquisque nostru: non diuitibus, ait, dico solum, sed & pauperibus: non liberis solum, sed & seruis: non viris solum, sed & mulieribus. Nullus ab hoc ministerio exemptus, lucrue sit expers, sed vniusquisque aliquid offerat. Neque collationi huic obstat inopia: quantumcumque enim pauper sis, non es pauperior vidua illa, quae omnem substantiam expendit: quantumcumque mendicus sis, non eris pauperior Sidonia muliere, quae pugillum farinæ tantum habet. Sollicita erat, quomodo Prophetam digne exciperet, tametsi videret circumstantes pueros, & famem virginem, neque aliud quicquam haberet repositum. At qua de causa dixit, ut aliquid apud seipsum reponat thesaurizans. Ne forte quis erubescat & vereatur ostendere tam parvum se offerri: et ideo ait, Tu serua et custodi: & cum paulatim paruae oblationes iusta aliquam quantitate habebit, tum profer in medium. Itē nō dixit, colligens, sed, thesaurizas: ut discas quod sumptus ille

## 380 DIVI IOAN. CHRYS. SERMO

ille thesaurus sit, & expensæ illæ quæstus. Thesau-  
rus, inquam, est omni thesauro melior. Nam sensibili  
lis thesaurus, & insidiosus petitur, & imminuitur, se-  
peq; inuentores pessundat: cœlestis autem ille, totus  
alius est: insidias ignorat, auferri nequit, saluis polli-  
cidentibus, & accipientibus non consuntur tempore,  
nō perit inuidia, sed prorsus eiusmodi iniurias su-  
perior, multa colligentibus afferit bona. Obediamus  
igitur, & faciamus etiā nos ita: vt cum priuatis sim-  
& sacrae opes in domib; nostris repositæ, futu-  
rumq; vt per eas etiam priuatæ conseruentur: quem  
admodum si opes subditorum in regiis promptua-  
riis conseruentur, per illas etiā regiæ securiores sun-  
ta certe & in domo tua si pauperum opes reposue-  
ris, & dominico die collegeris, eriam tuæ securiores  
erunt: erish; dispensator opum illarum à Paulo or-  
natus. Et hinc collecta hæc, occasio erit ut plura col-  
ligas, modo primum tibi ipsi bonam hanc consue-  
dinem feceris: nam te ipsum instigabis nullo alio co-  
siliario habens opus. Hoc itaque modo vniuersum  
que domus ecclesia fiat, sacras opes intra se conser-  
uans. Enimuero gætophyllacia que in templis sunt,  
illarum symbolum gerunt. Locus in quo pauperum  
opes sita, intraceſſus est demonibus. Et opes, q; in  
eleemosynas depuratae, domos plus muniant, quam  
scutum & lancea, ac armæ, & seruorum & militum  
manus. Porro postquam Apostolus dixit, quando  
& à quibus, & quomodo reponendæ sint hæc opes,  
quantas illas esse oporteat, offerentium atque tri-  
linquit. Non enim dicit, tantum & tantum offerre, vt  
ne præcepto grauet, multis alioqui paupertate pre-  
texentibus, atq; adeo ne dicat pauperes: Quid si tan-  
tum præstare nō possumus? propterea quantitatem  
oblationis virtute offerentium determinanit. Vnuſ  
quisque enim vestrum, ait, apud se reponat, chefa-  
trizans quod commodi fuerit. Quo verbo <sup>20. Ep.</sup>  
Paulus demonstrat, quod superne favor, et felix even-  
tus eis assistet. Nō enim hoc solum considerabat quod  
modo, sed & vt magna cum promptitudine paupe-  
ribus

## DE ELEEE. ET COL. IN SANCT. 381

tibus necessaria suppeditarentur. Enimuero, et deus  
eleemosyna non ob hoc solum instituit, vt paſcan-  
tur indigni, sed etiam ut dantibus accresceret benes-  
ficia, atq; adeo magis propter dantes, quam accipiē-  
tes. Nam si pauperum duntaxat habuisset ratione,  
nihil aliud præcepisset, quam ut necessaria eis da-  
rentur, nec dantum promptitudinem requisisset: at  
nunc videre licet Apostolum hoc potissimum age-  
re, & ordinare, vt gaudentes & hilares sint largito-  
res. Et alius dicit. Ne ex tristitia, vel ex necessitate  
te hilarem datorem diligit deus. Ecce non simpliciter  
dicit datorem, sed eum qui libenter et voluē be-  
nefacit. Et iterum alio in loco, Qui impertit in sim-  
plicitate, qui præest in diligentia, qui largitur in hi-  
laritate. Et propterea Vera cleemosyna est, sic dare,  
vt gaudentes te dare, putesh; te accipere magis quam  
dare. Atq; hoc modis omnibus conatur, ut leue fa-  
ciat præceptum, statq; cum alacritate oblatio. Et co-  
sidera, quot nominibus attentavit præcepti pondus  
& gravitatem auserre. Primum iubet offerre non  
vnū, duos vel tres, sed vniuersam cruxatem λόγια.  
Collatio enim nihil aliud est q; collectio, & symbo-  
lum quod omnes dant. Secundo accipientium digni-  
tatem significat: non enim dicit, pauperes: sed, san-  
ctos. Tertio exemplum afferit aliorum, qui simile  
quiddam fecerant, cum dicit: Sicut ordinaui ecclesias  
Galatiæ. Quarto dies opportunitatem adiicit, di-  
cens: In vna sabbatorum, vnuſquisq; apud seipsum  
ponat. Quinto, non iubet omnia simul profundi in  
eleemosynam, sed paulatim. Indignum enim iubea-  
re, totum vno die offerre, & tanto tempore inopia  
promisi: hoc enim citra rationem sumptuum omnino  
erit. Ad hæc non decernit mensuram, sed offeren-  
tium arbitrio permittit, & a deo datum declarat.  
Vtrumq; hoc insinuat, cum dicit, quod commodium  
fuerit. Adiect. Et septimum aliud modum, cum di-  
cit. Ut ne cum venero, tunc collationes fiant. Quo  
dicto & subiungit expectantes suum aduentum, &  
soratur certum diem aduentus sui scribens. Neque  
his

2. Cor. 9.  
Ecc. 35

Rom. 12

Collatio.

his contentus, alium etiam octauū adducit. Et quālis nam ille? Vbi venero autem, quoscumq; probaueritīs per epistolās, hos mitram, vt perferat gratiam vestrām Hierosolymam. Quōd si fuerit operā p̄c̄tum vt & ego ipse proficiscar, mecum proficiscetur. ] Vide q̄ aliena a fastu & mansueta sit genere rosa illa ac beata anima : vide q̄ sollicita & affectu plena? Noluit enim ex sua sententia eligi ministra tuos pauperibus necessaria, sed eorum electionē ipsis permisit. Neq; iniuriae loco habuit, quōd Corinthis suffragio sententia h̄z, et nō Pauli contubuebatur: imo absurdū censuisset, si secus eslet actū. Et hac de causa permisit eis, vt quorum erat oblationē, eorum esset & ministrorum electio: interim & mansuetudinem suam demonstrans, & omnem fam ac vmboram suspicionis auferens. Nam licet ab omni suspicione mala alienus, & sole purior erat, ex abundantia tamen hoc curabat, quo infirmioribus parceret, & suspiciones effugeret: Vnde dicit, Vbi venero autem, quoscumq; probaueritis, eos mitram, vt deferat gratia vestrām. Quid dicas Paule? Tu autem nō nauigabis, neque subsidia accipies, sed aliis rem demandabis? Ne cogitantes tale quiddam tristiores redderet, vide quomodo et hoc bene tractat. Nō enim simpliciter dixit, quoscumq; probaueritis, mittam, sed quid? Per epistolās. Tametsi non corposo adero, sed literis meis affuturus, adiuuabo illorū ministerium. Num Pauli vmbra vel calceamentis eius digni sumus. Et ille tanta apud omnes dignitate conspicuus, reicit honores vnde quaque nos vero stomachamur, & ægre ferimus, si quando nō sententia nostra, neque suffragio & iudicio ordinātū, qui subsidia illa ministrant. & iniuriam puram, qui non nobiscum, & nostra sententia hoc faciunt qui sua impendunt. Vide autem qualiter eleemosynas, vbiique meminit. Hoc loco eam non vocat mandatum, neque eleemosynam, sed gratiam: demūntas, quōd sicut mortuos excitare, & dæmones effugare, & leprosos mundare, gratiæ opus est, sic etiam pau-

peres iuuare, & indigis manum porrígere, imo multo magis hoc quām illud. Iam licet gratia sit, nostra tamen opus habet opera & studio, vt eligamus & velimus, & gratia dei dignos nos exhibeamus, & preparemus. Hoc quidem dicto egregiē ipsos consolatus est, quia literas suas cum eis missurus eslet: iterum tamen alio maiorī quām antea, consolatur, dum pollicetur seipsum itineris socium futurum. Si enim fuerit opere p̄c̄tum, vt et ipse proficiscar, mecum proficiscetur. Et vide etiā hic ipsius industriam. Neque enim negauit se simul iturum, neque omnino iturus est: sed iterum arbitrio dantiū rem submittit, eosq; dominos facit lux peregrinationis, demonstrans quanta sit hæc dignitas. Nam tanta est, quæ etiā ipsum itineri se vt accingat, excitet. Nam cum dicit, opere p̄c̄tum, conjectantis est. Quōd si per omnia hanc profectionem abnūisset, tristiores utique eos reddidisset, ac segniores: sin dubie promisisset, negligenter fecisset, & ideo non omnia no negat, neque pollicetur, sed sententia Corinthiorum submittit. Audientes enim Paulum delaturum oblationes suas, maiorī studio & alacritate ferebantur, quōd per sanctas illas manus oblationes suę deferende essent, & huic sacrificio preces illius accederent. Porrò si tanta alacritate hoc faciebant Corinthis obsecundaturi Paulo, tu vero dabis domino Pauli (nam per pauperes Deus suscipit) qualem excusationem habiturus es, si negaueris vel distulisti? Et profecto nisi res magna, curaq; multa digna eslet, ille cui totus orbis creditus, & cui curæ erant omnes quæ sub sole ecclesiæ, vix id muneris obiūset. Igitur hæc & nos cogitemus, quoties vel dandum vel dantibus aliis ministrandum, ne simus difficiles, tristesue perinde ac possessiones immineat. Quomodo enim non absurdū? Agricola sententia facit, & quæ habet expedit, & nō tristatur, nec dolet, nec sumptū se facere purat, sed lucrū potius, rāet si incerta eius spes. Tu autē nō in tā vilibus, sed in multo maioribus, seminas et datus pecunia

## 384 DIVI IOAN. CHRYS. SERMO

in manus Christi, recusas, torpes, & inopiam praetexis? An non potuit deus præcipere telluri, vt proferat aurum elaboratum? Etenim qui dixit: Germis net terra herbam sceni, & ipsa mox protulit virginitatem faciem, non potuit præcipere, vt fontes & flumini auri ubiq; manent. At noluit, sed permisit filios inopes, tam ob illorum quam tuam vtilitatem. Quandoquidem ad virtutem conducib; pauperes, & diuitiæ, & his qui in peccatis sunt, non pauperis consolatio est, quod indigentibus subsidium ferit. Præterea huius rei tanta cura fuit deo, vt cum nobiscum hic ageret, carneq; indutus cum hominibus versaretur, non detrectaret, neque erubesceret, quod ipsemet ea qua pauperum erant dispensare voluit, quanvis tot panes fecisset, faceretq; mādato suo quecumq; vellet, possetq; infinitos thesauros sumi non strare. Atqui hoc non fecit, sed præcepit discipulis, vt haberent marsupium & dispensarent indigentie. Nam cum ad Iudam per ænigmam loqueretur de traditione, non intelligentes discipuli quid dixisset, putauerunt dictum, vt pauperibus aliquid darent. Et dicit, Marsupium ipse portabat, & quæ ei dabantur. Frequens enim deo est misericordia mentione, solum eius quæ erga nos, sed eius etiam quæ ab hominibus in conseruosis fieri debet. De quo in veteri ac noua leges innumeræ. Per omnia humanos iubet, in cogitationibus verbis & operibus. Mox de his sursum ac deorsum sermones disseminat. Prophætæ ex persona dei claimant, Misericordiam Vole, & non sacrificium. Apostoli quoq; illius confunduntur & dicunt. Proinde in hac re negligentes nos simus. Nō enim tam pauperibus quam nobis profsumus, plura accipientes quam dantes. Hæc non remere, et absque causa dico. Sunt enim perquam multæ, qui nonnunquam curiosius rogant & inquirunt patriam & vitam, mores & artem, & corporis humanæ valetudinem, & inde crimina intentant, & omnem sanitatem de eis pœnas exposcent. Hinc sit, quod dñm tibi etiam cæcitatem corporis simulant, ut eius calumna

*Gen. 1.**Ioh. 13.**Osee. 6**Mat. 9.*

## DE ELEEE. ET COL. IN SANCT. 385

mitatis actu, crudelitatem humanitatemq; nostram inflectant. Que quidem si æstate contingant, grauia sunt, non ramen usq; grauia. Hyeme vero & frigore tam in humum & crudelem justificatorem se exhibere, veniamq; nullam otiosis cōcedere, summè crux dele fuerit. Quid igitur Paulus ad Thessalonicenscs dicit: Si quis laborare non vult, etiam non comedat? 2. Thes. 3.  
Vt & tu haec audias, & non ad illum solum, sed & ad te quoq; hæc verba attinens. Pauli enim leges noſ sois pauperibus, sed et nobis possitq; sunt. Dico quid onerosum & molestum, scio vos succensere, attame dicam: non enim vt grauem, sed vt emendem dico. Illis quidem otium obſicimus, etiam in re cui debetur ventus: nos autem eadem ſepe facinus omni otio grauiora. At ego, dicas, paternam hæreditatem habeo. An ergo quia pauper, & ex pauperibus est, & non contigerunt ei progenitores diuites, dignus est qui pereat? Profecto hac de causa cōmiseratione & misericordia diutum maxime dignus est. Tu quidem ſepe diem teris in theatris, & in conciliis, & in cōuentibus, & quibus nulla vtilitas, & multis obloqueris. & nihil te cōmittere, nec te otiosem putas: hinc autem miserum & erumnum, in lachrymis, in pœciis, in extrema miseria totum diem expendente, iudicas, & ad tribunal trahis, & de eo pœnas exposcis. Hæcne humana est sententia! Igitur quando dicas, Quid dicemus Paulo? Tu ea tibi plisi, non pauperibus dic. Et non solum minas, sed & veniam ibi lege. Nam vt dixit: Si quis non laborat, neq; comedat: adiecit, Vos autem fratres, ne afflixeritis bonū facientes. At qua ratione, dicas, excusabis eos? Fugitiui sunt, & peregrini, & nebulones, relictaq; patria sua in nostram confluent. Et tu hacne de causa stornacharis, ciuitatisq; huius coronam præcipuum velli cas, quoniam cōmunem patriam & portum omnes eam putant, & alienam propriæ præferunt? Ne tantum præconium adulteres, ne principalem hanc partem laudem decurtes. Olim cum famæ totū orbem inuasura esset, habitatores huius ciuitatis, his qui

BB Hicro

## 386 DIVI IOAN. CHRYS. SERMO

Hierosolymis erant, arque adeò illis ipsis, de quibus vobis totus hic sermo locutus est, per manum Barnabæ & Sauli subsidia miserunt non parua. Qua ergo venia digni erimus: quomodo excusabimur, cū patres nostri suis opibus pauei ut eos qui à longe habitabant, & ad ipsos currebant: nos vero etiam alio unde ad nos configentes fugamus, & vt de eis pœnæ sumantur petimus, præfertim cum non ignoramus, nos plurimorum malorum reos? Quod si Deus ita diligenter nos scrutaretur, ut nos causam pauperum, nullam vñq̄ misericordiā, vel veniam afferes remur. In quo enim iudicio iudicaris, dicit, & vos iudicabimini. Esto igitur misericors & benignus cōseruo, dimittenturq; tibi peccata multa, miserere, & eandem sententiam inuenies. Quid tibisip̄si negotia plectis? Quid curiosus es? Si Deus ita ordinasset, vt percontaremur vitas & exposceremus pœnas, et cū rīoile aliorum mores discuteremus: an nō multi gravatim ferrent, & ad seip̄sos dicerent. Quidnam hoc est? Difficilem rē nobis Deus præscriptit. Nō enim possumus aliorum vitam inquirere, siquidem ignoramus quid admirerint. An non multi ita dicerent? Nunc verò cū omni hac curiositate nos liberauit, & daturum se mensuram perfectam pollicitus es, siue boni, siue mali qui accipiāt, nobisip̄si negotiū facimus. Et vnde hoc liquet, q̄ siue boni, siue mali derimus, mercedem accepturi simus? Hinc videlicet quod ipse iussit nos, vt oraremus pro infectantibus et calumniantibus nos, vt simus similes patri nostro qui in celis est, qui solem suū oriri permittit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

*Mat. 5.* Proinde quemadmodū dominus tuus, cū multi blasphemant, multi fornicentur, multi furentur, latronentur, sepulchris insidentur, & multa mala faciat, ipse non desinit a sua in omnes beneficentia: sed cōmunes radios, cōmunes hymbres & fructus terra profert, suā monstrans misericordiā; Sic & tu fac, & cum adhuc tempus misericordiæ, suā pauperes, pasee famelicos, libera afflictos, ne sis præterea curiole sollicitus.

## HABEN. AVTEM EVN. SPIRIT. 387

solicitus. Nam si vitas hominum discussuri sumus, nullius vñquam miserebimur, & intempestiuā curiositate hac præpediti, absq; fructu, & destituti om̄i adiumento permanebimus, magnum interim laborem frustra & incassum subeuntes. Eapropter obsecro, vt intempestiuā curiositate hac om̄issa, indigentibus omnibus detur, statq; hoc magna alacritate, vt etiam ipsi misericordiā & benignitatē apud deum assequamur. Oroꝝ hoc vobis omnibus eueniat per gratiam & misericordiam domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE VERBIS APOSTOLI, HABENTES autem eundem spiritū fidei sicut scriptum est. Item de his verbis, Credidi, propter quod locutus sum. & de eleemosynis. Sigismundo Geleinio interprete.

*S*ipientissimi medici vbi vident hulcus egere ferro, admouent quidem sectionem, sed hoc faciunt non sine affectu & commiseratione, verum & mōrent & gaudent non minus quam ipsi qui secantur: mōrent quidem propter dolorem quem secundo inferunt, gaudent autem propter sauitatem quæ hoc modo comparatur. idem & Paulus fecit, sapientis ille animarum medicus. Corinthios enim cum acriori obiurgatione opus haberent increpans, lætatus est simul & tristatus. tristabatur quod dolorem inferret, lætabatur quod prodesset: & verūq; hoc significans dicebat: Quare etiam si contristauī vos per priorem epistolam, non me poenitet, tametsi paenituerat. Cur paenituerat? & cur non paenitit? Paenituerat, quia acrius obiurgauit, non paenitit, quia erratum correxi. Et vt scias hanc esse causam, audi quid sequatur. Video namq; quod epistola illa, tametsi ad tempus, cōtristauit vos, nūc gaudeo, non quod contristati fueritis, sed quod contristati sitis ad paenitentia. Etiam si ad tempus vos contristauī, molestia illa momentanea fuit, inquit:

utilitas autem eius perpetua. Permittit nunc mihi  
quosq; his verbis apud dilectionem vestram vti: quia  
re etiam si contristauis vos per priorem admonitionem, nō me pœnitet, tæsti pœnituerat. video enim  
quod admonitio illa & cōsilium tanet si ad tempus  
vos contristauit, mihi tamen magnam lætitiam at-  
tulit, non quod contristati fueritis, sed quod conter-  
stati sitis ad pœnitentiam, ecce enim hoc ipsum q;  
contristati estis secundum deum, quantum in vobis  
excitauit alacritatis? Luculentior est hodie noster  
conuentus, festiuus nostrum theatrum, numerosior  
fratrum chorus. hæc ipsa alacritas, tristitia illius est  
fructus. quapropter quantum tunc indolui, tantum  
nunc gaideo, videns spirituali hanc nostram vi-  
neam fructibus suis adeo vndiquaque refertam. Si  
enim in vulgaribus istis conuiuis honorem que-  
dam & hilaritatem conuiatori afferat conuiuarum  
frequentia, quanto magis in spiritualibus his cōui-  
uis idem fieri cōuenit: quanvis illie inuiratorū mul-  
titudo magis absunit ea q; apponuntur, majoris  
est sumptus: hic autem contra, non solum non absu-  
mit mensas vocatorum multitudine, sed etiam abun-  
dare facit. quod si illic sumptus voluptatem afferat,  
quato magis hic idem faciet accessio & reditus? hec  
est enim spiritualium rerum natura, quo pluribus  
distribuuntur, hoc amplius crescūt. quoniam igitur  
video refertam cōuiuis mensam, exspecto etiam ip-  
peditus gratiam menti nostre infonaturam. quando  
enim multos adesse videt, tūc dapsiliores epulas ar-  
ponere solet, non quod paucos fastidiat, sed quod  
multorum salutem desideret. Hac de causa Paulum  
quoque prætercurrentem ceteras vrbes, apud Cori-  
inthum commorari Christus per visionem iussit,  
dicens, Noli timere, sed loquere & ne taceas, quoniam  
populus est mihi multus in hac ciuitate. Si enim  
propter vnam ouiculam montes & nemora & inac-  
cessa loca peruagatus est pastor, qui fieri potest ut  
nō longe maiorem curam adhibeat, quoties mul-  
toes a locordia & errore sunt reuocadas quod enim  
ne pau-

pe paucas quidē contemnat, audi ipsum dicentem:  
Non est voluntas patris mei, vt pereat vel unus ex  
istis paruulis. Neq; paucitas, inquit, neq; vilitas in-  
ducit eum vt negligat salutem nostram. Quādo igit  
tur tautā habent paruulorum ac paucorum curam,  
tantam etiam multorum, toti ab eius fauore penden-  
tes, ad Pauli verba q; hodie lecta sunt, sermonem  
flectamus. Scimus, inquit, quod si terrenum nostrū  
domicilium huius tabernaculi destructum fuerit.  
Inde verō altius et ad ipsum exordium huius seaten-  
tiae redeamus. Quemadmodū enim qui fontem per-  
vestigant, inuenient riguo loco nō illuc solum fodunt,  
sed humorem eum & venam sequentes interius scrus-  
rantur, donec ad caput ipsum & initium fluentiorū  
perueniant: sic & nos faciamus. posteaquam inuen-  
tissimus spiritualem fontem ē Paulina sapientia pro-  
cedentem, verba hæc tanquam venam quam piam  
sequendo ad caput ipsum sententie nos recipiamus.  
Quod est igitur illud fontis caput: Habentes igitur  
eundem spiritum fidei sicut scriptum est, Credidi  
propter quod locutus sum: & nos credimus, qua-  
propter & loquimur. Quid ais? Nisi credideris non  
loqueris, sed mutus periras? Etiā, inquit, neque di-  
ducere os possum sine fide. neque mouere linguam,  
neq; aperire labia, ratione prædictus cum sim, mutus  
potito nisi fides loqui me doceat. Sicut enim planta  
absque radice fructum non profert, ita absque fidelis  
fundamento non prouenit sermo doctrinæ. quapro-  
pter et alibi inquit: Corde creditur ad iustitiam, ore  
autem confessio fit ad salutem. Quid huic arbori vel  
præferri vel conferri potest, cuius quidem non ra-  
ni solum, sed radix quoque ipsa fert fructum, hæc  
iustitiam, illi salutem. Ideo dicit: credimus: qua-  
propter & loquimur. Sicut enim membra tremula  
& senectute languida, baculo tuto deducente, la-  
bi & cadere non permittruntur: sic etiam animam  
nostram incertis ratiocinationibus circumactam ac  
iactatam, fides quoq; baculo tutius sustentans,  
suaq; vi reficiens, summopere firmat, nec sinit

subuerti, infirmas cogitationes corrigens prestantiae suæ virtutis, & caliginem illam dispellens: animamq; velut in domicilio tenebroso inter tumulatuantes cogitationes sedentē, suo lumine illustrans. Hinc sit, quod qui illa carent, nihil potiore sunt conditione, quam qui in tenebris vitam degunt: sed sicut illi & ad parietes offensant, & in obuia quæque impingunt, & in foucas ac præcipitia prolabuntur, nec ullū usum oculorū habet, ut quibus nihil praetuleat: sic etiā quotquot fide carent, & inter se alii in alios incurvant, & in ipsos parietes, & postremo in harathrum aliquod exitiale ultro seipsi præcipitatur. Testes mihi sunt illi qui profanam sapientiam iacent, qui multum sibi promissa barba, trito, palelio ac baculo placent. post longas enim ac saepet petitas dissertationes, lapides præ oculis sitos vident. si enim vt lapides eos cerneret, nequaquam eos deos esse putarent. quin ipsi quoque in aliis alio feruntur, atque inter se collidunt, & in ipsum impietatis profundissimum præcipitum deuoluntur, nō aliam ob rem, quam quod ratiocinationibus suis omnia sua permittunt: id quod Paulus noster significans dicit: Frustrati sunt per cogitationes suas, & obtenebratum est insciens cor eorum: cum se crederent esse sapientes, stulti facti sunt. Declaranda deinde quam occæcati & stulti essent, addit hec verba: Mutaueruntq; gloriam immortalis dei per imaginem, non solum ad mortalis hominis similitudinem effictam, verum etiam volatilium & quadrupedum & reptilium. sed has tenebras fides aducunt suo in uniuersum discutit in anima, quæ se hospitio dignata fuerit. & quemadmodū nauem ventorum impetu iactatam, & fluctuum assultu inundatam, demissa ancora omnino stabilit, & vel in medio pugno lago radicat: ita etiam mentem nostram extraneis cogitationibus iactatam, aduentu suo fides ex immunitenti naufragio liberat, tanquam in tranquillum portum, in conscientiæ certitudinem deducens. Quod & ipsum Paulus significans dicit: Proprie-

dedit Deus apostolos ad perfectionem sanctorum, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii dei, ut ne amplius simus paruuli fluctuantes & quo quis vento huc atque illuc iactati. Vides fidei facinus præclarum, quod ceu ancora quepiam tutissima, à fluctuatione liberat: sicut idem rursus ad Hebreos scribit, hoc modo de fide loquens: Quā velut ancoram tenemus animæ, tutam firmamq;, & introiuntem usque ad ea quæ sunt intra velum. Ne enim audita ancora putas deorsum te trahendum, ostendit quod nouum quoddam ancoræ sit hoc genus, quæ non deorsum grauet, sed sursum mentem eleuet, ad cœlum usque sublatam, & intra velum ceu manu deducat. Velum enim hoc loco, cœlum vocavit, cur, aut quā ob causam? Quia sicut velum ab exteriore parte tabernaculi dirimiebat sancta sanctorum: ita cœlum istud tanquam velum medium inter creaturam obiectum, ab exteriore tabernaculo, hoc est mundo hoc quem videmus, dirimit sancta sanctorum, videlicet ea quæ supra se sunt, quod præcursor pro nobis introgessus est Christus. Quod autem dicit, sic intelligendum est. Illuc, inquit, animam nostram sublimem attollit fides, non finens ullis presentibus malis humiliari, sed spe futurorum labores leues faciens. Qui enim futura spe stat, coelestia speras, & mentis oculos illō dirigens, ne sentit quidem presentium malorum molestiam, quemadmodum neque Paulus sentiebat, & huius animi causam reddebat dicens: Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ, mire supra modum æternum pondus gloriae parit nobis, dum non spectamus ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur, nimur oculis fidei. Sicut enim corporis oculi nihil vident intelligibile, ita oculi fidei nihil vident sensibile. Sed de qua fide hic loquuntur Paulus & nani fidei vocabulum duplēm habet significationem. etenim fides dicitur, per quam prodigia tunc faciebat apostoli, de qua Christus dicebat: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, misericordia tua.

## 392 DE VERBIS APOSTOLI,

gra, & migrabit. Et rursum cū discipuli non possent lunaticum liberare à dæmonie, causamq; scisitarentur, hanc eis subindicauit, quod fides eos deficeret, dicens, propter incredulitatem vestram. Et Paulus de eadem dicebat: Si habuero fidem ita ut montes transferam. Et Petrus cum periclitaretur ne mergeretur pedibus per mare incedens, eandem incredulitionem audiuit a Christo, Exigua fide prædictæ cur hæsitabas? Itaq; fides dicitur qua miracula & prodigia patravitur. dicitur item fides quæ nos ad agnitionem dei perducit, ob quæ quisq; nostrum fidelis vocatur: sicut ad Romanos scribens dicit: Gratias ago deo meo per Iesum Christum, super omnibus vobis, quod fides vestra annunciatur in toto mundo. Ac rursum ad Thessalonenses: A vobis enim pentonuit sermo domini, non solum in Macedonia & Achaia, verum etiam in omni loco fides vestra, quæ est in deum, dimanauit. Qualem igitur subindicat in hoc loco fide? Dubio procul fidem cognitionis: id quod ex sequentibus patet. Credidi, inquit, quæ propter & locutus sum. Quid credimus? Quod qui resuscitauit Christum, etiā nos resuscitabit per virtutem suam. Sed quare eam vocat spiritum fidei, & in donationum ordinem annumerat? Nam si donatio est fides, & solius spiritus donum, non nostrum meritum, neque increduli punientur, neque credentes laudem promerebuntur. Talis enim est donationum natura, non sunt coronæ neq; præmia. Donum enim non est accipientis meritum, sed largitoris liberalitatis gratificatio. Hanc ob rem etiam discipulos iussit non gaudere eo quod dæmones eiicerent, & eos qui in nomine suo prophetauerant, & virtutes multas fecerant, expulit e regno celorum: quoniam ex suis meritis nullam habebant fiduciam, sed ob solas donationes salui fieri volebant. Si igitur etiam fides tale quiddam est, & nihil ex nostro contulimus, sed totum est gratiae spiritus, & ipsa virtus in animas nostras ingessit, & nullam pro ea receperunt sumus mercede, quomodo igitur dicit: Cor

## HABEN. AVTEM EVN. SPIRIT. 363

de enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio frat ad salutem? Quoniam & eius qui creditit virtus, tis meritum est fides. Id quomodo fiat, alibi rursum subindicat dicens: Ei vero qui non operatur, sed credit in eum, qui justificat impium, imputatur fides sua ad iustitiam. Quia non est totum gratiae spiritus. Sic enim etiam patriarcham Abraham plurimis rediuit iaudum coronis, eo quod contemptis rebus præsentibus, praeter spem in spem credidit. Quā obrem igitur spiritū fidei vocat eam: Illud nimis ostendere volens, quod initio credere, & parere vocanti, nostræ est bonæ mentis. at postquam iacta fuerint fidei fundamenta, iam opus est auxilio spiritus, ut in nobis perpetuo maneat inconcussa & insubvertibilis. Neq; enim deus, neq; spiritus gratia, nostrum præuenit propositum: sed tametsi vocet, expectat tam, vt sponte & propria voluntate accedamus, ac tum denum nobis suum exhibeat auxilium. Quodiam enim diabolus posteaquam ad fidem accessimus, continuo subrepit volens egregiam hanc radem euellere, & zizania properans interserere, geramus, ac purum semen lädere, opus tum habemus auxilio spiritus, ut quemadmodum strenuus agricola anima nostræ insidens, multa cura et prouidentia nouellam fidei plantam vindiquaq; muniamus. Ideo Thessalonicensibus quoq; scribebat dices: Spiritu ne extinguis. Certū quippe est quod audente spiritus gratia, inuincibiles malo dæmoni atque omnibus eius insidis erimus. Nam si nemo potest dicere dominū Iesum nisi in spiritu sancto, quanto magis fidem tutam & radicatam non poterit habere nisi in spiritu sancto. At quomodo poterimus allicere auxilium spiritus, eq; persuadere ut apud nos manere velit? Per opera bona & optimâ viuendi rationem. Sicut enim lucernæ lumen oleo retinerur, et consumpto eo ipsum quoq; vna consumptum evanescit; ita etiam spiritus gratia, quantisper habemus opera bona, & crebris eleemosynis animam rigamus, manet non aliter quam flamma oleo retenta:

## 394 DE VERBIS APOSTOLI

quæ si non adsint, recedit à nobis & abit: quod ceteri  
quinq; illis virginibus accidit. etenim illæ post mui-  
tos labores ac ludores, cù nullū haberet ex sua bens  
gnitate præsidium, non potuerunt apud se retinere spu-  
ritus gratiæ: atq; ideo sunt à thalamo repulsi, vocati  
illam terribilem audierunt: Discedite, nō noui vobis;  
quæ vel gehenna fuit grauior. propter hoc etiæ stultæ  
sunt appellatae; & meritò. quoniam cù impotentiæ  
ores cupiditates vicissent, à minus valida sunt vici-  
stæ. Naturæ violentiæ superauerunt, rabida insania  
frenauerunt, cupidinum fluctus sedauerunt, in terra  
degentes angelicæ vitæ vixerunt, corpore vestitus.  
corporeas virtutes æmulatae sunt, & post tantos la-  
bores pecuniarū cupiditatē non superauerunt: Scilicet  
ta reuera & insensatae: quapropter ne venia quide-  
dignæ sunt habitæ. Lapsus enim earum sordidæ fuit  
solius. quæ enim in tanta flamma fornacem poruer-  
rant cupidinum extinguere, & ultra septa transi-  
rant, & plura q; iussæ erant prelitterant: nulla eniā  
lex virginitatem præcipit, liberat hoc voluntati au-  
ditorum relinquitur: post hæc omnia vixitæ sunt à  
pecunia: quo quid esse miserabilius potest, si pro  
pter paululum argenti coronam à capite proicias? Hoc  
dico non quo manus virginum dissoluā, neq; Φ. virg-  
initatem extinguere velim, sed ne inutiliter currant,  
ne post plurimos ludores corona priuatæ & pudoriæ  
re plenæ ex harena discedant. Bona res est virginum  
& maius q; pro naturæ viribus meritum: sed bona  
hæc res & magna & naturam superans, nisi beni-  
gnitatem habeat adjunctam, ne in vestibulum cuius-  
dem thalami ingredi poterit. Atq; hic mihi confide-  
ra benignitatis vim & eleemosynæ potentiam. Vir-  
ginitas sine eleemosyna ne in vestibulum quidem  
thalami perducere potuit, eleemosyna vero vel si-  
ne Virginitate alumnos suos cum magna laude in  
regnum ante conditum orbem præparatum manu de-  
ducit. Hæc siquidem quoniam larga eleemosyna  
non exhibuerant, audiunt: Abite, non uouit vos. Illi  
vero qui sitientem potauerunt, & esurientem aliæ  
tunc

## HABEN. AVTEM EVN. SPIRIT. 395

tunt Christū, quamvis virginitatem non proferret  
in medium, audiunt: Venite benedicti patris mei,  
possidete regnum paratum vobis ab exordio mundi. Et  
merito. Qui enim virginitatem seruat, & iejunat, si  
biipsi utiles est: qui vero miseretur, communis est nau-  
fragorū portus: proximorū paupertatem subleuās,  
& alienis necessitatibus succurrens. Cæterū ex be-  
nefactis quæcumq; ad aliorū utilitate fuit, ea potis  
sum laudem promerer solent. Et vt Icias q; talia  
præcepta præ cæteris deo curæ fuerint, de iejunio et  
virginitate differens regni celorum meminiti vbi  
verò de eleemosyna & liberalitate, & vt nos miseri-  
cordes exhibeamus præcipit, longè amplius quam  
regnum celorum præmium proponit: Vt siatis, in-  
quit, similes patris vestri, qui in celis est. Illæ enim  
potissimum leges hominem similem deo reddunt,  
quatenus deo similem fieri hominem licet, quæ ad  
publicam utilitatem faciunt. Et hoc significans Chris-  
tus dicit: quia solem sūti oriri facit super honos ac  
malos, & pluit super iustos ac iniustos. Ita vos quo-  
que pro sua quisq; virili facultatibus vestris in com-  
munem fratrum utilitatem vtendo, imitamini cum  
qui bona sua proponit ex æquo omnibus. Ingēs est  
virgoiratis dignitas, quo magis plausibilem eam  
fieri cupio. Est enim dignitas virginitatis, non solū  
abstinere à nuptiis, verum etiam benignum esse, &  
fratru amante, & promū ad commiserationē. Quæ  
enim est utilitas virginitatis cum crudelitate quid  
lucrī ex tēperantia cu inhumanitate cōiuncta. Non  
es capta corporum concupiscentia, sed captata cu-  
piditate pecuniarum. non es admirata hominis faci-  
em, sed admirata es auri pulchritudinem. Maiorem  
aduersarium vicisti, sed minori & imbecilliiori suc-  
culsuisti. Atque eo turpius victa es, ideo ne venia  
quidem digna es, videlicet quæ tantam vim sulti-  
quisisti, & aduersus naturam reluctasti, ab avaritia  
verò expugnata es, quam & mancipia sæpenume-  
ro, & barbari homines minimo negocio superare  
valuerūt. Hæc igitur omnia scientes dilecti, siue in  
coniugio

coniugio, siue in virginitate degentes, magna diligentia eleemosynam exerceamus, quandoquidem nulla alia ratione licet ad regnum celorum peruenire. Nam si virginitas absq; eleemosyna ad regnum non valuit perducere, quodnam aliud benefactum hoc efficere sine hac poterit, profecto nullum. Toto igitur animo, totisq; viribus oleum affundamus in padibus, idq; largiter ac indesinenter, vt hilare ac lumen permaneat. Nec pauperem respicias accipientem, sed deum redditum: non eum qui finem accipit, sed eum qui se tibi debitorem obligauit. Nam ideo alius accipit, alius reddit, vt accipientis paupertas & calamitas ad misericordiam te flectat, ac compassionem: diuitiae vero reddituri, fideiuentes etiam cum auctario solutionem futuram, bene animo te esse faciant quod ad usuram attinet, & ad largiorem eleemosynam prolicant. Quis enim rogo centuplum recepturus, & de recipiendo feceris, non omnia sua libens eroget? Ne igitur parcamus pecuniae. Nā qui facultatibus suis parcit, in pauperum manus eas depositavit, in thesauru sacrosanctu, quō nec latroines, nec sycophantes, nec serui malefici, nec vllæ mortalium insidiae penetrare valeant. Quod si etiam his audiuis piget te e bonis tuis nonnihil erogare, & nego centuplum recipiendum, nego pauperis calamitas, neque aliud quicquam flectere te potest, reputa quām mūcta peccaueris, ingredere in conscientiam dei: fero, excute omnem actam vitam, accurate errata tua cognosce, & sis licet hominum omnium inhumanitatis, certe pauore peccatorum omni tempore compulsum, & remissionem propter eleemosynam sperans, vel corpus tuum insuper impedes, necum pecuniam. Si enim fauq; & morbos corporales depellere cupientes, nullis facultatibus parcimus, etiam si indusum diuendendum sit vt ab infirmitate illa liberemur: multo magis anima infirmitatem & gravissima peccatorum vulnera curatur per eleemosynam, cum summa alacritate eam exerceamus.

Argui

Atqui quoties regratas, non statim numerata pecunia liberaris à morbo, sed sēpenuero & sectione opus est & vstione, & amaris pharmacis, & fame, & frigore, & aliis grauioribus mandatis. hic autem non sic sed satis est dare nummos in manus pauperum, & statim absoluoris ab omnibus peccatis, sine villo vel dolore vel labore. Medicus enim qui animā curat non opus habet vt te intrisat, uon instrumentis artis, non ferro aut igne, sed solus nutus sufficit, ac mox omnia peccata ab anima auferuntur & evanescunt. Nō vides monachos istos qui solitariā vitam amplectuntur, & in vertices montium secundunt, quam duram viuendi rationem perferant. etenim cinerem sibi substernentes, & saccum induentes, & furca corpus degrauantes, & in casa inclusi, assidue cum fame luctantur, in fletu viuunt & vigilis intolerabilibus, vt partem aliquā peccatorū abluant. Tibi vero licet sine omni illo duro victu expedita hāc & facilem pietatis viam ingredi. Qualis enim rogo, labor est, his quæ adsunt frui, & quod superest in egenos insunire? Nā etiamsi nulla merces esset proposita, etiamsi non tā ampla retributio praefinita esset, an nō vel ipsa rei natura quantumvis inhumanis persuadere poterat, vt eo quod ipsis superest ad egenorum solamen vterentur? Nunc cū tantū coronarum, tantum retributionum, tanta peccatorū obliuio, per eleemosynam paretur, quam rogo excusatione habeant qui pecuniae parcunt, & animam suam in profundum peccatorum demergunt? Nam etiamsi nihil aliud te moueat & excitet ad condonandum & ad clandam eleemosynam, saltem reputa quām incertus si vita finis, & cogita quod etiamsi pauperibus non des, morte tamen superueniente vel nolis tuas res alios es cessurus. Ergo dispesato diuitias tuas, & dum licet humanus esto. Extremæ enim vesania fuerit, ea quibus vel inuitus alios cesuras es, nolle indigētibus communicare vltro, idq; cum tanta bona ex hac benignitate tibi sint prouentura. Ut vestra, inquit, copia succurrat illorum in-

piæ.

pix. Quid est quod dicit? Maiora accipis quam das. Das sensibilia, accipis intelligibilia & spiritualia. Das pecuniam, accipis remissionem peccatorum. Liberas pauperes a fame, ille te liberat ab ira divina. Retributionis hoc genus est et negocationis quod maiorem ac utiliorem redditum habet quam sumptum, non solum remissionem peccatorum, verum et fiduciam erga deum, & regnum cœlorum, & bona illa que neque oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. An non igitur absurdum, negotiatores nulli rei parcunt, idque cum patria ferre paribus permutare soleant; nobis vero cum non corruptibilia & momentanea, sed incorruptibilia & sempiterna liceat pro nostris corruptibilibus ac momentaneis commutare, non eandem quam illi diligerentiam adhibemus. Non ita fratres, non ita nos saluti male consulamus, sed moti exemplo virginum, & corum qui ducuntur in ignem paratum diabolo & angelis eius, eo quod non aluerint neque potaverint Christum, retineamus sancti spiritus ignem per largam benignitatem & profusas eleemosynas, ne circa fidem naufragii faciamus. Fides enim opus habet auxilio spiritus ac presentia, ut inconclusa permaneat; auxiliu autem hoc vita puritate moribusque probatis retineri apud nos solet. Quare si cibus primus fidem radicatum habere, vluendi ratione plus non potest, ita neque fides sine bonis operibus. Fides non potest, ita neque fides sine bonis operibus. Fides est dicendum. Quid est eundem? Non enim simpliter dixit. Habentes spiritum fidei; sed quid? Habentes eundem spiritum fidei. Et volebam quidem enarrare hoc quoque, sed quoniam video multa sententiarum humina ex nuda hac vocula prorumpentia, vereor ne multitudine eorum quae dicenda essent in undarem omnia, atque ita haec doctrina nimia prolixitate detrimenti aliquid acciperet. quapropter hic suum faciens sermoni, oro & obtestor, ut & que audiuis, de honeste viviendo, de fide, de virginitate, de benignitate, de eleemosyna, diligenter obseruetis: & haec bene in memoria retinentes ad ea quae supersunt audienda presto sitis. Sic enim nobis soli dum erit ac inconcussum doctrinæ nostræ ædificiū, si pri-

furtherionis confugunt abnegationē: atq; hoc pao sto dum se in hac vita frigidis rationibus paulisper consolantur, maiorem gehennæ flammā sibi accendunt, quandoquidem securiores hic facti, postq; illos luc deuenerint videbunt pro suis quenq; peccatis debita supplicia persoluere. Et vt hoc verū esse sciat, q; fidelis robur mala opera vehementer impediāt, audite quid Paulus dicat, ad Timotheum scribens. Ut milites inquit, egregiam militiam, habens fidē ac oonam conscientiam. Bona autē conscientia ex vita & operibus bonis contingere solet. Quam quidam, inquit, repellentes, circa fidem naufragium fecerunt. Rursus alibi. Radix omnium malorum est avaritia, per cuius cupiditatem quidam a fide aberuerunt. Vides quid tum illi propterea naufragii fecerunt, tum isti ob hoc ipsum aberrauerunt: quod iam illi bonam conscientiam repulerunt, isti vero avaritiae adheserunt. Quæ quidem omnia cogitantes magnam curam habeamus vitæ q; optimè insti tuendæ, ut duplex nobis merces contingat, vna ex operum retribuzione, altera ex fidei robore. Sicut enim se habet esca ad corpus, ita recta vita ad fidē. Et sicut carnis nostra natura sine alimento durare non potest, ita neque fides sine bonis operibus. Fides non potest, ita neque fides sine bonis operibus. Fides est dicendum. Quid est eundem? Non enim simpliter dixit. Habentes spiritum fidei; sed quid? Habentes eundem spiritum fidei. Et volebam quidem enarrare hoc quoque, sed quoniam video multa sententiarum humina ex nuda hac vocula prorumpentia, vereor ne multitudine eorum quae dicenda essent in undarem omnia, atque ita haec doctrina nimia prolixitate detrimenti aliquid acciperet. quapropter hic suum faciens sermoni, oro & obtestor, ut & que audiuis, de honeste viviendo, de fide, de virginitate, de benignitate, de eleemosyna, diligenter obseruetis: & haec bene in memoria retinentes ad ea quae supersunt audienda presto sitis. Sic enim nobis soli dum erit ac inconcussum doctrinæ nostræ ædificiū,

## 400 IN DICTVM APOSTOLI

Si prioribus in mente vestra bene fundatis ea quae se  
quuntur superstruxerimus. Deus autem qui nobis  
dedit haec dicere, & vobis cum alacritate audire, di-  
gnos nos faciat ut & per opera fructum aliquem pro-  
feramus, gratia, &c.

EIVSDEM DE EISDEM VERBIS, ET AD  
uersus Manicheos & omnes qui vetus testam-  
tum calumniantur, & a novo separare conantur,  
& de eleemosyna.

**A**postolici vobis sermonis expositionem de-  
beo iam diu, sed hoc debitum vos forellis  
estis obliiti ob temporis longitudinem, ego vero  
non sum oblitus ob meum erga vos affectum.  
Sic se habet charitas, vigilans est ac solicitans nec ali-  
matos soli amatores in animo circumferunt, sed etiam  
quicquid daturos se promiserunt, magis meminere  
q̄ ipsi qui promissa sunt recepturi. Eodem modo ma-  
ter amantissima postq̄ mēst̄ reliquias pueris sum re-  
posuit, etiam si illi forte obliuiscatur, ipsa tamen me-  
minit: easq; diligenter asseruatas depromit, & famili-  
licos eis pascit. Quod si matres erga liberos tam indi-  
gētes sunt, tanto maiori cura et studio vestra charitas  
nobis est prosequēda, quanto maior vis est spiritu-  
lis partus q̄ naturalis. Quænā igitur fuit illa mentis  
cuius reliquias vobis seruauimus? Verba cr̄t̄ Apo-  
stoli, ex quibus tunc non parū nutrimenti spiritu-  
lis perceperimus, quorū parte vestris mentibus indu-  
dimus, parte in hodiernū distulimus, ne multitudi-  
ne sermonū memoriam vestram obrueremus. Quæ-  
nā igitur sunt illa verba? Habentes autē cuncte spu-  
tū fidei, sicut scriptum est, Credidi, propter quod lo-  
cūsum: etiā nos credimus, quapropter & loqui  
mur. De qua igitur fide sit sermo, verū de ea per que-  
patrantur prodigia de qua Christus dicit, si habeo  
ritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monte huc.  
Migras, & migrabit: an de ea quæ cognitionē in no-  
bis gignit, iuxta quam omnes sumus fideles, cō quā  
de causa spiritus fidei sit dictus, & quænā sit hachā  
des; hæc oīa pro viribus apud vestram disserimus  
charas

## HABEN. AVTEM EVNDEM SPI. 401

charitatē, atq; interim etiam de eleemosyna verba  
fecimus. Cum verò supereffet disquirendum, quam  
obrem dictū sit, tundem spiritum fidei, & præ mul-  
titudine eorum que iam dixeram nō daretur etiam  
haec verba diligenter enarrare, ideo in præsentē diē  
ea reposuimus, & nunc illud debitum vobis repræ-  
sentaturi venimus. Cur igitur dixit Eundem? Ma-  
gnam cognitionē noui testamenti & veteris vult  
ostendere: ideo Prophetæ etiā verba subiūgit: Sicut  
scriptū est, Credidi, propter quod locutus sum. Hoc  
autem iam diudum & ante multas ætates Dauid di-  
xerat: quod nūc Paulus adduxit, indicans quod ea-  
dem spiritus gratia, & tunc in illo, et nunc in nobis,  
fidei vim radicauit. Idem, inquit, est fidei spiritus,  
qui in illo locutus est, & in nobis operatus. Vbi  
hunc sunt qui vetus testamentum criminantur, qui  
corpus scripture dilacerant, qui alium nouo, alium  
veteri testamento deū attribuunt? Audiāt Paulum  
impia ora obturantem, impugnatrices dei linguas  
cohibentem, ostendentem eundem esse spiritum ca-  
nouī & veteris testamēti. Nam & ipsa nomina ma-  
gnam nobis testamentorum consonantiam signifi-  
cant. Nouum enim ad differentiam veteris dicitur,  
& venit ad differentiam noui, sicut & Paulus ingt:  
dicendo nouam, antiquavit illam priorem. Nisi ve-  
rō eiusdem essent domini, neq; haec noua, neque illa  
verus appellari posset. itaq; hoc ipsum nominū dis-  
crimen cognitionem vtriusque indicat: & differen-  
tia haec non est in eorum essentia, sed in mutatione  
temporum. Solo enim tempore nouum à veteri dis-  
stat. ceterū temporis differentia nullā dominij neq;  
mutationem affert neq; diminutionem: id quod &  
Christus indicauit dicens: Propterea dico vobis:  
omnis scriba eruditus in regno celorum similis est  
homini patri familiās, q̄ depromit de thesauro suo  
noua & vetera. Vides diuersas quidem possessio-  
nes, idem verò dominium. Quemadmodum igitur  
ille potest depromere noua & vetera, cum sit vñus  
& idem paterfamilias: ita hic quoq; nihil vetat eius  
CC dem

dem esse dei tum nouum tum Vetus testamentum. hoc ipsum euim maximē indicat eius diuitias & abundatiā, quod nō solum noua possideat, verum etiam in veteribus abundatiā præ se ferat. Itaq; differunt tantum inter se testamenta, at non pugnant, neq; sunt contraria. Vetus enim ex novo sit Vetus. Hoc autem nō pugnat, neq; contrarietatis, sed differentiæ tantummodo. Ego autē addo, quod etiamsi contrariae essent leges veteris legibus noui, asseuerarem ne sic quidem alium deum fuisse superinducendum. Si enim eodem tempore, eisdem hominibus, in eisdem rebus versantibus, eadem munia obeuntibus, contrarias leges statuissent, rationem fortassis aliquam habere potulisset commentum ipsorum. Quod si aliis illæ, aliis hæscriptæ sunt, alio tempore illis, alio his, aliter se habentibus illis hominibus, aliter his, quid necesse est propter legum differentiam duos contrarios legislatores inducere? Evidem nullam necessitatē video, ipsi proferant, si habent quod dicant: sed nihil habere posseunt. Namq; & medicus sapientiæ multa facit, sed non contraria ratione, immo eadem & conueniente. Sæpe enim vrit & non vrit, secat & nō fecerunt vnum & idem corpus: nunc amara, nunc dulcia pharmaca ad bibendum offert: & facit quidem contraria, sed ratione simili atq; eadem. Vnum enim sūnem spectat, nimurum regi sanitatem. Aut non igitur absurdum est, medicum quidem non inculpare, quod multa contraria faciat circa ynius corporis naturam, Deum autem criminari quod diuerso tempore, diuersis hominibus, diuersa mandata dederit. Demonstratum est igitur quod non erat inculpans, etiamsi leges inter se fuissent contrariae. Ut autem sciamus non esse cocontrarias, sed diuersas tantum, age ipsas leges in medium producamus. Audiuitis inquit, quod dictum sit antiquis, Non occides. Hæc lex est Vetus, videamus nunc nouam. Ego autem dico vobis, quicunque irascitur fratri suo temere obnoxius est gehennæ incendio. Hæc sine obsecro contraria mandata. Et quis hoc diceret mortali

lum, modo rationis composit. Si enim priore ventante occidere, posterior iuberet, sortasse aliquis in his verbis antinomiam esse diceret: Nunc cum illa iubente non occidere, hæc iubet ne irasci quidem, augetur prius mandatum, non adfertur contrarium. Illa enim fructum malitiae resecat, videlicet cædem. Hæc vero etiam radicem ipsam euellit, nimurum iracundiam. Illa riuum tollit vitii, Hæc fontem ipsum exsiccat. Fons enim & radix cædis est furor & iracundia. Illa lex naturam nostram posteriori paratiō rem reddidit: Hæc superueniens quod reliquum erat suppleuit. Quænam hæc est contrarietas, dum una finem malorum, altera verò etiam principium extirpar? Illa manum puram facit à sanguine, Hæc mente etiam seruat à mala cogitatione. Hæc autem concinnentium sunt legum, non pugnantium sicut veritatis inimici adstruere conantur, non animaduertentes quanta hinc segnicitate ac negligentia nascatur occasio his qui noui testamenti deum substinent: quæ quidem blasphemia in caput illorum verrat, qui nobis hac de re verba faciendi necessitatem imponunt, importune se nostris negotiis ingentes. Quæ autem dico, sic vobis clariora faciam. Lactis alimento adsimilis est veteris Testamenti educatio, solido verò cibo noui Testimenti philosophia. At nemo ante lactis alimoniam solidum cibum adhibet: quod quidem noui testamenti Deus fecit, si non idem est quietiam Vetus prodidit. Prisus enim quam lacte nutritur, hoc est legis disciplina, ad solidum nos cibum adduxit. Non huius autem solum, sed maioris etiam criminis cum reum faciunt, quandoquidem post quinques mille annos, aut plures, prouidentiam nostri genitoris suscepit. Si enim non idem erat qui per prophetas & patriarchas & iustos homines res nostras dispensabat, sed alter quispam ab hoc alias, sero admodum & tarde videbitur nostri prouidentiam aggressus, quasi per anteactorum poenitentiam ad se reuersus: quod quidem tantum abest à Deo, vt CC 2 nec

## 404 IN DICTVM APOSTOLI

nec in vnum quemuis ē vulgo hominam cōpetat,  
tanto tempore tam multis perire permisſis, in extre  
mis demum seculis ad paucorum quorundam pro  
uidentiam ac curam accedere. Videsne quantis bla  
phemias deum faciant obnoxium iſti, qui alium no  
ui testamenti legumlatorem dicunt, alium veteris  
quæ sane omnes euaneſcunt, si vnum vtriusq[ue] testa  
menti aſſentiamur esse deum. Sic enim apparebit q[uod]  
ordine & bona ratione res noſtras dispenſet, tunc  
quidem per legem, nunc autem per gratiam: & non  
recens neq[ue] nuper, sed iam inde ab initio & a prima  
vlg[ue] die noſtra omnia gubernet. Quo autem magis  
eorum ora obſtruamus, age iam teſtimonia rū pro  
phetarum, rūm apofolorum adducamus, clamant  
um quod vnuſ eſt vtriusque teſtimoniī legislator.  
Procedat igitur Hieremias ille in vtero ſanctificatuſ,  
& prober hoc maniſte, vnuſ eſt eundemq[ue] de  
um tuuſ noui teſtimoniī, tum veteris. Quid igitur  
iſ dicit, ex perſona legislatoriſ clamans? Teſtabor  
vobis teſtimoniū nouuſ, nō ſicut teſtimoniū quod  
teſtatus ſum parbiſbus veſtriſ. Itaq[ue] qui nouum teſta  
mentum dedit, idem eſt deus qui olim vetuſ etiā ibi  
lud dederat. Hic ſane Pauli quoq[ue] Samotracēſis leſt  
toribus ora ſunt occuſa, qui negant ante ſecula huius  
ſe vniigenitum dei. Si enim ante Marī partū, & an  
te quam in carne ſe videndum præberet, non era,  
quomodo legem ferebat cum non eſſet? Quonodo  
autem dicebat: Teſtabor vobis teſtimoniū nouuſ,  
nō ſicut teſtimoniū quod teſtatus ſum parbiſbus veſtriſ; quomodo enim teſtimoniū dabat parbiſbus  
eorum cum nondum eſſet? vt illi quidem affirmaſſe.  
Sed contra Iudeos quidem, eodeinq[ue] morbo labo  
rantes Paulianos, idoneum eſt quod opponacur pro  
phetæ huius teſtimoniū. Ut autem etiam Mani  
chiorum ora cohibeamus, ex nouo teſtimoniū ad  
ducamus teſtimoniū, quandoquidem veruſ naſ  
li pendunt: imo vero etiam nouum, cuiuſ quāmuſ bi  
nō rem habere videri velint, nō minorē tamē hinc  
illi alteri iniuriā infeſerū. vno quidē modo quod  
dum

## HABEN. AVTEM EVNDEM SPI. 405

dum illam conuellunt, huius quoque autoritatē la  
befactant. Nō parum enim veritatem eius illustrat  
veteris teſtimoniī prophetarum preconia, quos iſti  
auerſando non intelligunt non minore apostolos q[uod]  
prophetas contumelias afficeret: vnam inquam, nō  
uo teſtimoniō iniuriā faciunt iſtam. Alio vero mo  
do iterum, quod bonā ex eo partē reſecant, attameſſ  
tanta eſt eorum quæ in illo continenter viſ, vt vel  
ex iſpſis reliquiſ facile maleſiciū iſtorum deprehē  
datur. Reſecta enim membra clamant, & pristinum  
cum ſuis membris coiſenſum indeſinenter requi  
runt. Quonodo igitur demonstrabimus veteris &  
nouii teſtimoniī vnuſ eſt legislator. Ex iſpſis apo  
ſtolicis verbis, quæ in ſuis codicib[us] reliqua eſte  
voluerunt: que tamē ſi prima fronte videantur ve  
tus illud accusare, nō mediocriter tamē id commē  
dant, & diuinis oraculis cœlitus prodiſum eſt indi  
cant. Et hoc ſancti ſpiritus sapientia factū eſt, vt ac  
cuſatores legis allecti prima facie verborum, impru  
dentes & inuiti adſcriptam eius defenſionē recepe  
rint: quam ſi velleſt ad verum excutere, haberet fer  
monem quem ſequerentur: quod ſi in incredulitate  
permanerent, nullā ſibi in posterum veniā ſpē reli  
quam facerent: vt qui etiā illis quæ aliaſ recipere vi  
deneſt, ſidē in iſporū perniſiē abrogarent. Vbi igit  
nouii teſtimoniū ſuarū acveterū legū eundem auto  
re eſt teſtatur. Et alibi quidem nō vno loco: nos ta  
men data opera eā teſtus partē adducemus, que vel  
in Manichæorū codicib[us] haſtenus maniſt incoſtu  
mis. Quenam hæc? Dicte mihi, inquit, qui ſub leg  
iuitis eſt, legem non auditis? quod Abraham duos  
filios habuit: vnuſ ex ancilla, alterum e libera. Au  
diuerunt heretici vnuſ habuisse ex ancilla, & con  
teſtim accurrerunt. rati enim hiſ verbis legis accu  
ſationem contineri, excerpta e reliquo contextu,  
tanquam pro ſe facientia retinent. Age igitur ex  
hoc ipſo loco oſtendamus eundem eſt legislator.  
Abraham duos filios habuit, vnuſ ex ancilla, alre  
rum ex libera. hæc autem ſunt, inquit, per allegoriā  
CC; dicta,

dicta. Quid est per allegoriam dicta? Figuræ eorum quæ sub gratia gererentur erant quæcumq; sub lege fiebant. Sicut enim illuc ducunt mulieres, ita hic duo testamenta. Primum in hoc apparet cognatio noui cum veteri, quod illa horum figuræ erant. Figura enim veritati non contraria est, sed cognata. Quod si veteris illius deus noui huius deo cōtrarius esset, haudquaquam per illas mulieres noui præcellerentur præfiguraret. Quod si ille præfigurauit, par erat Paulum non abuti hac figura. Sin autem dicant, quod ad Iudaicam infirmitatem se demittēt hoc faciebat, oportebat eum etiam Græcis prædicantem figuræ Græcorum adducere, & rerū apud Græcos gestarū historias commemorare. Sed hoc nusquam fecit, & meritō. Illa enim nihil cum veritate cōmune habebant, hæc autem dei leges erant, & oracula. Quapropter magna cognatio veteribus illis cū novo testamento intercedit. Primum igitur argumentum hoc est, vetus testamentum modis omnibus cum novo consonare. Secundum autem illo non minus, ex ipsa historia. Quemadmodum enim tunc duæ mulieres erant vniuersi viri; ita nunc duo testamenta, vniuersi legislatoris. Si enim alius esset noui, alius veteris, superiucaneum erat hanc historiā adducere. Neque enim alium habebat Sara, alium Agar, sed utraque vnu & eundem. Itaque dicendo, hæc enim sunt duo testamenta, nihil aliud dicit q; quod eundem habeat legislatorem, sicut ille vnum virum Abraham. Sed altera quidem erat serua, altera vero libera. Quid tum? haec tenus enim quærebarūt, an vnu virtus sit legislator. Recipiant igitur prius hoc, ac tum deum ad illud alterum eis respondebimus. Si enim eos hoc ut admittant, ac nobis assentiant, coegeris, vnuversum illorū dogma corruet. Comperio enim etiam veteris testamenti eundem legislatorem esse, sicut revera est, finem habebit omnis illorum ac nostra controuersia. Attamen ne vel hinc turbem, aduentarius diligenter hæc verba, non enim dicit, vna quidē serua, vna vero libera sed, vna quidē in seruans.

Seruitutem gignens, nec statim serua est, quæ in servitutem gignit: & hoc ipsum ad seruitutem natum esse, non parentis est crimen, sed parvulorum qui naescuntur. quoniam enim sua malitia seipso libertate priuauerunt, & à iure ingenuitatis exciderunt, non secus quam malæ frugi principia tractauit eos Deus, us, terrore cōtinuo poenitēt ac minis castigās. quin & hodie multi patres liberos suos non vt filios, sed vt seruos, metu coercent; quæ culpa non parentum est, sed filiorum, qui causa fuerunt parentibus vt serualem in modum ab eis educarentur. Eundem ad modum etiā Deus eius temporis populum terroribus ac minis eruditus. nō aliter quam nullius fuisse seruum, nec tamen hæc Dei culpa fuit, aut legis, sed Iudeorū respuentium frenum, & durioribus luctu opus habentium. Siquidem in ipso veteri testamento multos reperire licet, qui non ad eandem sunt tractati disciplinā, vt Abel, Noe, Abraham, Isaac Jacob, Joseph, Moses, Elias, Eliseus, & omnes qui noui testamento instituta sunt temulati. Non enim terrore ac poenitē, nec minis ac mulctis, sed amore dei & seruenti erga illum affectione tales sunt rediti quales fuerunt. noui enim opus habebant mandatis, neque prescriptis & legibus, vt virtutē sectantur ac virtutia fugerent: sed vt ingenui & liberali ingenio filii, agnoscentes suā conditionem, absque metu vilo aut castigatione in virtutis castra se conseruerunt, reliquum verò vulgus Iudeorum quoniā ad malitiam defecerant, legis freno necessario coercendi fuerunt. Ideoq; posteaquam vitulum finierunt, & sculptile adorauerunt, tum demum audierunt, Dominus tuus Dominus vnu est. Posteaquam cædes patrauerūt & vxores proximi stupeauerunt, tunc audierunt, Non occides, non committes adulterium: & simili modo reliqua omnia. Itaq; nō est vituperiū legis quod punit & mulctat, & sicut nequam seruos emendat ac castigat, sed præconium insigne, nec vulgaris laus, quod eos qui ad extremam malitiam prolapsi fuerant, potuit

austeritate sua liberare à viciis, mollireq; & obles  
quætes facere, ac venturæ gratiæ præparare, atq; ad  
nouam hanc modeste ac moderate viuendi rationem  
ceu viam quandam sternere. Idem enim spiritus tuum  
in veteri testamento tum in novo dispensabat omni-  
nia, licet diuerso modo. Hoc est cur Paulus dicit: Ha-  
bentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum  
est, Credidi propter quod locutus sum. Nec solun-  
propter hoc dixit eundem spiritum, sed & ob alia  
non leuiorem causam: quam volebam quidem  
nunc afferre, sed veritus ne pluribus grauati tam  
dictorum obliuiscamini, in aliam diem vobis cum  
sermonem seruabo: interim hortatus ut praesentem  
totum in memoriam recondatis, atq; diligenter rela-  
neatis, vtq; virtutes Christiauas cum dogmatum  
puritate coniungatis, vt sic fiat integer homo dei,  
ad omne opus bonum præparatus: quandoquidem  
nihil nobis profuerit recte sentire, si vita interim fu-  
erit malis moribus viciata: quemadmodum contra  
nihil prodest vita incorrupta nisi accedat fidei quo-  
que sinceritas. Ut igitur integrum utilitatem conse-  
quamur, utrinque nobis prouideamus, fructus etiā  
generosos proferentes, & cum primis eleemosynis  
de qua etiam nuper ad vos verba feci, magua cum  
largitate atq; alacritate illā exercētes. Qui enim pa-  
ce seminat, ait scriptura, parce & metet: & qui seminat  
cum benedictione, cum benedictione & metet.  
Quid est cum benedictione? cum magna largitate.  
Hic quidem in rebus secularibus tam melius quam  
sementis e Grundem est seminum. nam qui triticum  
hordeum spargit, aut aliiquid simile, meis tempore  
re id ipsum genus est messurus. at in eleemosyna  
non idem visu venit: sed spargis argentum, & collis-  
gis fiduciam erga deum: das pecuniā, & accipis re-  
missionem peccatorum: præbes panem ac vestem,  
& pro his regnum celorum tibi paratur, horaq; ille  
la infinita, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit,  
nec in cor hominis ascenderunt: & quod est omnia  
bonorum summa, similis efficeris deo, quatenus id  
honorat.

homini est possibile. Nam cum de eleemosyna & be-  
nignitate disseruisset Christus, subiuxxit: ut efficia-  
mini similes patri vestro cœlesti, quia solem suum  
oriri iuber super malos ac bonos, & pluit super ius-  
tos ac iniustos. Tu non potes oriri iubere solem,  
neq; imbras immittere, neq; beneficis esse in orbem  
terrarium tam longe lateq; patentem. Vtene facultas  
tibus tuis ad beneficentiam, & factus es similis ei qui  
solem suum oriri iuber, in quantum hominem Deo  
similem fieri licet. Animaduertite diligenter quæ di-  
co: super malos ac bonos, inquit. Ergo tu quoq; quo-  
ties eleemosynam facis, ne vitā examines, neq; mo-  
rum rationem reposcas. Eleemosyna enim, hoc est  
miseratio ideo dicitur, vt etiam indignis præbeas  
mus qui enim miseratur, nō recte viuentem sed pec-  
cantem miseratur, nam qui recte viuit laude est dig-  
nus & corona, qui vero peccat, venia & misericors  
dia quapropter hac quoq; parte deum imitabitur,  
si etiam malis benignitatem nostram non subduca-  
mus Considera enim quam multi orbem terrarū ha-  
bitent blasphemii, scelerati, præstigiatores, omnib.  
vitiis referti, arramen hos quoq; per singulos dies  
enutrit Deus, docens nos ut vniuersos homines be-  
neficentia complectamur. Nos vero omnia contrario  
modo facimus. non solum enim malos & improbos  
homines auersamur, verum etiam cū fanus quispiā  
nos accedit, aut propter bonitatem, aut propter libe-  
tatem, forte etiam propter pigritiam, vt & hoc ad-  
dam, in paupertate viuens, probra, contumelias, &  
innumerā in eum faculati dicteria, vacuis ipsum ma-  
nibus remitterimus. Hoccine iussus es ó homo, obiur-  
uare paupertatem eorum iussit Deus, non rationem  
reponscere ac conuiciari. Sed vis illius mores corrige,  
& hominem inertem a segnicie sua revocatum  
ad opus aliquod applicare. Da prius, ac tu demum  
increpa, vt non crudelitatis suspectus fias, sed benig-  
nitatis laudem reportes. Eum enim qui nihil dans  
tantum approbat, auersatur pauper, & inique ferr,  
CC 3 ac ne

## 410 IN DICTVM APOSTOLI

ac ne aspicere quidē sustinet. & merito. Putat enim non quod bene sibi velit, sed quod dare nolit, obstrugatorem eum esse: ita ut reuera est, qui verò postea dedit obiurgat, facit ut libenti animo obiurgatio sua recipiatur: eo quod nō propter inhumanitatē, sed propter benevolentiam increpationem adhibet videatur. Sic etiam Paulus fecit. Cum enim dixisset Qui non vult operari, ne edat: adiungit exhortationem dicens: Vos autem bonum facientes ne deficiatis. Atqui hæc præcepta contraria esse videntur. Si enim otiosos non oportet cibum capere, quomodo subes bene talibus facere. Sed nō sunt contraria: ab illis. Ideo enim hoc dixi, inquit: Qui non vult operari, ne edat, nō vt eos qui alioqui largituti erāt, auerterem a danda eleemosyna, sed vt in otio viuentes à segnitate sua reuocarem. Itaq; cum dicit, ne edat, illos eximulat ad laborem, coniunctione hac territos. cum verò dicit, bonum facientes ne deficiatis, hos excitat ad beneficentiam, vtili exhortatione impulsos, ne enim retraherent manus auditio qua illi cōminatores seriantur, ad beneficentiam his verbis illos provocat: Bonum faciendo ne deficiatis. Itaq; etiam si otioso des, bonum fecisti. Idem agit & in sequenti contextu. Cum enim dixisset: Si quis non audiret sermones nostros, hunc per epistolam indicate, & ne cōmisceamini illi: atq; hoc modo hominem recesserit ex ecclesia, rursum alio modo eum reconciliat, iudicantis in gratiā cum eis a quibus electus fuerat, quia propter hæc verba subdit, non vt inimicum existimat, sed vt fratrem. Quemadmodum igitur cū dixisset, si quis non vult laborare ne edat, illos certe qui possunt, curā eorum habere iussit: ita etiā hic postea dixit, ne cōmisceamini illi, non alienavit ab eius cura auditores, sed iubet vt diligenter eum suscipiant, dicens: non vt inimicū existimate, sed vt fratrem, reliquisti eius consuetudinem, sed ne relinques de eo sollicitudinem, exclusisti eum a cōuentu, ne excludas à charitate. etenim hoc ipsum affectum est, tu charitatis mandaui, vt hac separatione factus meus malu-

## HABEN. AVTEM EVNDEM SPI. 411

mature ad reliquum corpus reueteretur. quādoquis dem etiam patres domo sua filios expellunt, non vt perpetuo foris maneat, sed vt hac castigatione modestiores facti, domum postliminio reuertantur. atque hæc sufficiant ad illos qui pigritiam aliis obiisse soleant. Verum quoniam multi alia habent verba quibus se excusent, plena crudelitatis ac inhumanitatis, necesse est vt illa quoque redargam, nō vt excusationem eis adimam, sed vt persuadeam omis- sa vanā & inutili, ad veram & apud Christi tribunal profuturam defensionem operibus ipsis exerceri. Quæ est igitur illa vulgarium hominum frigida ac inutilis defensio. Alendi sunt, inquit, liberi, ei familiari gerenda est cura. Vxorem alo, necessarios sumptus multos sustineo. quamobrem nō suppetit unde obvios subleuare possum. Quid aīs filios alii, & ideo non est unde venientes ad te subleues? Imo propter hoc ipsum subleuandi sunt egeni, vt ex sua pecunia dominum qui eos tibi dedit proprie- ties, vt etiam post mortem tuam patronum illis res linquas, vt eis magnum fauorem cœlitus concilias, & ex illa pecunia sumptus Deo gratos faciens. An non vides quod multi homines præpotentes ac opulentos, nihil alioqui ad suum genus attinentes, testamento sape inferuerunt, & liberis suis coheredes fecerunt: nihil ob aliud quam vt securitatem filii modica pecunia pararent: idque cum inscertum esset, quoniam affectu filios illos cohæredes esse nec prosecuturi. Tu verò cum scias humanitatem, bonitatem, & æquitatem tui domini, exceptem eum tui testamenti facies? non facies eum cohæredem? liberorum tuorum? Hoccine est amanissimi patris officium? Nam si prolis tuae curam geris, relinque illis chartulam scriptam, in qua Deum debitorem habes. hæc maxima hæreditas, hoc decus est, hæc securitas. Induc eum in terrenam hæreditatem, vt te vñā cum tuis liberis in cœlestem hæreditatem inducat. hic hæres nobilis est, humanus, bonus, potens, diuus, quare nihil est cuius

## 412 IN DICTVM APOSTOLI

eius societatem suspectā habeas. Ideo etiam semina  
tis vocatur eleemosyna, quia res hæc non tam sum  
ptus est quam reditus. Tu autem quando seminar  
dum est nō magni facis quod euacuas fructuum ve  
terum promptuaria, sed ad messis futuræ fructū spe  
ctas, idq; cum euentum nescias. nam et rubigo, &  
lamitas, & locusta, & aëris intemperies, quandoque  
spes nostras frustratur. cum verò in cælum est semen  
iacendum, vbi nullæ sunt tempestates, nullæ infi  
die, nulla lœsio, tergiuersaris ac procrastinas. Et quā  
speras veniam, qui in terram seminarō confidenter  
& alacriter id facis: cum verò in manum dei semi  
nandum est, cessas & negligis? Nam si terra reddit  
quod sibi est creditū, multo magis dei manus, qua  
cunque acceperit, magno cum scenore est redditura.  
Hæc igitur scientes non respiciamus sumptū quan  
do eleemosynam facimus, sed eum qui inde sperat  
tur prouentum: imo etiam præsens lucrum. non so  
lum enim in regno celorum hospitium præparat,  
sed in præsenti etiā vita securitatem adfert & abun  
dantiam. Quis hæc pollicetur? Ipse qui præstare pos  
test dominus. Dicit enim: qui sua pauperibus largi  
tur, centuplum accipiet in hoc seculo, & vita æter  
nae hæreditatem habebit. Vides retributionem in  
vtraq; vita cum magno scenore recipiendam? Ne  
igitur cessemus, neque procrastinemus, sed perfin  
gulos dies eleemosyna fructum percipiamus, vt &  
in præsenti seculo rebus secundis fruamur, & fu  
ram vitam consequamur: quæ nobis omnibus con  
tingat gratia & benignitate, &c.

EIVS DEM DE EISDEM VERBIS, ET QVA  
de causaribus bonis omnes ex aequo fruantur,

& de eleemosyna.

**C**um priore conuentu, & qui illum prece  
serat, vnum Apostoli dictum suscepimus  
exponendum, in eius enarratione totum ser  
monem consumpsimus, & hodie quoq; in  
codem versari proposuimus. hoc autem data oper  
a facimus, ad vestram utilitatem, non ad nostram  
oficiale

## HABEN. AVTEM EVN. SPIRIT. 43

ostentationem non enim ut fœcundum me & mul  
tiscium ostendam, sed ut Pauli sapientiam vobis  
aperiam, tum vestram alacritatem excitem, ad hunc  
modum eundem verso sermonem. nam & illius in  
telligentiae profunditas magis elucebit, si ex uno di  
eo tata nobis sententiarum fluenta proferat: & vos  
cognito quod ex uno Apostoli verbo ineffabiles  
sapientiae diuitias depromere liceat, non oscitante  
percurritis eius epistolæ, sed hac spe inducti singu  
las earum sententias exquisita cura ac diligètia per  
scrutabimini. Si enim vnum dictum triduo nobis  
differendi materiam præbuit, quantum putatis the  
saurum nobis profunderet vna quæpiam pars dili  
genter tractata ac considerata ne igitur delassemur,  
prius quam totum quod superest decerpserimus. Si  
enim metallorum auræ fossores, licet quantumuis di  
uitiarum inde exhauserint, nō prius tamen inde ab  
sistunt quam totum aurum auferat, multo maiorem  
nos alacritatem ac diligentiam in perscrutandis di  
uinis eloquii adhibere conuenit. Nam & nos au  
rum effodimus, nō sensibile, sed spirituale. nō enim  
in metallis terra, sed in spiritus metallis operamur.  
Pauline enim epistolæ metalla sunt spiritus & fon  
tes: metalla quidem quia quo quis auro preciosiores  
nobis prebenti diuitias: fontes verò quia nunquam  
deficiunt, sed quantumlibet exhausris, tantundem ac  
multo amplius rursum affluit. & hoc euidenter de  
clarare potest totum tempus quod præterit. si quin  
dam ex quo Paulus vixit quingenti iam elapsi sunt  
anni, totoq; hoc tempore multi tum commettatores,  
tum doctores ac interpres, multa saepe inde exha  
serunt, nec tamen repositas inibi diuitias exinanire  
valuerunt. non est enim sensibilis hic thesaurus, &  
idcirco non consumitur à multis effodientium ma  
nibus, sed augetus & multiplicatur. Et quid dico de  
illis qui ante nos fuerunt? quām multi post nos di  
cuntur sunt, ac rursus post illos alii, nec tamen deficiet  
fontis in modū scatentes diuitiae, neq; metallorum  
hoc genus exhaurietur. Spirituale enim est, & suap  
te mā

te natura nunquam omnino absumi potest. Quod est igitur illud dictum apostolicum? Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Crescidi, quapropter locutus sum. Nuper igitur quæsumus qua nam de causa dixerit, eundem spiritum fidei, & unā hactenus causam attrulimus. erat autem haec: ut ostenderet consonantiam veteris ac noui testamenti. Cum enīm intueretur idem fidei spiritus & Davidis lingua mouisse, dicentem: Credidi propter quod locutus sum, & in Pauli anima operatus esse, satis appareret magnam esse prophetarum cum apostolis cognitionem, atq; ita necessario sequitur magnam esse veteris & noui testamenti consonantiam. Sed ne iterum eadem repentes molesti vobis simus, age & alteram causam proferamus, ob quam dixit Eundem. iam tum enim alteram huius dicti causam promiseramus. Sed opus est ut excites mini: profundus enim est sensus quem charitati vestrae sum dicturus, & perspicaci anima opus habet, ingenioq; peracuto. quapropter obtestor ut summa attentione quæ dicta sunt auscultetis. vestrum est lucrum, noster vero labor, sed gratuitum spiritus sancti donum, quo reuelate secreta neque qui dicit, neque qui audit defatigatur. reuelationem enim magna facilitas sequitur. Attendamus igitur cum diligentia: licet enim maiorem partem auribus prosequamini, si vel minimū dormitaueritis, interrupit semel contextu totum ignorabitis. Et quemadmodum his qui viam ignorant, & ductore opus habent, diu licet illum lecuti, si per negligentiam vel paululum ex oculis eum amittant, nihil prodest haec tenuis secutos esse, sed consistunt ignari quanam sit progrediendum: ita etiam qui dicentem prosequuntur animo, etiam si attete doctrinam eius haufierint si paulisper tantū olcitanter audiant, coto intellectu amissio nō possunt amplius ad intellectus finem pervenire. ne igitur idem vobis accidat, omnibus quae dicturi sumus pari tenore intendite, donec ad finem perueniamus. Dicturi igitur qua de causa dicat, Habetes

HABEN. AVTEM EVN. SPIRIT. 415  
 bentes autem eundem spiritum fidei, volens ostendere eandē esse vtriusq; testamenti fidem omniū bonorum matrem, paulo altius sermonem repetamus. Sic enim nobis causa euidentius apparebit. Quæna igitur est haec causa? Magnū bellum circumstiterat fideles dum haec dicebantur, bellum inquā graue & absq; vllis induciis. nam & ciuitates integræ & populi vndiq; in eos insurrexerāt, & tyrāni oēs insidia bantur, & reges cōtra eos armabātur, et arma mouebantur, & gladii acuebantur, & exercitus adorna bantur, et omnia genera pecnarum ac suppliciorum excogitabātur. inde facultatum rapinę & cōfiscationes, & carceres ac mortes quotidiane, tornēta, vincula, ignis, ferrum, bestie, patibula, rota, barathra p̄cipitia, & quicquid in perniciem fidelium excogitari poterat. ac ne intra hos quidem fines bellū se continuit. nō solū enim ab inimicis excitabatur, sed ipsa etiam natura cōtra seipsum iritabatur. etenim liberis insidiabantur patres, & filiae parentes exosas habebāt, & amici amicos auersabantur, et in cognationes ac familias bellum hoc latenter fese insinuabat: magnusq; tumultus erat per vniuersum orbem habitabilem. Et sicut nauis vndis insurgentibus, nibus concurrentibus, elisis tonitribus, caligine vndeq; nautas cingente, mari surente, beluis sauentibus, piratis oppugnatibus, ipsis vectoribus inter se dissidentibus, haudquaq; evadere potest, nisi coelestis dextera magna illa ac potens discusso periculo & sedata tempestate in tranquillitatē reducat nauigantes: ita etiam tunc inter initia p̄dicationis accidit. nō solū enim externa tempestate pulsabatur, sed intus etiam plerūq; seditione laborabat. Quis hoc dicit? Paulus ipse sic scribens: Fortis pugnæ, intus tū mores. Et quod hoc verum sit, quodq; doctores patiter ac discipuli innumeris septi fuerint malis, & per oēs ex equo bellum hoc fuerit graffatū, eundem paulū iterū testem adduco. Vestre autē partes sunt meminisse omniū horum quæ dico, ut cognitis perticulis ac tentationibus omnibusq; aduersitatibus quas

quas eius temporis fideles perferebant, tanto maiores gratias agatis deo, qui omnibus illis calamitatibus finem imposuit, & aberruncato bello, tranquillissimam pacem nobis confecit: vi nemo vel socordiax peccatum effugiat, vel ob vitam recte actam extollatur. Neque enim perinde est si vindicaque impugnatus & innumeris aduersitatibus obrutus genere sublitas, ac si in portu nunc sedes, & in summa securitate eundem animū præ te feras. Illorum enim conditio nihilo melior erat quam eorum qui turbato mari iactantur: nos vero securius agimus qui in portum deuecti incolumes iam per oculum reficiunt. quapropter neque propter bonam viuendi rationem extollamus, neq; temptationibus cedamus, neq; securitate ecclesiæ nostram ad segnicem abutamur, quin potius sobrium simus ac vigilemus. Nam nobis quoque est lucta aduersus iniatas concupiscentias, non insurgunt contra nos homines, sed insurgunt carnales voluptates. non impugnant nos reges atque tyranni, sed impugnat ira, vanæ gloriae, cupidio, inuidia, æmulatio, atque id genus alii affectus innumeris. Quando igitur illas tentationes euimus, nec vel ab his vincamus operam demus. Ideo enim vobis in memoriam reuocauit illius temporis calamitates, ut nūc & qui affligitur, idoneam inde consequatur consolationem, & qui in securitate agit, in vicem illarum afflictionum acre contra absurdas cogitationes certamen suscipiat. propter nostrā enim admonitionem & consolationem ac tolerans illa omnia sunt scripta: que quidem necesse habemus nunc apud vos eloqui, & docere quantis aduersitatibus eius temporis fideles obseuerint, non doctores solum, verum etiam discipuli. Audi igitur quid dicat Paulus ad Hebreos scribens. Memores etsote priorum dierum, in quibus illundinati multum certamen afflictionum sustinuitis. Non enim ad breve tempus, sed mox ab ipso exorto prædicationis & doctrine insurrexerunt aduersus eos tentationes, & mox a suscepto baptismo percussi.

riculis erant obnoxii. At quomodo audi. Probris & afflictionibus velut in theatro exposti. Omnes enim despuebant eos, contumeliis afflictiebant, deridebant, Vituperabant, fatuos vocabant ac infensatos, quod deserta patria viuendi formula, noua placita suscepserint. Quæ quidem non parum valent ad commovendam animā, ni fides profundessit radicata. Nihil enim æque animam mordet ac improperium, nihil æque tabefacit mentem ac dictoria & conuicia. nam multi viri per conuicia sunt sepe subuersi. Hæc autem loquor nunc, ut cum fiducia fidem teneamus. Si enim illi totius orbis conuicio non sunt subuersi, multò magis nostra ætate fides magna confidentia tecumenda est, quando totus orbis ad nostras partes defecit. Quod autem illi non intra calumnias tantum & opprobria conuiciaq; rabiem suam continuerint, audi quæ sequuntur. nam & direptionem, inquit, factum vestrum cum gaudio pertulisti. Vides quod & bona eorum confiscabantur olim, & omnibus præda erant exposti qui eos hædere cupiebant. Atq; hæc quidem ad Hebreos scribit. De Thessalonicensibus vero rursum aliud quiddam tale testatur. Vos enim, inquit, imitatores facti estis Domini ac nostri, qui suscepistis sermonem hunc cū afflictione magna. Vide etiā hos affligi, neq; id simpliciter, sed afflictione magna. Vehemens tentatio, continuū periculum, nec minimā quidem respirandi facultatem concedebat eis qui tunc temporis in certainine erat. attamen cum hæc tolerarent, non inique ferebant, neq; animum despondebant, immo gaudebant etiam. Vnde hoc apparet. Ex verbis ipsius Pauli. Dicit enim: In afflictione magna, cum gaudio spiritus sancti, nam tentatio pariebat afflictionem, gaudebant tamen reputantes quare tentarentur. Idonea enim erat consolatio, quod consciū sibi essent propter Christum se hæc pati. Quapropter nō tam demiror quod illo tempore affligebatur, quam quod affligi se propter Christum lætabantur. Hoc enim generosæ ac Deum amantis animæ officium est, nimisrum afficti

## 418 IN DICTVM APOSTOLI

ones & aduersitates ferre. Ceterū generose tolerare tentationem, atq; insuper gratias agere ei qui se temari permittit, id demum summæ fortitudinis merito videri potest, animaq; vigilantis & quæ omnib. humanis affectibus sit superior. Nec hic tantum, sed & alibi docens quanta mala paterentur eius temporis fideles a familiarib. ac propinquis (hoc enim erat grauissimum) in hunc modum loquitur. Vos enim fratres imitatores facti estis ecclesiastici dei quæ sunt in Iudea. Quia int̄e imitatores? quoniam & vos eadem estis perpesti a propriis contribulibus, sicut & illi a Iudeis. Ecce bellum, sed bellū ciuile, quod maiorem facit indignationem. Si enim inimicus expr̄bras mihi tulisse. Tu autem, inquit, vñanimes meus: id quod tum in figura contingebat. Quapropter nō mediocri opus habebant consolacione. Quod quidem Paulus cum videret, eosq; qui ad suam curam pertinebant laborare ac sudare animaduertebat quod cōtinuis calamitatibus degrauarentur, et alias super alias plagas ægrē sustinerent, vide quām varijs modis animos eorum excitet, nunc quidē his verbis. Siquidem iustum est apud Deum, afflagentibus vos reponi afflictionem: nunc verò his: Dominus non longe abest, ne sitis solliciti. Ac rursum: Cauete obiciatis fiduciam vestram: nam patientia opus habetis, ut facietes dei voluntatem, promissa bona reportetis. Deinde ad patientiam eos confirmans subiungit: Adhuc enim minimi quiddam superest dum veniat qui venturus est, & non diu moratur. Quem admodum puerulum plorantem, moleste ferente matremq; suam requirentem, assidens aliquis sic consolatur: paulisper adhuc expecta, & omnino tua mater aderit: ita etiam Paulus, videns ægrē ferentes, cōquerentes, aduentum Christi requirentes eius temporis fideles propter intolerabilem malorum vim, consolaturus illos dicit: Adhuc minimum quiddam superest dum veniat qui venturus est & nō diu moratur. Itaq; quod discipuli affligebantur, & plurimi in mala patiebantur, nec aliter quam agni destituti in gaudio

## HABEN. AVTEM EVN. SPIRIT. 419

medio lupiterum vndiq; perfectionem sustinebant, per hæc satis apparet. Ut autem sciat qd etiam doctores non minora, imo vero multo grauiora sustinebant (nam quo magis inimicos veritatis contristabant, hoc plures eos infestabant) hoc quoq; ab eodem qui superiora nos docuit audiemus. Corinthiis enim scribens sic loquitur: Nemini vllam impingendi occasione dantes, ne reprehēdatur ministerium nostrum: in tolerātia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagiis, in carceribus, in vagationibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis. Vidisti quantum certaminum enumerauit, quām crebras tentationes? Rursum eisdem scribens, Ministri Christi sunt, inquit, vt insipiens loquor, excellentius ego. Deinde voleus nobis persuadere, quod multo prestantius sit propter Christum affligi quām prodigia facere, & probationem adferens quod germanus sit apostolus, & preferendus aliis non apostolis sed pseudoapostolis, non à miraculis per se æditis argumentatur, sed à continuis periculis in quibus verabatur, in hunc modum scribens: in laboribus copiosius, in verberibus supra modum, in carceribus abundantius, in mortibus frequenter. A Iudeis quinques quadragenas plagas vna minus accepi, ter Virginis cæsus fui, semel fui lapidatus, ter naufragium feci: noctem ac dieg in profundo egī: in itinribus s̄pē, in periculis fluminum, periculis latronū, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis inter falsos fratres, in labore & molestia, in vigiliis s̄pē, in fame & siti, in ieiuniis s̄pē, in frigore & nuditate, præter ea quæ extinsecus accidunt. Hi sunt veri apostolatus charæcteres. Prodigia siquidem & alii s̄pē fecerunt, nec eis fecisse profuit, sed post omnia illa audierunt, Abite, non noui vos, nemo verò eorum, qui eadem quæ Paulus cōmemorare possunt, voce illam vñquam est auditurus: verū cum magna fiducia cœlum cōcident, bonisq; cœlestibus perfructetur vñuersis.

## 420 IN DICTVM APOSTOLI

Fortasse prolixior visus est vobis sermo noster. Sed ne sitis solliciti, non sum oblitus promissionis, & statim ad illam reuertar. Hæc autem non temere longiore oratione prosecuti sumus, sed ut prolixiori verborum apparatu certius ac clarius doctrinam nostram approbaremus simulq; afflictionis animas consolaremur: ut quotquot in periculis versantur & tentationibus, idoneam nocti consolationem discendant, scientes quod socii Pauli per has afflictiones efficiantur, imo vero ipsius Christi angelorum domini. Qui autem afflictionum eius particeps est in hoc seculo, in illo particeps erit etiam gloria. ait enim: siquidem simul patimur, ut simul glorificemur. ac rursum: si sustinemus, ut simul etiam regnemus. Omnino enim necesse est ut fidelium genus afflictionibus prematur. Omnes enim qui volunt pie in Christo viuere, persecutionem patientur. ac rursum: Fili, dum accedis ad seruendum domino, prepara anima tuam ad temptationem. Recte fac, & per dura. Bella vero promissio, statim ab exordio in temptationes incidere. egregia vero exhortatio & consolatio, eius servitutis pericula confessum degustare. Plane egregia simul & admiranda, & maximum lucrum adferens. Quodnam illud? Audi quæ sequuntur. Sicut enim in igne probatur aurum, sic homines accepti in fornace temptationis. Quod autem dicit sic accipe. Sicut aurum igne examinatum purius redditur, pari modo etia anima, quæ inter afflictiones versatur ac pericula, hilarior ac splendidior per illa euadit; omnemq; peccatorum maculam abluit. Hinc est quod ad diuitem illum dicebat Abrahæ: Lazarus recepit mala sua: hic autem consolationem recipit ac rursum Corinthiis scribens dicit: Propter hoc inter vos multi imbecilles & invalidi, & dormiunt multi. Etenim si nosipos diuidicassemus, haudquam iudicati fuissemus. At cum <sup>du</sup> dicamus a domino corripimus, ne cum mundo con deminemur. Quin & fornicatorem illum hac de causa tradidit in interitu carnis, ut spiritus saluus <sup>fuerit</sup> <sub>olente</sub>

## HABEN. SYSTEM EVN. SPIRIT. 421

ostendens quod tentationes & pericula salutem his qui cum gratiarum actione illa preferunt, adferant, purgationemq; animæ minime vulgarem. Itaque quod afflictiones & innumeræ calamitates pertulerint fideles, tam discipuli quam doctores, ac nemini nimum quidem respirauerint, variis omnium gentium bellis undique circundati, satis hic noster sermo declarauit, & plura etiam de hoc è sacris literis studiosi colligere possint. Superest ut hæc ad propositum nostrum adducamus. Quid autem proposueramus dicere? Qua de causa Paulus dixerit, Habentes eundem spiritum fidei. Cur igitur dixit? Turbabant hoc discipulos, quod grauia quidem in re praesenti experiebantur, bona vero spe solum concipiebant, & illa quidem fani aderant, hæc longe distabant: illa iam contingebant, hæc adhuc sperabantur. Et quid mirum si initio prædicationis quibusdam hoc vsu veniebat, quandoquidem & nunc post tantum temporis spatium, post prædicationem toto orbe propagaram, post tot certa propagationum argumenta, idem multis adhuc usus vere solet. Nec hoc solum illos pesterrebat, sed & aliud quiddam, idq; non leue. Quod nam hoc cogitabant apud se, quod in veteri testamento non ad eum modum res hominum dispensabantur, sed virtutis præmia confessum accipiebat quicunque iustum ac temperantem vivendi rationem prætulissent. Non enim post corporum resurrectionem, neque in futura vita, sed hie in praesenti vitæ omnes eis promissiones representabantur. ait enim: Si dilexeris dominum Deum tuum, bene tibi erit, et multiplicabit Dei armenta boum tuorum, & greges pecorum tuorum, non erit apud te infœcundum neq; sterile: non erit apud te languor neque ægri studio, emittet Deus benedictionem in promptuaria cellarum tuarum: aperiet coelum & dabit tibi pluviam matutinam & serotinam, continuabitur area vindemiæ, & vindemiationi, aliaq; multa simili modo eis promisit, & quidem omnia in praesenti vita eis reddidit.

DD; Si quis

## 422 IN DICTVM APOSTOLI

Si quis est acutior iam præuidet solutionem. Quod igitur corporis sanitas, agrorum felicitas, liberos rum bonitas atque copia, senectus non inops, anni partium temperies optima, annona bonitas, imbrum oportunitas, armentorum & gregum abundantia, omnia denique bona illis in hac vita repræsentabantur; nihilq; post hanc viram & in futurum seculum sperandum proponebatur: reputantes hæc fidèles, quod maidibus quidem suis omnia bona præpedibus erant sita, sibi vero in futuram vitam præmia & coronæ reponebantur. & ex fide ipsorum promissiones pendebant: delassabantur ac desistebant, ut quibus vniuersa vita inter tentationes necessariæ esset exigenda. Hæc igitur considerans Paulus, & malorum quæ eis impendebat magnitudinem, & quod his quidem post ex hoc seculo perfectionem laborum mercedem Deus esset pollicitus, patribus autem præsentem retributionem praeditisset: perspiciensq; magnam in illis segnitiem & calibus cogitationibus suboriri, & volens eos excitare ac docere quod patrum quoque temporibus eadem erat rerum dispensatio, multaq; spē mercedem percipiebant non re: propheticum illis dictum in memoriam reuocat dicens: Habentes eundem spiritum fidei sicut scriptum est. Credidi, propter quod locutus sum: tantum nō dicens quod magnus etiam ille David, egregius & admirandus propheta, in fine retributione percepit, nō in exhibitione. alio qui nisi res ita se haberet, non dixisset, Credidi, propter quod locutus sum. Fides enim ad ea quæ sperantur refertur, non ad ea quæ videntur. quæ enim videntur, facile est sperare. Si igitur credidit, illis nimis etiam credidit quæ sperabat. quod si eis quæ sperabat credidit, quæ verò sperantur non videntur, consequitur eum non recepisse ea quæ crediderat. Propterea dicit, habetes eundem spiritum fidei: hoc est, eandem fidem quæ fuit in veteri testamento, etiam nos habemus. Quapropter et alibi de ejus tempora sanctis ad hunc modum loquitur: oberrabat in oul

lis &amp;

## HABEN. AVTEM EVN. SPIRIT. 423

Ils & caprinis pellibus, egentes, afficti, anxietate pressi, quibus dignus non erat mundus. deinde docens quod calamitates quidem pertulerunt, mercedem verò nondum receperunt, subdit verba hæc: In fide mortui sunt omnes hi, nec promissiones receperunt, sed è longe tantum aspectas salutauerunt. Et quomodo viderunt eas quæsto, quæ nondum erant presentes? Fidei nimirum oculis, qui ccelum penetrant, & quæ in eo sunt vniuersa contemplantur. Tu verò considera mihi dei sapientiam, quomodo illis præmia è longinquo ostenderit. quæ ideo suis non statim dedit, quo maior fieret eorum sustinens, & ostendit autem è longinquo ideo, ut hac spē reflecti, ne sensum quidem præsentium laborum percipiant. Sed forsan aliquis ex his qui acrius attendunt, inter se pugnantia nos dicere putabit. Dicer enim: Si neque præcis illis repræsentata sunt bona & præmia, quid ita in longum extèndisti sermonem, enumerando annos per sua tempora temperatos, corporis sanitatem, liberorum bonitatem ac copiam, annona facilitatem, fructuum abundantiam, armamenta, greges, & omnem viuendi felicitatem? Quid igitur ad hoc est respondendum? Quod aliter quidem vulgus & imbecilliorem populum, aliter autem generosos homines, & eam quæ est noui testamenti viuendi rationem iam tum meditantes, tractauit Deus illo tempore. vulgo enim quod nec humo se tollere poterat, nec magnum aliiquid videre, neque spem suam ad futurorum bonorum fruitionem extendere, præsentia bona exhibuit, imbecillitatem animæ eorum consolando, & per hoc ad virtutem exercenda ipsos deducendo, atq; ad rerum honestarū desideriū. Eliam autem & Elizæum & Hieremiam et Elia, et semel vniuersos prophetas, et quotquot ad magnoru& sanctoru& hominu& choru& pertinebat, ad celos vocabat, eaq; bona quæ electis sunt illic preparata. quamobrem etiā Paulus non oës simul enuerauit, sed amictos ouillis ac caprinis pellibus, in fornacem coniectos, vinculis constrictos, flagris

DD 4

caulos.

## 424 IN DICTVM APOSTOLI

casos, saxis lapidatos, fame & inopia laborantes, in solitudinibus, speluncis & cauernis terrae degentes, innumerati mala sustinentes, at tum demum dixit, omnes hos in spe mortuos, nec adhuc promissionem receperisse: subindicans nobis non vulgus, sed homines ad Helice similitudinem accedentes. Quod si quis dicat: hi autem ipsis quamobrem ne nunc quidem debitas sibi coronas percepereunt: causam huius rei discat ab Apostolo. Cum enim dixisset: In fide sunt mortui omnes hi, subiunxit, Deo melius quiddam de nobis prospiciente, ne sine nobis perfectionem accipiant. Communis enim est celebritas haec, inquit, quodquidem major etiam est voluptas, dum omnes eadē opera coronamur. Idem fit & in olympiis certaminibus: luctator, pugil, pancratista, & uersis quidem temporibus certamen subeunt, sed uno temporis momento omnes a precone victores prouinciatur. Idem fit & in cõiuuiis. Quoties enim coniuuarum alii venerunt maturius, alii adhuc cunctantur, coniuctores in honorem absentium iubent, praesentes paulisper manere donec illi quoque veniant. Idem etiam Deus fecit, quoniam enim ex toto orbe diuersis temporibus electos ad commune & spirituale coniuivium iuitauit, iubet eos qui priores iuenerint, ut expectent eos qui posteriores sunt venturi, ut hoc placito omnibus una praesentibus, unus omnibus contingat honor & una voluptas. Cogita enim quanta sit honoris accessio, Paulum & sui temporis homines, Abrahamum item atque eius aetatis viros, ac rursum alios qui tot seculis ante illum certauerunt & vicerunt, sedere nunc expectantes, donec nos quoque approbemur. Quod enim Paulus nondum coronam receptor erit, neque eorum quisquam qui unquam in certamine victores euaserint, immo ne recepturi quidem sunt donec omnes qui coronandi sunt conuenient, audi ipsum Paulum dicentem: Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruavi: reliquum reposita est mihi iustitia corona, quam reddit mihi iustus iudex.

Quia

## HABEN AVTEM EVN. SPIRIT. 425

Quando? In illa die. Non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius. Et rursum alibi indicans quod bona illa vniuersis simul ad frumentum concedentur, ad Thessalonicenses sic scribit. Si quidem iustum est apud Deum ut reddatur affligenibus vos afflictio, vobis autem qui affligimini relaxatio una nobiscum. Ac rursum. Quoniam nos qui vivimus, qui relinquimus usque in aduentu Domini, non praeueniemus eos qui iam obdormierunt: per haec omnia doces quod oportet nos simul omnes & in commune coelestis honoris possessionem ac fructum accipere. Hoc ipsum etiam illis qu: nos praecesserunt magnam adfert voluptatem, quod una cum propriis membris sint ineffabilibus illis bonis perfruuntur. Etenim pater mensam habens splendidam ac opiparam, tum demum maiore cum voluptate ea fruuntur, quando liberi sunt eius voluntatis ac hilaritatis particeps. Ad eundem modum etiam Paulus eiusque similes, ita demum ampliorem sentient animi voluntatem, quando una cum propriis membris illa perfruentur. Neque enim patribus tantus est erga liberos affectus, quantam illi solicitudinem gerunt de eis qui eandem utilitatem sicut ingredi. Vnde igitur etiam nos in eorum qui tunc honorabuntur numero sumus, demus operam ut sanctos illos assequamur. Et quomodo assequi poterimus? Quis nobis viam, qua ad illos ducit, indicabit? Iste sanctorum illorum Dominus, qui non solum quomodo illos assequamur docet, verum etiam quomodo illorum omnium contubernales ac sodales fieri possimus. ait enim: Facite vobis amicos ex iniquo mamona, ut cum defeceritis recipient vos in aeterna sua tabernacula. Responde dixit aeterna. Nam in hoc seculo etiamsi splendida domum habeas, omnino vetustate est peritura immo prius quam illa pereat mors irruens eiiciet te ex magnifico isto domicilio; non raro vero vel ante obitum rebus turbatis calumniatorum impetus ac insidiæ faciunt ut inde eiiciaris. Illuc autem non est quod tale quicquam verearis: non corruptionem, non mortem,

DD 5 tem,

tem, non ruinā, non damnum à calumniatoribus, nō aliud quicquam. Sed immobile et immortale est dominicium. quapropter æternū illud appellauit. Ex iniquo mamona. Vide quanta sit domini benignitas, quāta bonitas ac æquitas. neq; enim temere hoc adiunxit. Sed quoniam pleriq; diuites ex rapinis ac fraude diuitias sibi cōparauerunt. Male, inquit, sicutum, nec oportebat ita pecunias colligere: veruntamen quandoquidem iam collegisti, desiste à rapina & fraude, & vtore pecunia ad ea quibus opus habes. Non iubeo ut sis ex rapto misericors, sed vt à fraude temperans diuitias ad benignitatem & eleemosynam vtaris. Nisi enim à rapina desistas, ne eleemosyna quidem erit: sed etiam si innumeram pecuniam des in manus egenorum, à fraude & rapina interim non abstinens, in homicidū numero à deo computaberis. Quapropter oportet à fraude absistere, ac tum demum in egenos misericordē esse. Magna enim est eleemosynæ vis, de qua etiam in priore conuentu apud nos disseruimus, ac nunc quoque disseremus. Sed ne quis vestrū ita cogitet, hanc admonendi assiduitatem ad auditorum tendere accusationem. Nam & in certaminibus illi potissimum à spectatoribus excitantur, qui ad metam propius aspirant, & certiorem victoriat spem habere videntur. Ergo quia magna alacritate video vos de eleemosyna sermonem excipere, eo magis libet ista exhortationem continuare. Medici animarū nostrarū sunt pauperes, benefactores & protectores. neque enim tantum das, quantū accipis. das pecuniam, & accipis regnum cœlorum. subleuas egestatem, & concilias tibi dominum. Vides imparem esse retributionem? hæc sunt terrena, illa cœlestia: hæc perturba, illa permanētia, hæc corrumpuntur, illa sunt extra corruptionis periculum. Hac de causa maiores nostri pro foribus ecclesiarum pauperes constituerunt, vt vel inhumanissimum & segnissimum quemq; aspectus ipse egenorum ad commiserationem excitet. Vbi enim stat chorus seniculorum curuorum,

curuorum, pannorum, squalidorum, folidatos, rum, baculos tenentium, atque his ægre se sustentantium, nonnunquam oculis orbatorum, totoq; corpore male mulctatorum, quis tam saxeus est, quis tam adamantinus, qui ad eorum grandæuitatem, imbecillitatem, cæcitatem, egestatem, habitus vilitatem, totq; alia ad condolendum mouentia, obdurare se & inflexibilis queat permanere? Hac de causa pro foribus nostris stant, ipso aspectu, magis quam vllis verbis possent, ad beneficentiam prouocantes eos qui intragrediuntur. Quemadmodum enim solenne est vt fontes prasto sint ante oratoria, vt adoraturi deum manus prius lotas inter precandum attollant: ita pauperes fontium vice ante fontes collocarunt maiores nostri: vt non aliter quam manus abluiimus aqua, prius per beneficentiam abstersa anima, tum demum preces nostras offeramus. Non enim tam apta est aqua ad ablueras corporis maculas, quam eleemosyna ad ablendas sordes animæ. Quemadmodum igitur non audes illotis manibus ad precandum intrare, quamuis leuius sit hoc crimen, ita nec absque eleemosyna ad precandum inquam accedas. Atqui non raro etiam cum puras manus habeamus, non tendimus ad deum nisi prius lotas: tantum valet confitudo: quanto magis idem in eleemosyna est faciendum, & licet nullius magni peccati nobis simus consci, tamen eleemosyna data conscientiam nostram abstergere oportet. Multa in foro tibi contraxisti mala. inimicus irritauit, iudex aliquid parum decorum facere compulit, verba sèpe effusisti non bona, ne amicum offenderes peccatum aliquod admisisti, alias non paucas maculas contraxisti, vt solent homines qui in foro versantur, in iudicium confessu intersunt, rem populi administrant: pro his omnibus deum accedit exoratus & veniam petitus. ergo da pecuniam in manus pauperum, & absterge illas maculas, vt cum fiducia inuoces rogans illum qui potest peccata hæc

## 428. IN DICTVM APOSTOLI

huc remittere. Si te assueferis nunquam sine ele<sup>ct</sup>  
mosyna sacra hæc vestibula intrare, nec sponte, nec  
inuitus unquam ab hoc hono opere abstinebis: tan-  
tum valet consuetudo. Et sicut quomodo cuncte res  
habeat nunquam sustines illotis manibus precari,  
postea quam semel consuetudinem hanc usurpasti,  
sta etiam in eleemosynâ si hanc legem tibi præfixe-  
ris, volens noleas quotidie illam impellebis, ipsa con-  
suetudine ad hoc pertractus. Ignis est precatio, præ-  
cipue cum à vigilante & sobria mente proficiscitur;  
sed ignis iste opus habet oleo, ut ad ipsa cœli conue-  
xa perueniat. Ceterum oleum quo ignis hic fouetur,  
non aliud est quam eleemosyna. Affunde igitur olt-  
um hoc largiter, ut exhilaratus hoc tuo bono ope-  
re, cum maiore alacritate precationem tuam ablo-  
vas. Sicut enim qui nullius honœ rei sibi sunt con-  
sciti, nulla cum fidutia precari possunt: ita qui bene  
aliquid egerunt, & post iusta opera ad precanium  
se conferunt, læti recordatione bene gestorum, ma-  
iore cum alacritate supplicationem suam offerunt.  
Ut igitur hac quoque parte efficaciores sint precos  
vostri, nimirum mente per recentis beneficentias  
memoriam excitata, cum eleemosyna ad precanium  
accedamus, & diligenter omnia que dicta sunt in  
memoria retineamus, & ante omnia illam pauperi-  
rum faciem, qua eos dixi pro foribus oratorii con-  
sistere, in eum animæ usum, in quem fontanam ab-  
luendis manibus vertamus. Si enim horum memo-  
res continue mente abluerimus, poterimus & puris  
precis ad dominum allegare, & cœlestè regnum  
consequi, gratia & benignitate domini  
natri Iesu Christi, cui gloria &  
imperium in secula seculos  
rum, Amen.

## VTINAM TOLE. PAVLVLYM. 429

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN HOC  
Apostoli dictu, vtinam tolerasset is paululum quid-  
dani insipientie mece ROMILIA: viro quo-  
dam docto interprete.

**O**MNIS equidem amo sanctos, maxime ve-  
rd sanctum Paulum, vas electionis, tubam  
coelestem, sponsæ Christi ducem, ac pro-  
nubum. Id quod propterea dixi, & amo-  
rem in medium produxi, vt vos illectamenti amo-  
ris participes facherem. Quandoquidem externo  
amori succumbentes, fateri palam propriè dispu-  
der, tanquam deterritos tum sui pudore, tum audi-  
entium periculo. Atqui hunc nostrum amantes nun-  
quam racent, quia sibi atque auditoribus iuxta pro-  
sunt tam honesta professione. Nam amor ille vitio-  
datur, hic laudi. Ille morbus animi probris obie-  
ctus: hic animæ lœtitia est & exultatio, mundusq;  
indivisibilis: ille bellum in amantium cogitatione in-  
muchiit, hic bello, si quod fuerit, electo, pacem co-  
piosa substituit. Ex amore quidem vulgari, non  
modo nihil accrescit emolumenti, sed ingentem  
quoque rei familiaris iacturam facit, inanem sum-  
ptum, vitaq; internacionem, adeoq; ædium è fun-  
do subuersiōnem. Ex honesto autem, qui spectat  
animorum decorum, multæ opes bonorum operū,  
magnaq; virtutum suppellex existit. Præterea bo-  
nam corporis formam adamantes, inhiantesq; ad  
splendorem faciei, turpes sunt & inelegantis for-  
mati, neque ad mutandam deformitatem quicquam  
ex concupiscentia lucrantur, quin semper in peio-  
rem abiectioremq; oris habitum abeunt. Cæterum  
in hoc amore penitus est contrarium: quicunque  
amat anima sancta, formosam, claram pulchramq;  
etiam si ipse est turpis, ingratisq; aspectus: immo si om-  
nium feedissimus, modo perduret in amore sancto-  
rum, continuo talis erit, qualis est quem amat. Ete-  
mini diuine id benignitatis argumentum est, quod  
corpus deforme & mutilem nequeat emendari: ani-  
ma

## 410 IN DICTVM APOSTOLI

ma verò turpis & manica, in primam lucem & deco  
re facile reformatur. Nam ex bonitate vultus nish  
emolumeni, ex pulchritudine autem animæ tata lu  
cet bona lucrari, quæta congrue possidet, qui deum  
habet amatorem. Audi enim, inquit, filia & vide, &  
inclina aurem tuam, & obliuiscere populi tui & do  
mus patris tui, & concupisces rex pulchritudinem  
tuâ. Pulchritudine hic eam dicit, quæ est secundum  
animam: cuiusmodi virtute & pietate contingit.  
Qua de causa, quum tantum sit lucrum sanctorum  
anatoribus, operæ pretium facimus, si commun  
amore amplectamur sanctum tam eximium, idq  
pidissime. Nam si auimam nostram amor ille vel te  
mel subiens, in ea lucidam excitauerit flammam:  
quicquid senticosum, quicquid faxosum & asperum  
& infensatum offendit in cogitatione nostra, totum  
exponit, aut certe promittat, & animam no  
stram in declivem fundum, lætumq; aruum puri  
gat, aptamq; reddit diuino semini suscipiendo. Et  
nemo dicat, quod nunc neque adsit Paulus, neq; oculi  
nostris videatur: & quoniam modo contingere  
queat, vt id quod nunquam vidimus, amemus. Ni  
hil enim hoc est impedimenti, quando absentē am  
pleximur, & inuisum diligimus, potissimum cutus  
Virtutis agnoscimus argumenta, tam magna, tamq;  
egregia in omnibus vbiq; terrarum ecclesiis. Neq;  
imprietatem dissipat, malam vitam in meliorem  
versam, errantes in viam reductos. intemperantum  
sacra, vi, Bacchanalia, & id genus, explosa, abdicata  
templa, obmutescetes dæmones. Vniuersa hæc tam  
admiranda lingua Paulinæ potentia, inspirata gra  
tia dei confecit, claramq; flamman pietatis vbiq;  
gentium accedit. Cum quibus dotibus & sanctoris  
huius epistolas habemus, quæ nobis characterem  
beatæ anime diligenter insculpunt. Quemadmodum  
ergo cum Paulo in præsentia constituto distinxeris  
animus es: sic cum alacritate nos obsequentes eius  
literis prebeamus, quæ intus dicta sunt, explicemus.  
Discamus quidnam sit quod exclamauit hodie, dis  
cens,

## VTINAM TOLE: PAVL VLM.

431

cens: Utinam tolerassetis parum quiddam insipienti  
tiae meæ, quin me sustinuistis æmulari enim vos de  
æmulatione. Quid ait Paulus: qui discipulis legè pre  
scribens, In sapientia, inquis, ambulare erga extrane  
os: qui dicis, Sermo vester in gratia sit sale cōditus,  
vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respō  
dere: qui precastis omnibus vt sapientia spirituall  
adimpleantur: ipse exclamas: Utinam tolerassetis  
paululum quiddam insipientiæ meæ. Num satis tibi  
dixisse fuit, aliquid insipientiæ meæ verbū? Ad  
discipulūs etiam illud exponis, neque ad discipulos  
tantum exponis, sed omnibus hominibus quo  
quot cum illis fuerunt, per epistolam notum facis.  
Animaduerte quād nō oporteat quæ dicuntur sim  
pliciter percurrere, sed vnumquodlibet accurate dis  
quirere. Illud enim cum legitur simpliciter, offendit  
auditores, peruestigatum vero eximiam aperit Pau  
li sapientiam, admirandam prudentiam, curam indi  
cibilem. At quid tandem id est, quod dicitur? Pseu  
do apostoli frequentes apud Corinthios agebāt, qui  
præconio Christi depravato, etiam accusati Pauli  
opinionem subtruere, quam de ipso discipuli conce  
perant, ceu per cuniculos tentarunt, cumq; per ironi  
am falso dictis arrodentes, superbis detulerunt: ad  
uersus illos bona pars, vt videtur, epistolæ pertinet.  
Quemadmodum quum dicit: Non sumus sicut reli  
qui, venditantes verbū dei: & rursum dices, Sic me  
seruavi, ne cini essem onerosus: & addit, consilium semi  
per fuisse vt hanc legē immotā seruet. Nam est veri  
tas, inquit, in me Christi, quod hæc mea gloriatio  
nō interrupetur in me, in regionibus Achæa. Quæ  
do reddit causam, sceleratos istos tacite notat, sic di  
cens: Quapropter: an q; non diligam vos? Deus no  
uit. Verum quod facio, idem & faciam, vt amputē  
occasione iis qui cupiunt occasione. Et antea di  
scipulūs cohortatur, ne committant, vt eis necessa  
rio potentia suam declareret, dicens: Rogo autē vos  
ne p̄sens audeā ea fiducia qua existimor audax fu  
isse in quosdā qui putat nos veluti secundū carnem  
ambus

2.Cor.11.

Coloff.4.

2.Cor.2.

2.Cor.10.

ambulare. Nam sic illi maledici de quibus hæc dicit, omnia rememorabant per ironiam eum acerbius vellicantes: quod videlicet epistola Pauli magnum præ se ferant tumorem & verborum arrogantiam: ipse vero nihil sit, exiguus, abiectus. Postea quam igitur hoc loco traducitur, quasi in nullo sit numero, quasiq; indignus sit de quo ratio habeatur, sicut iterum explicans pseudoapostolis, Num il lud, inquit, peccau, quod meipsum humiliarim, vt vos exaltarem' & istud obiectum crimen diluens: Quales, inquit, sumus sermone per epistolam quum absimus, tales sumus & quum adsumus factio. Quod itaque multi fuerant apud illos pseudoapostoli, quos & operarios dolosos nominat, sic dicens: Si quidem istiusmodi pseudoapostoli operari dolosi sunt, sumpta persona apostolorum Christi. Arque haud mirum, quandoquidem ipse satan transformatur in angelum lucis. Non magnum est igitur, si & ministri illius personam in se transferunt, quasi sint ministri iustitie. Qua de causa cum isti contumelias infinitas in hunc dicunt, damnocq; afficiunt discipulos, quo perperam persuasi, minus idoneam de existimationem habere queant, deinceps necesse habet in magnificam, veram tamen laudum suarum recordationem descendere. Neq; enim consultu fuit in reliquum tempus tacuisse. Ceterum quia pugnat suas nobis erat memoraturus, & reuelaciones quæ vidit, et labores quos pertulit, ostensurus omnibus, quam inuitus, quamue coactus id faciat: quanquam necessitatem vidit ineuitabilem, tamen insipientem quiddam vocat, sic dices: Vtinam tolerassetis quidam insipientem meq;. Facturus, inquit, sum rem absurdam & stultam, me ipse celebrabo & extollam. Verum ego prædicationis huiusmodi propriæ causa non sum, sed illi potius qui eo me detruserunt: propter ea vos adhortor, perferatis me illis cautam redensem. Num perspicue vides prudentiam Pauli? Etenim dicens: Vtinam tolerassetis paululum quidam insipientem meæ, quinimq; sustinete me: nam zelos

zelotypus sum erga vos dei zelo: non cotinus perexit ad narratione laudum, sed interim iterum interserit verba quædam & in hunc prope modum dicit: Iterum dico, ne quis me putet insipientem, alioqui & vt insipientem accipite me. At ne sic quidem attrigit narrationem, sed iterum dicit: Quod dico, no dico secundum dominum, sed velut in insipientia, in hoc argumento gloriationis. Sed ne tum quidem audet ingredi, tòi verbis ceu in praesidium præmissis. Quin iterum repositus præludit, & dicit: Quando quidem multi gloriantur secundum carnem, et ego gloriabor: libenter enim suffertis insipientes, quum sitis sapientes. Mox iterum recusat & contatur, paucisq; interpositis addit: Sed in quoconq; audet alius, quis, in insipientia loquor, audeo & ego. Quum demum latissima excusatione præmitigatio, ieq; præaudita, tentauit aggredi laudum suarum enarratione. Et quemadmodum equius præcipitiū aliquod pre rupturnq; eluum transiturus se colligit, quasi hunc uno saltu exuperatus foret: verum profundū despiciens hiatus subiacere, obstupescit metu contrahiturq;: deinde quum sentit equitem vehementius vrgere, rursum aggreditur, idemq; quod antea perfert, necessitatē & vim indicās, subsistit aliquandiu, hinc nitum missitas super oram fouet, resumpto tandem animo, se vltro fidenter adigit: Sic & beatus Paulus veluti se datus in præcepis, in laudum suarum recitationem femei atq; iterū, ac tertio, & subinde sepius retrocedit, sic dicens: Vtinam tolerassetis paulum quiddam insipientem meq;. Et rursum: Ne quis me putet insipientem esse, alioqui & vt insipientem accipite me. & Quod dico, non dico secundum dominum, sed velut in insipientia, in hoc argumento gloriationis. Et rursum: Quandoquidem multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor: libenter enim suffertis insipientes, quum sitis sapientes. Et rursum: In quoconq; audet alius, in insipientia loquor, audeo & ego. Et qui se misiles insipientem nominasset & stultū, vix tandem audet in proprias laudes descendere.

## 414 IN DICTVM APOSTOLI

dere. Hebræi sunt, & ego. Israhælites sunt, et ego: semet  
Abrahæt sunt, & ego: ministri Christi sunt, & ego.  
At nondum sibi excidit, sed iterū premollit hoc pa-  
cto: Delirans, inquit, loquor, plus ego. Neq; hic des-  
nit: nam absoluто laudum suarum catalogo, factus  
sum, inquit, insipiens gloriando, vos me cogitis. Ec-  
quid nō dixit, pseudo apostoli me coegerit: sed, vos  
me cogitis? Quoniam illoru, inquit, ratione non has-  
bui. Vestia ferme fuerunt sana & sobria, nisi fusiles  
tis auersi, nisi reuulsus pede. Quod si, nos semper  
maledictis impetissent, illoru viruletia nihil nobis  
accreuissent detrimenti. Verū quia cognoui dissipa-  
tu esse ouile, discipulost; deficeret, experiente rei et  
ardue et per quam molesta animu ita sumptu, adeoq;  
coactus sum despere, mea recēsendo encoria, pro-  
pter vos vestramq; salutem. Ea sanctis consuetudo,  
quod perperam fecerit, repandunt quotidie, deplo-  
rant, omnibusq; ob oculos ponunt; quod autē inge-  
nuum & eximiu abscondunt, & obliuione transmis-  
tunt. Talis est hic sanctus noster, peccata sua vel ne-  
mine impellente perpetuo versat excantatq;. Si quis  
de aliquando dicit: Christus Jesus venit in hunc mun-  
du, ut seruaret peccatores, quorū primus ego sum.  
Aliquando vero: Gratiam habeo in eo qui me con-  
fortat Christo, quod fidelem me arbitratus est, posse  
do in ministeriu. Itē prius fui contumeliosus, perle-  
quitor, & iniurius, sed cōmiseratione sum cōfici-  
tus, quia ignorans feci in infidelitate. Et rursum: Po-  
stremo omnium tanquam putamento apparuit. &  
Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum  
idoneus nominari apostolus: quandoquidem sum ec-  
clesiam persequitus. Et rursum: Mihi minimo oīa-  
num factorum data est hæc gratia. Non apostolos  
rum tantum, sed generatiū omnium fidelium po-  
stremum se asserit, ita dicens: Mihi minimo omni-  
sanctorum data est gratia hæc. Neq; se dignum dicit  
gratia qua est seruatus: Christus, inquit, Jesus in mu-  
ndum venit, ut peccatores saluos faceret, quorū pri-  
mus sum ego. Animaduerte quam causam salutis  
acceptæ

2. Cor. 1.

Ep. 1.

## VTINAM TOLERASSE. PAVL. 415

acceptæ reddit. Nam dicit, ideo misericordiam suum  
adeptus, ut in me primo ostenderet Iesus Christus  
omne longanimitate, ad exprimendū exemplar ihs  
qui credituri essent in se, in vitam æternam. Nullo  
pacto suam asserit dignitatem & meritum: ne nullus  
peccator in malitia quantumlibet confirmatus, de-  
inceps animū abiiciat, etiamsi bellū Christo fecit:  
Quando Paulū videt postremū omnium, quo poste  
tor noī erat alius quisquam qui in acie deo restitit,  
libere seruatū. Quandoquidē Christus dicit: Quoni-  
am vas electionis mihi est iste, ut portet nomē me-  
um corā gentibus & regibus. Ille vero ne tantulum  
quidē ex tantis præconiis intumuit, se miserū perti-  
naciter cōtendit. Post tantā gratiā, post tam eximia  
Virtutis opera, post præclarā dicendi libertatem,  
primum se peccatorem nominat. Et propterea se af-  
firmat misericordiā consecutum, ne quisquam, neq;  
in extrema malitiā delapsus desperare queat, mo-  
do rē spectet, & in hūc exhibitā clementiā. Itaq; pre-  
ter necessitatē excantat quotidie in omnibus episto-  
lis, se notatione atra describens, palamq; facies, non  
soliū eius actatis hominibus, sed & omnibus posteri-  
ris. Prætonia vel virgente necessitate grauatur, vel  
potius refugit, enarrare. Nā sēpenumero eam rem  
insipientiam nominat, atq; admirandam diuinamq;  
illam reuelationē multo tempore subiicit: quā nō  
Paulo ante, neq; anno altero, aut tertio, aut decimo,  
sed aliquanto superioribus vīdit. Quamobrē nunc  
tempus nominatim apponit, sic dices: Scio hominē  
ante annos quatuordecim raptum vsq; in tertiu ce-  
lum: vt tu discas, quod ne tum quidem dixisset, nisi  
multam vidiisset necessitatē imminere. Nam si ani-  
mo sedisset proprias aliquando prædicare laudes, fa-  
ctam visionem tam obstupendam continuo prodi-  
disset, aut primo, aut secundo, aut tertio anno, modo  
ad annum quartum decimū tacito suppressit. Neque  
cuiquam aperuit, præter quam vni Corinthis: &  
tum porosissimum, quando falsos mendacesq; aposto-  
los suboriri vidi: nimirum ut ostenderet, ne tum

EE 2 quidē

Act. 9.

2. Cor. 12.

## 416 IN DICTVM APOSTOLI

quidem fuisse animum dicendi, si non obseruasset  
luem illa pessima in discipulos grassari. At nos no  
item. Contraria ratione prouersus nitimus: ne vnius  
quidē diei qua peccauimus, tenemus memoriam: imo  
referentibus indignamur, grausterq; succensemus,  
& perquam moleste suspicimur, conuicij loco duci  
mus, mille contumeliis retaliamur. Cæterū si quid  
bene fecimus, quantulumcunq; fuerit, latissime pro  
sequimur: recensentibus illud habemus gratia, eos  
putamus amicos nobis. Sed Christus diuersum pre  
cepit, benefactorū obliuionem, memoria peccato  
rum. Quod nobis clarum effecit in hoc quod dictu

*Luc.17.* pulos adhortatur, dicens: Quando omnia fecerit,  
dicite iniutes serui sumus. Et in parabola pharisæi  
cui publicanum præposuit. *Quemadmodum enim ille*

*lum delictorū memoria iustificauit, ita hunc mem  
oria suorum operum destruxit. Quarum rerū deus i  
dæos admonet, sic dicens: Ego sum is qui extinguit  
iniquitates tuas, & nō meminero, tu vero memini  
ris. Talis erat Apostolis consuetudo, talis Proph  
etis, atq; iustis omnibus: quapropter David peccat  
sui perpetuo meminit, virtutis nunquā nisi compul  
sus necessitate. Quando barbaricum bellum Iudea  
vexabat, omniq; periculis plena videbantur, cum  
eslet adhuc iuuenis, & rei hellicæ imperitus, omni  
sis omnibus in exercitum profectus, omnes animo de  
fectos confexit, obstupefactosq; metu ac tremen  
tes: nihil quod est humanae fragilitatis persenit, ne  
que formidolosum reddidit suæ humilitatis cogni  
tio: qui fide omnibus quæ videntur exuperatis, ad  
regem celorum suspiciens, multa animo alacritate  
concepit, non solum milites, sed & fratres accessit,  
seq; eos ex præsente periculo promisit in securitate  
vindicaturum. Quumq; fratres quod dictum erat  
sissent, vt qui Deum a quo iunctus fuit, ac genero  
sum animi ignorabant, adeo redundantem cœlesti  
philosophia, illis omisiis ad altos diuertit. Tandem  
ad regem perductus, quæ præ timore prope mortu  
inuenit principio illum solatus, consilium atq; ani  
mum*

## VTINAM TOLERASSE. PAVLV. 417

mum reddit, sic dicens: Ne cōcidat cor domini mei *1. Reg 17.*  
intra se, quia seruus tuus abibit expugnaturus istū.  
Rex vero quum nō fidem haberet tantis pollicitis:  
abire, inquit, non poteris, admodum puer es, & ille  
vir hellicos, & per omne vitam exercitus. Da  
uid in ancipiū constitutus, necesse habuit recensere  
sua præconia. Quād autem inuitus id fecerit, ex prio  
ribus apparet. Nam de præclare à se gestis ne tantū  
lum quidem narravit, neq; fratribus, neq; militibus,  
neq; regi ipsi, quoad eum nō adhibentem fidem pro  
missis ipsius vidit, tum angustia pressum, tū negan  
tem facultatem cum illo congrediendi. Quid enim  
præterea faciundum fuit tacendæ ne virtutes? At  
nequaquā ei cōcredita fuisse bellū summa, neq; de  
fensio periculi iam tum imminentis obtigisset. qua  
de causa quatenus oportuit, obtexit silentium: inui  
tante autem ac efflagitante temporis ratione ad dicen  
dum, consilium diuersum init, dixitq; ad regem: Pa  
stor eram seruus tuus in ouili patris, & quando ve  
nit leo aut vrſus, & rapuit ovem ex grege, a tergo  
aggressum perterrefeci, corrupui prædam ex ore, &  
comprehendi guttur, & interfeci eu: & leonem & vr  
sum perculit seruus tuus, & erit alienigena iste &  
incircuncisus sicut vnu ex illis. Num vides quo pa  
cto declarauit quāna gratia laudes proprias percen  
suerit? Tum sanè rex in reliquū tempus astumpta fi  
ducia, iussit vt abiret: atque abiuit, & in acie victor  
eausit. Quod si laudes suas refugisset proferre, neu  
tiq; eum rex ad singulare certamen idoneū putas  
set, & parū idoneum existimatū in aciem descendere  
re qui dimisisset? Cæterū eo non dimisso, præclarū  
facinus fuisse impedīt: quo impedito, neq; dei glo  
ria tum illustrata fuisse, neq; ciuitas euitasset incum  
bens periculum. Ergo ne tot absurdā cōmitrantur,  
neue cauta ministerū magnitudo seciudatur, necesse  
fuit ipsi David suas referre laudes. Quemadmodū  
enim tacere nouit, quando nulla vrgebat necessitas  
ita & dicere nouit, quum instare multam vim per  
pendit. At non in hoc tantum, sed in altero etiam,

EE, nempe

## 438 IN DICTVM APOSTOLI

nempe Samuele, videre licet modestia ratione. Etenim ille tot annos praefectus populo Iudaico, iuxta id quod deus tum disposuerat, nihil tamen inquam de se eximium praedicauit, tametsi vberimam, si amasset, gloriae materialia habuit: utpote laudabilem pueri educationem, sanctam in templo conuersationem, & amplissimam ab incunabulis prophetiam. Ad hanc tot hella, victoriam toties partam, non tam armis quam benevolentiā & fauore dei. Nihil horum superioribus annis ut de se confiteretur, imperavit usus. Ceterum ubi abdicatam rem publicam alteri curandam cedere parabat, tum inuitauit occasio ad laudes suas late recitandas. Itaq; coacta populi rotus concione, presente Saul in hunc ferme modū <sup>100</sup> quinque est: Ecce vocem vestram audiui, & cōstitui regem super vos, & senui: & ecce ego conuersatus sum coram vobis ex adolescentia mea, vsq; in hunc diem iudicati estis a me corā domino, & corā Christo eius. Cuius vitulū acceperat aut cuius asinū acceptum quēm vestrum imperio depresso cui vestrū vim fecisti aut ex cuius manibus corripui vestē aut calcavum, & abscondi oculos meos ab ipso. Dicite aduersum me, & reddam vobis. Aduerte quanta necetas huīusmodi dicendi. Magna nimitti & vehementer. Quandoquidem datus erat illis principem Saul, in suam ipsius excusationē docere hunc intendens, quoniam pacto imperiū sit gerendū, & quam vigilianter curioset̄ pro subditis excubandum, eos qui nuper admodum ipsum iudicem recusarunt, philosophiae sue testes facit. Neq; tamen eo tempore quo pre fuit magistratus, quidue ipsius dicto audierūt, ne cū videantur ceu timidi, metuē perterriti, quæ nō fuerunt, affirmasse testimonio. Verū præfectura iam tū præterita, translatāq; in successore prouincia gubernandi, vbi in reliqui tempus nihil periculi manebat accusatore, tum demū apud eos iustitiam sua cōtestatur. Alius sorte iniuriae memor, quam à Iudeis accepisset, nequitā exoptaret post se principē manuetum exoriri ac moderari. Idq; non omnino propter

1. Reg. 12.

## VTINAM TOLERASSE. PAVLV. 439

pter memoriam iniuriae, sed ut ipse queat amplius commendari. Siquidem grauis iste morbus magistratus infestus est, vt post se administrationē rerū suscepuros, peruersos esse ac sceleratos preceptr. Nā qui sunt generosi magniq; animi, in clariorem splendorem se existimant euasuros, quum eiusmodi non fuerunt qui in principatu sequuntur. Qui tantū vmbrae sunt, corrupti q; moris, arbitratur malitiam successoris ipsis in prætextū flagitiō fore. Atqui non sic beatus ille Samuel oravit, expetiuitq; votis summam rerum in eximium quendā traducere. Vt quaeadeq; affectu charitatis tenebatur, usq; adeo mūrus fuit & alienus ab inuidia, longeq; semotus à vanitate & opinione sui. Quia salutem hominū dūtaxat spectauit, illis gubernatorem ad sui expressit imitationē in ea oratione qua de gestis suis rationē dedit. Nam quum ignarum sciret odiosumq; regem adhortari, qui omnia corā erat auditurus, atque illi seu formā præscribere reipublice: quām scilicet manus tuus esse debeat, quām moderatus, quām prout à munerum corruptione, vt nemini vim inferat, vt nemini sit iniustus, neq; diuinitis congerendis studeat: rursum tacendo cunctus populus in prædā traditus fuisset: prætextu excusationis, utriusq; periculum declinauit. Illum docuit cuiusmodi gubernatorem esse conueniat, simulq; vitavit odium doctrinę. Siquidē videtur circa res suas occupatus, instruit etiam & præscribit quanto studio, quāue via subditorum commodis aduigilare par sit. Tu interim expēde, quām accurate seipse purū declarat ab omni delicto. Non enim dicit, neq; agrum alicui ex vobis, neque argentum abstulit, sed quod omnū vilissimum eit, dicit, nempe ne calceum quidem. Mox alteram ipsius eximiamq; nobis virtutē aperit: pleriq; enim principes dum furto plebem expoliat, māsuēti sunt & moderati & suaves, nō ex animo, sed propter necessitatem conscientia, adempta eis per furtum descendit libertate. Si muneribus accipiendis abstinet, onerosi grauesque sunt, quanquam non ex animo

EE 4 abſt.

## 440 IN DICTVM APOSTOLI

abstinent. Eo namque ingenio existimationem captant, quasi ex proposito sint puri. Adeoq; in vñl pariter vtrung; s̄pēnumero confluit & quam facilius, vt idem sit ex æquo s̄euus atq; furax. Sanctus ille contendit se ambobus his malis eminere, nō minus ab industria cōpilandat plebis, quam ab ira remotissimus, quū dicit: Cuius vitulum sumpsi: nec desinit, quin mox subiungit, aut quem ex vobis potentia suppressi, aut in vincula perpetua cōieci, hoc est afflictionibus extinxit. Quod autem dicit, huiusmodi quiddam est: nemo illud aduersum me dicere poterit, quum nihil penitus accepi. Quando nihil accepi, consequens esset me fuisse intolerabilem, difficilem, atrorem, ac inhumanius: eodq; subnecrit. Aut quē ex vobis imperio depresso. At quid illi responderunt? Non oppressisti nos, neque vinculis invicti, neque vñquam ex manibus nostris quicquam acceperisti. Et quōd discas, quōd regē illorum instruerit illa sit præfatus, subiecit: te Iritis Dominus, & testis vñctis eius, quinimō vobis idem est manifestum. Atque ostendit quam in iucunda testificatio: illum enim testem nominauit, qui arcana cogitationum perspexit, quod est mundæ conscientia pro bamentū, quia nemo prorius, nemo qui fanus, quiq; mente non excidit, testem Deum euocat, nisi omnibus modis sibi cōfidat. Testificantibus itaque illis de his qua modo narrauerat, aliam virtutem inge rit, veterum memoriam refracit, & eorum quā gesta sunt apud Ägyptum, præfecturæ dei ac bellorū quæ secula sunt. Rememorat pugnam sub se pugnatam insperatamq; victoriam. Reducit quomodo s̄pēnumero propter peccata traditi sunt hostibus, invocatoq; Deo ab eis rursum liberati. Veteribus noua committens, Misit, inquit, Dominus Hieroboa & Barah, Iephithæ, ipsumque Samuelem, & eripuit vos circumundiq; ex manu inimicorum vestrorū, magnaq; fiducia domos vestras incoluſtis. Num vides quemadmodum est consuetudo sanctis, propria benefacta pertinaciter contingere, nisi dum ad expla-

## VTINAM TOLE. PAVLVLVM. 441

explanandū necessitas imperiosior impellit? Ideoq; Paulus huc spectas, vt qui accurate didicerat, quam molestem odiosumq; sit audire de se magnificētius loquentem, dixit: Utinam toleras letis meæ insipientiæ paululum quiddam. Neq; ait, utinam toleras letis insipientiam meam: sed, paululum quiddam. Quandoquidem necessitas nō fuit, vt se largius profunderet in encomiorum suorum narrationem, brevibus ea peruvolitauit, idq; propter illos & ipsorum salutem. Quemadmodum enim suas recitare virtutes, extremæ videtur dementiae, si nulla supereſt necessitas: ita necessitate violenter incumbente propellenteq; proditio est ea tacere, quæ quis studiose perfecit. At Paulus presentem considerans necessitatem, adhuc subcontatur, insipientia negotium non minat: quo tu discas eius prudentiam, sapientiam, & securissimam cautionem. Nam cum dicit, quod loquor, non loquor secundum dominum, adnectit, argumēto glorificationis. Ne putes, inquit, ista me generatim differere. Itaq; in hoc cum laudo maxime et admiror, pronuntioq; sapientissimum, quod rem stultam existimauit sele prædicare & extollere. Quod si ille quū necessitatem adesse videt, appellauit hoc insipientiam: qua venia, qua excusatione digni sunt, qui de se præter necessitatem eximia iacent, aut aliis ut ipsos apud auditores efferat, iniungunt? Ergo quumi illa cognoscimus quæ dicta sunt, non tantum verbis commendemus, sed imitemur, et aſsequi contendamus, oblii virtutum, tenacem vitiorum memoriām soueamus, quo mediocribus cōsentire possumus, in futurum protendere, brabion apprehendere supremę vocationis. Quod omnibus nobis obueniat ex charitate & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui simul atq; patri & sancto spiritui sit gloria, potentia, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE  
projectu Euangelij Homilia, in dictum Apo-  
stoli: Siue occasione, siue veritate Christus  
annuntiatur.

Philip. 1.

Luc. 16.

Gal. 6.

**C**um pridem pharisæi et publicani mentione faciendo, bigas duas ex virtute scilicet virtute*teq; iungeremus*, ostendimus q̄ sit utilis humilitas animi, & quam dannosa mentis arrogantia. Nam arrogantia licet iustitia societur, & ieunis, & decimarum solutioni, posterior fit. Humilitas autē licet peccato iungatur, præcurrat pharisei bigam: nec impeditur, quia improbum habet aitrigā. Quid enim publicano deterius? Tamen nihil minus, quoniam animam suā contrivit, & peccatorem se confessus est, præoccupauit pharisæum, et ieunis, ut dicitur, habentem, & decimas dantem, acq; malis omnibus liberatum. Quare nam hoc? Quia ramelli ab avaritia & rapina fuerit alienus, matre tamen matorum omnī inanem gloriam & arrogantiam habuit in anima profundius radicatum. Et idcirco Apostolus obsecrat & dicit: Vnusquisq; opus suū probet, & tunc in semetipso tantū gloriationem habebit, et non in alio. Ille autē in medium protupit, omnī qui in toto orbe accusator, & omnib. le hominib. meliorem dicit. Non fuisse tolerabile, si se deceat, vel quinque, vel duobus, vel vni prætulisset. Nunc autem nō solum paucis, sed & toti orbi se preposuit: vnde non mirum quod cursu posterior fuit. Et sicut nauis quæ multos fluctus transit, multas tempesates effugit, in ipso autem portu tandem scopulum impingit, iacturam totius in se reconditū thesauri facit: ita & pharisæus ille, postquam sustinuit labores ieunis, aliasq; virtutes oēs, quia linguam non coercuit arrogantia sua in ipso portu naufragiū fecit. Nam abire cum tanto detrimento à precibus, à quibus lucru erat sperandum, quid aliud est, quoniam naufragium facere? Proinde dilecti, quum hæc seculi omnium nos postremos existimemus, etiam si in ipsum virtutis culmen concenderimus. Scimus quoq;

Quoniam quod arrogantia ex ipsis coelis superbientem deducere, & humilitas ex abysso peccatorum modeste agentem, in altum reducere potest. Humilitas pharisæo publicanum præposuit. Arrogantia autem & superbia incorporeas virtutes, diabolum inquit, & coelo deturbavit: humilitas & proprietum peccatorum agnitus, latronem ante apostolos in paradiso induxit. Igitur si qui sua cōfidentur peccata, tam sibi meti ipsis fiduciā conciliat: qui multorum bonorum concessi, animas suas humiliant, quantas non coronas assequuntur? Si enim humilitas peccatis sociata, tam expedite currit, ut iustitiae ipsam recte iungas; quando eam iustitiae coniunxeris, quod non peruenit? quos non transibit cœlos? Stabit plane fiducia magna inter angelos apud ipsum dei thronum. Contraria, si cum iustitia copulata fuerit arrogantia, immoda sua grauitate etiam illius fiduciam detrahet: peccato autem iuncta, in quam gehennæ profunditatem non præcipitabit? Hæc disserim, non vt iustitiam negligamus, sed vt arrogantiā fugiamus: non vt peccemus, sed vt modesti simus. Fundamentum enim philosophiæ nostræ est humilitas. Esto, multum ædifices, habeas eleemosynas, preces, ieunia, virtutesq; omnes, hac nō præiecta frustra & inuanum erunt omnia, facileq; rueret super arenam extructum ædificium. Nihil est in omnibus nostris bonis operibus, quod hac non egeat: nihil est quod sine hac stare poterit. Etiam si dicas continentiam, virginitatem, contemptum diuitiarum, & quæcumque libet, omnia prophana, impura, & abominabilia sunt absque humilitate. Cum hac igitur ædificemus: hanc in verbis, in operibus, in cogitationibus, in omnibus præstemus. Sed de humilitate sufficiant hæc, non equidem vt virtutis postulat dignitas (nullus enim eam pro dignitate laudare potest) sed pro veltræ charitatis intellectu. Scio enim quod amplexabimini eā magno studio, licet paucis admoniti dictis. Quoniam autem apostoli dictum hodie lectum, multis videtur ignauitæ ansam

## 444 IN DICTVM APOSTOLI

ansam præbtere, operæ pretium vt ipsum clarius redamus, quo nulli frigida defensionem in salutis suæ perniciem inde sumant. Igitur eo sermonem flectamus. Quod autem hoc dictum? Siue occasione, inquit, siue veritate Christus annuntiat. Hoc multi in ore habent, & simpliciter ac temere circumferunt, neq; priora, neque sequentia legentes, sed absenta aliorum membrorum consequentia, in animarum perniciem ignavioribus proponentes. Attentant enim illos hac via a saniore sive abducere: deinde quum pauidos ac trementes & periculum suspicari vident, vt timorem illum ex animis eorum eximant, dictum hoc Apostoli in modum afferunt, dicentes: Paulus hoc admisit, inquiens: Siue occasione, siue veritate Christus annuntietur. Verum hæc neutis quam se ita habent. Primum enim, non dixit annuntietur: sed annuntiat. Dicere enim annuntietur, eius est qui legem statuit. Dicere autem annuntiat, est annuntiari quod evenit. Quod autem Paulus legem non statuat, vt sicut hæres, sed abducat omnes ab hoc instituto, habes ex his: dicit enim, Si quis vobis euangelizauerit aliquid præter id quod auditis, anathema sit, etiam si ego, vel angelus de cælo. Non autem anathematizat & seipsum, & angelos, si rem periculo carere sciuisset. Et iterum dicit: Zelotypus sum erga vos dei zelo. Aptauit enim vos vni viro, vt virginem castam exhibeat Christo. Vereor autem ne forte vt serpens Heuam versutia sua decepit, ita corruptantur sensus vestit, a simplicitate quaæ erat in Christum. Ecce & simplicitatem posuit, & veniam non dedit: nam si condonasset, iam non erat periculum: & si periculum aberat, frustra timuit Paulus. Christus quoque non iussisset exuri zizania, si res indifferens esset, num il lum audire, nunc alium, & omnes absque discrimine. Et quidnam est quod dicit? Repetam paulò altius historiam. Scindendum enim in quo statu res Pauli erant, quum hæc scriberet. Quomodo ergo tunc agebat? In carcere erat, in catenis grauibusq; periculis.

Vnde

**Philip. 1.****Gal. 1.****2. Cor. II.**

## SIVE OC. SIVE VER. CHRI. AN. 445

Vnde hoc manifestum: Ex epistola sua. Nam ante hæc dicit: Scire autem vos volo fratres, quod quæ mihi acciderunt, ad maiorem Euangeli profectionem eueneré: ita vt vincula mea manifesta facta sint in Christo, in toto prætorio, ac cæteris omnibus, vtq; plures ex fratribus in domino freti vinculis meis, vberius auderent impavidè sermonem loqui. Nero enim eum in vincula coniecerat. Quippe quemadmodum prædo aliquis dominum cunctis dormientibus ingressus, vt auferat omnia, si quem viderit ascendere candelam, illum mox intermit, & lumen extinguit, vt auferre & rapere alia absq; metu possit: ita & Nero tunc latronem & furem quendam agens, dormientibus omnibus, profundög; somno grauatis, omnium bona disipiebat, nuptias inuadebat, domos subuertebat, nullumq; malitiq; genus intermittebat. Proinde mox vt beatum Paulum vidit accendere in mundo candelam, & afferre sermonem doctrinæ, quo sua reprehendebatur iniquitas, quo omnia facere licenter posset, curauit vt et extinxeretur prædicatio, & interficeretur magister. Itaq; vinculum sanctū illum coniecit in carcerem. Et tunc hæc scripsit Paulus. Quis non miraretur & obstupeceret generosam illam animā cæli municipem? Vinctus costricatusq; Philippensis scribit. Scitis autem quanto interuallo distent Macedonia & Roma. Neque charitatem & memoriam discipulorum ex pectore eius vel via prolixitas, vel temporis tarda intercapido, vel negotiorum strepitus, vel molestia, vel quæcumq; alia abradebant: sed habebat omnes eos in mente. Neq; ita catenis manus eius erant vinctæ, vt amore discipulorum anima eius constricta: id quod etiam ipse in proemio epistolæ declarat, dicens: Propterea quod habeam vos in corde, et in vinculis meis, & in defensione & confirmatione Euangeli. Et sicut rex mane super thronum suum condescendens, & in regalibus aulis confidens, plurimas vndequaq; literas accipit: ita & ille in carcere quasi in regalibus palatiis sedens, multo plures & accepit,

**Philip. 1.****Philip. 1.**

## 446 IN DICTVM APOSTOLI

accepit, & misit: unde quaque et gentibus ad eius sapientiam configientibus, & ad eum referentibus de omnibus quae apud se fiebant. Et tanto plura quam rex administrabat, quanto & maior principatus sisbi concretus erat. Non enim eos solum qui in Romanorum ditione, sed et barbaros omnes, Deus qui terram & mare continet, in manus eius dederat. At Rom. 1. que hoc manifestans Romanis dicebat: Nolo vos ignorare fratres, quod sape proposueram venire ad vos, licet praepeditus fuerim usque in hunc diem, quo sanctum aliquem haberem inter vos quoque, sicut & inter reliquas gentes. Gracis simul ac Barbaris, eruditis pariter ac rudibus debitor sum. Quotidie igitur curae ei erat, quid Corinthis, quid Macedones, quid Philippenses: quomodo Capadoces, quomodo Galatae, quomodo incolentes Pontum, quomodo omnes homines valerent. Et licet totius orbis curam suscepisset, nihilominus tamen non solum pro gentibus integris, sed & pro uno homine sollicitus erat. Et nunc quidem propter Onesimum epistolam mittebat, & propter eum qui apud Corinthios stuprum commiserat. Non enim hoc considerabat, quod unus esset qui peccauerat, & presidio egeret, sed quod homo esset. Homo dignissimum dei animal, & propter quem nec unigenito suo pastor pepercit. Non enim nisihi hoc dicas, quod sit fugitiuus quispiam, vel latro, vel fur, vel facinorosus, vel quod sit pauper, abiectus, vilis, & nullius frugis: sed cogites quod & pro ipso mortuus est Christus, sufficiat quod tibi, ut ipote idonea solicitudinis causa. Cogita quantum illum esse necessarium sit, quem tantus Christus ita appetiatus est, ut nec sanguini suo pepercere. Neque enim opinor, si rex pro aliquo occidi vellet, quereremus argumentum aliud, num magnus quispiam ille sit, quem rex tanti facit. Non autem ego tantum opinor, sed sufficiens est mors eius qui mortuus est, ut ostendat quantæ charitatis fuerit erga illum. Nunc vero quum non homo, non angelus, non archangelus, sed ipse coelorum

## SIVE OC. SIVE VER. CHRI. AN. 447

rum dominus, ipse unigenitus dei filius carne vestitus tradit semetipsum pro nobis ad mortem: si non omnia fecerimus, & attentauerimus, ut homines tanto pretio redemptos in omni cura habeamus, qua nos tuebimur defensione: quam veniam impetrabimus? Et hoc ipsum Paulus indicans dicebat: Ne cibo tuo perde illum, propter quem Christus mortuus est. Volens enim eos qui despiciebant & contemnabant fratres infirmos castigare, & in officio continere, ut persuaderet eis habendam proximorum curam, hanc unicam rationem pro omnibus dedit. Igitur sedens in carcere, per tantum spatium epistolam scripsit Philippensibus. Charitas enim erga deum nullis humanis impeditur, ut pote superne in celis radicara. Et quid scribit? Scire autem vos volo fratres.] Vidistis curam magistri pro discipulis audi & curam discipulorum pro magistro: ut scias quod hoc erat quo sortes & iniuncti fiebant, quandoquidem ita mutuum inter se amore vinceti erant. Frater enim qui à fratre adiuuatur, est sicut ciuitas fortis, & multo magis tot ac tanti vinculo charitatis inter se iuncti, omnibus demonum restiterunt insidiis. Non opus est vltiori demonstratione & sermone, quod Paulus discipulis deuinctissimus fuerit, qui & catenatus sollicitus pro eis erat, & quotidie moriebatur. Quod autem discipuli Paulo viciissim magno studio deuincti fuerint, & non solum viri, sed & mulieres, audi quid dicat de Phoebe: Commendo autem vobis Phoeben sororem, quae est ministra ecclesiae Cenchreensis, ut illam suscipiantis in Christo, sicut decet sanctos, & assitatis ei in quocunque vobis eguerit negotio. Nam & haec cum multis affuit, tum & mihi. Et haec quidem quod officiose eum adiuerit, magnū accepit testimonium. Priscilla autem & Aquila etiam mortem pro Paulo adierunt, de quibus sic scribens inquit: Salutare Priscillā et Aquilā qui pro anima mea sua ipsorum ceterice supposuere. Et de alio quoq; his ipsis scribens dicit, qd appropriari usq; ad mortem, non

Rom. 14.

Rom. 16.

## 448 IN DICTVM APOSTOLI

non habita ratione vitæ , vt suppleret id quod vester erga me officio fuit diminutum. Vides quomodo amabant magistrum, quomodo suæ ipsorum animæ salutem illius præferebant ? & propterea tunc nullus eorum superabatur. Hæc autem dico, non ut audiamus solum, sed & vt imitemur: & non ad subditos solum, sed et ad principes sermo noster se protrahit: quod & discipuli frequens in magistros officium, & vicissim magistri eamdem quam Paulus erga discipulos amoris affectionem declarat. Etenim Paulus tam anxie omnium salutem curabat, perinde ac totus mundus sibi unica domus foret, neglegitq; suis vinculis, & plagiis, & afflictionibus, & pressuris, considerabat & inquirebat quotidie, quomodo res discipulorum se haberent; et sè propter hoc ipsum solum misit, nūc Timotheum, nūc Tychicum: nam de hoc quidem inquit, Ut sciat q; vos quæ ad me pertinent, quid agam: de omnibus certiores vos reddet Tychicus dilectus frater, & fidus minister in domino, quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognosceretis de rebus nostris. Et iterum aliis: De omnibus rebus meis certiores vos faciet Tychicus frater & fidus minister & consiliarius in domino, quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis quid agatis, & consoletur corda vestra. De Timotheo autem: Quapropter et ego non amplius ferens, misi ad hoc vt cognoscerem fidem vestram, ne quo pacto tentasset vos ille qui tentat, & inanis factus esset labor noster. Et Titum quoq; alio mittit, & alium iterum in alium locum. Atq; ipse vinculorum necessitate in uno sèpè loco detentus, visceribus suis adesse non poterat, ita discipulis suis aderat. Itaq; & tunc detenus in vinculis scribebat Philippensibus: Scire vos volo fratres. Discipulos fratres vocat. Tanta enim charitas est, vt abiiciat omnem inæqualitatem, nullamq; vel eminentiam, vel dignitatem sciat: sed etsi quis omnibus sit sublimior, adiutorumque humillimum omnium descendit: id quod & Paulus faciebat. Audiamus autem quid eos scire volebat.

## SIVE OC. SIVE VER. CHRI. AN. 449

bar: Qæ mihi acciderunt, magis ad profectum euangelij evenere. Quo pacto et quomodo dicoro? Num vinculis absoluere? Num catenam deponebas? Num impauide prædicabas in ciuitate, & in ecclesia multos & prolixos sermones faciebas de fide, suscepistiq; inde multis discipulis abibas? Num fusciabas mortuos, & admirationi eras? Num leprolos purificabas & obsequiebant omnes? Num dæmones fugabas? Nihil horum dicit, sed quid? & quomodo profectus euangelij factus est? ita ut vincula mea manifesta fierent in toto prætorio, & ceteris omnibus. Quid dicas? Hic profectus est, hoc incrementum, hoc prædicationis lucrum, quod omnes didicerunt te vinculum. Ita profectus dicit. Audi ergo sequentia, vt discas quod vincula non solum non sunt facta obstaculum, sed & magna fiducia materia: atq; adeò, vt plerique fratrū in domino freti vinculis meis, vberius ausi fuerint loqui impauide. Quid dicas? Paule! Non anxiatem, sed fiduciam insecerunt vincula: non timorem, sed amorem: non habent quæ sequuntur consequentia. Scio & ego. Neq; enim iuxta humanorum operū morem hæc contigerunt, ait: sed super naturā fiebant, erantq; diuinæ gratiæ opera, vt vnde alij anxxii, inde illi fidentes redderentur. Nam si quis capit constringi q; ducem, & fit hoc manifestum aliis, vertitur in fugam omnis exercitus. Et si quis pastorem abducit ab ouili, absq; timore abiguntur oves. A qui hic non ita evenit, sed per omnia secus. Dux vincetus erat, & fiebant alacriores milites omnes, maioribusq; animis & fiducia in aduersarios irrumpebant. Pastor constictus erat, & oves neq; auferebantur, neq; dissipabantur. Quis vidit? quis audiuit? e magistrorum aduersarioribus discipulos plus solati capere? Quomodo non timuerunt? quomodo non dixerunt Paulo, Medice cura temetipsum, libera teipsum à malis: & nobis quoq; consultum erit? Quomodo non dixerunt talia? quomodo? Erant edociti à gratia spiritus sancti, hæc non ex infirmitate, sed ex permissione

( FF Chri

## 450 IN DICTVM APOSTOLI

Christi fieri, ut magis effulgeat veritas, que per vincula & custodias, & afflictiones, & angustias crescentes, in altius fastigium erigitur. Etenim si vincula Pauli mentem decesserint, et timidoi reddidissent non mirum si & ipse, & qui eum accellissent, fuissent animi. Verum quia plus afferent, fiducia, & ad maiorem gloriam conduceant; magis obstupescendū est, & admirandum, quonodo per rem ignominiae plenam, gloria doctori conciliatur, & per terriculum mentum fiducia, & consolatio discipulorum crescit. Quis non obstupesceret, videntis illum catena circum datum, & dæmones fugere? Non diadema regis caput tam decorat, ut illius manus catena: non luna quidem natura, sed gratia in ipsis efflorescente, que magis consolabatur discipulos, videntes quidem corpus vinculum, linguam autē solutam, manus constretas, sermonem verò liberum, & in totum mundū citius, quam solis iubar percurrentem. Magna sane discipulorū consolatio erat, cū re ipsa disserent, nullam praesentium molestiarum grauem. Anima enim quando diuino amore & desiderio verè corripitur, ad nihil hufus vitæ se conuertit: sed sicut mente morti, contemnunt igne, & ferrum, & feras, & pelagus, & omnia: ita pñ furore quadam, maxime spirituali ac honestissimo insaniunt, deridentes omnia quæ vident. Et propterea discipuli videntes magistrū vinculum, exultabant magis & gaudebant: re ipsa declarantes aduersariis, quam sint vbiq̄ inuicti, & nullis mancipati Itaq̄ rebus sic habentibus, æmuli quidā Pauli, grauius bellum excitare, & tyrannum contra eum crudelius exasperare cupientes, simulabant & ipsi se esse prædicatores: prædicabantq̄ rectam ac sanam fidem, ita vt & doctrina Pauli magis increaseret. Hoc autem non ideo faciebat, quod fidem resētam seminare vellent: sed vt audiret Nero prædicationem crescere, & doctrinam inualescere, ut inde exasperatus, quamprimum Paulum in profundum demitteret, ac perderet. Itaq̄ duæ erant tunc doctrinæ, una discipulorum Pauli, altera inimicorum eius;

illis ex

## SIVE OC. SIVE VER. CHRI. AN. 451

illis ex veritate, his ex odio & contentione in Paulum, prædicantibus, & hoc manifestans docebat: Alii quidem, inquit, propter inuidiam et contentionem Christum prædicant, inimicis illis designatis; alii autem bona voluntate, quo discipulos suos intelligit. Deinde iterum de illis inquit: Alii quidem ex contentione, nempe inimici, non casti, non candi de prædicantes, sed existimantes addere se afflictionem vinculis meis: alii contrā ex charitate, & hoc quoq; de fratribus illis suis dicit: sc̄iētes quod in euangelii defensione in constitutus sum. Quid ergo? At tamen quouis modo, siue per occasionem, siue per Veritatem Christus tamen annuntiatur. Atq; ita frusta & vane verbum hoc pro hæresibus assumitur. Nam qui tunc prædicabant, non dogma corruptum prædicabant, sed fidem sanam & rectam. Quod si adulteratam doctrinā prædicassent, & alia q̄ Paulus docuerat, non vtiq; euensisset quod volebant. Non volebat autem aliud, q̄ vt aucta fide & multiplicatis discipulis Paulus a Nerone in grauius periculū adduceretur. Quod si alia q̄ Paulus prædicassent, non vtiq; discipulos Pauli multiplicassent: et si non plures fecissent, neq; exasperasset tyrannum. Igitur hic non dicit, quod corruptas doctrinas introducant: sed q̄ causa propter quam prædicabant, non fuerit syncera. Aliud enim est occasionem prædicationis non causa: & aliud, non esse prædicationem sanam. Nam prædicatio quidem non fit sana, quando erroris continent dogmata. Occasio autem non fit sana, quando dogma quidem sanum est, prædicantes autem non propter Christum prædicant, sed vel ad inimicitias, vel ad aliorum gratiam.. Proinde non dicit, quod hæreses introduixerint: sed quod non obrectam occasionem, neque ob pietatem prædicauerint id quod prædicauerunt. Quandoquidem hoc non faciebat ad incrementum euangeli, sed vt Paulo infesti essent, & in maius periculum eum adduxerent, & propterea illos arguit. Cæterum vide quomodo diligenter hoc posuit. Existimantes, inquit,

FF 2 afterre

afferre vinculis meis: non dixit, afferentes vinculis  
meis: sed, existimantes, hoc est putantes quod affe-  
rant: insinuat, quod licet illi sic opinentur, non tamen  
ipse sic afficiatur, quin potius ob euāgelii incremen-  
tum gaudeat, unde adiecit, dicens: *Et in hoc gaudeo,  
quoniam et gaudabo.* [Quid enim, si etiā semetipos per-  
dunt illi, ex odio mei hoc facientes, dummodo &  
quae mea sunt iniusti augeat? Vides quanta erat Pau-  
lus virtus, quomodo nullis diaboli versutis capieba-  
tur, & non solum non capiebatur, sed & ipsum la-  
queis suis apprehendebat? Nam licet multiplex es-  
set & diaboli versutia, et ministrorum eius maligni-  
tas, qui prædicabant quasi idem saperent quod Pau-  
lus: qui tamen sapientes in versutia sua apprehe-  
dit, non permittebat hoc fieri. Proinde Paulus hoc  
*Philip. i.* tunc declarans, dicebat: Manere quidem in carne,  
necessarium magis propter vos, & hoc certò scio,  
quod mansurus sum, & cum omnibus vobis permane-  
surus, in veltrum profectum, & gaudium fidei. Illi  
enim præsenti quidem vita eiicere me cupiunt, &  
propterea sustinent omnia: Deus autem non permit-  
tet propter vos. Hæc igitur omnia diligenter serua-  
te memoria, vt eos qui simpliciter, ac temere scri-  
pturis, ac cum perniciose proximi vtuntur, omni cum  
sapientia corrigerem positis. Poterimus autem & dis-  
citorum meminisse, & alios corrigerem, si ad preces  
semper cōfugiamus, & oremus deum, vt det sermo-  
nem sapientiae, & intellectum auditus, certamq; &  
indeprædabilem huius depositi custodiam. Sæpe  
enim contingit, vt quæ studio nostro corrigerem non  
possumus, ea per preces efficere valeamus, per pre-  
ces, inquam, perpetuas. Semper enim orandum est,  
& in afflictione & prosperitate, & tam ei qui in tri-  
bulationibus, quam qui in bonis. Et illi quidē, qui  
in bonis & prosperitate, vt immota hæc maneant,  
& non transferantur: huic autem, qui in angustiis,  
& afflictione, vt benignam eorum vicissitudinem  
sentiat. In tranquillitate es, ora deum vt ipsa tibi tran-  
quillitas stabilis maneat. Tempestatem vides gra-  
uem,

nem, ora deum vt auerterat ipsam, & ex ipsa tranquil-  
litatem faciat. Exauditus es, gratias age, quod  
exauditus es. Non exauditus es, persevera vt exaudi-  
aris. Et si differt aliquando dominus, non id odio fa-  
cit, neq; te auersatur: sed differendo, diutius te secum  
seruare vult. Sicuti & patres filios indulgetius amā-  
tes, quod illos diutius apud se detineant quos desideres  
vident, dedita opera, morantur aliquid daturi. Ceterum  
non opus tibi patronis apud deum, neq; mul-  
to discursu, vt blandire alis: sed licet solus sis, pa-  
tronos careas, & per teipsum deum preceris, omni-  
no tamen voti compos eris. Neq; enim tam facile  
deus annuit, cum alii pro nobis orant, vt cum ipsis  
met oramus, etiam si plurimis pleni simus malis.  
Nam & hominum, quos valde exulcerauimus, ira  
quiet, si diluculo & meridie, & vesperi apud  
eos compareamus, atq; cum illis continua ac humili  
confuetudine conuersemur: & multo magis apud  
deum, si freques fueris: licet indignus sis, dignus ta-  
men eris: quoniā & indignus diutina familiaritate  
dignus fieri potest. Porro tria hæc, nempe quod  
indignum frequens conuersatio dignum reddat: &  
quod deus magis annuat, si per nos ipsos oremus, q  
si alii orient: & quod dando sæpe differt, non vt nos  
vacuis manibus amandet, & animo hæsitabundo  
relinquat, sed vt bonorum maiorum nobis causa si-  
at: Tria hæc, inqua, ex parabola hodie nobis lecta,  
manifesta facere tentabimus. Accessit Chananæa  
Christum pro filia orans, quæ a dæmone agitaba-  
tur, & clamans contenta voce, ait: Miserere mei do-  
mine, filia enim mea male a dæmone torquetur. Ec-  
ce alienigena mulier & barbara & extranea à Iudæ  
orum iurisdictione. Et quid aliud erat, quam canis,  
& indigna quæ voti compos fieret? Noli enim ho-  
nestum est, inquit, vt accipiat panis filiorum, &  
obiciatur canibus. Attamen precum frequentia di-  
gna facta est, non solū vt inter filios recenseretur que-  
nat canis, sed & vt multis laudibus honestata, di-  
mitteretur. Dixit enim: O mulier magna est fides  
*Mat. xv.*

## 454 IN DICTVM APOSTOLI

tua. Quoniam autem Christus dixit, Magna est fides tua: nulla opus est demonstratione, & inquisitione vltiori de mulieris huius gloria. Vides quomodo mulier, quae indigna erat, ex assiduitate facta est digna? Vis discere, qd etia per nos ipsos orantes apud deum plus efficimus, qd dum alii pro nobis orant? Clamauit hæc: & vt accesserunt discipuli, dicunt: Dimitte eam, quia clamat post nos. Et ad illos quidem dixit: Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel. Quando autem ipsamet accessit, & per se ueruit clamans, & dicens: Domine, Etiam: Nam & catuli edunt de mensa dominorum suorum: tunc beneficium dedit, & ait: Fiat tibi sicut vis. Vides, quomodo repulit, cum alii precarentur: vbi vero ipsamet orans pro dono clamauit, annuit ei. Illis enim inquit, Non sum missus nisi ad oves, quæ perierant domus Israel: huic autem dicit, Magna est fides tua, fiat tibi vt vis. Similiter ab initio & ad ingressum petitionis nihil respödit: vbi autem semel & iterum, & tertio accessit, tunc deniq; beneficiū concessit. Et in fine docet, quod dare distulerit, non vt eam repeleret, sed vt patientia mulieris omnibus monstraret. Nam si propter repulsa distulisset, neq; tarde ei dominasset, & nos minime agnouissemus mulieris ab initio usq; ad finem fortitudinem. Dimitte eam, inquit, quia clamat post nos. Vos auditis vocem, ego mente video, scio quid dictura sit. Nolo thesaurum mentis sue occultum permanere, sed expecto & sileo, vt manifestetur, & omnibus clarus fiat. Cum haec omnia non ignoremus, post hac, licet peccatores simus, & indigni in quos conferatur beneficia; licet soli sumus, & intercessoribus careamus, ne deficitiamus oratio, ne despodeamus animum: scientes, magnū apud deum patrocinium esse per semetipsum magna alacritate ad deum contendere: quāuis autē differat, & ceteret vt largiatur, neq; sic recedamus. scimus enim, qd misericordiae, magnæ erga nos clemētē est ita differe et tardare. Si ita senserimus, animaq; dolente et seruida, ac excitata, & tali quali ad ipsum Chan-

nata

## DE DORMI. NOLO VOS IGNO. 455

pæ accessit, etiamsi canes simus, grauibusq; in peccatis, & nostra amoliemur mala: tantumq; fiducia accipiemus, vt aliis quoque patrocinari possimus: quemadmodum Chananea hæc, non solum ipsa fiduciam, et multas laudes consecuta est, sed & filiam intolerabilib. molestiis eripere potuit. Nihil enim, nihil, inquam, precatione ignita et sincera validius est. Ipsa enim & præsentia mala dissoluit, & a futuri poenitentiis eripit. Ut igitur & præsentem vitam faci huius transfigamus, et ad iudicium fidentius migremus, multo studio alacritateq; fedula precibus vacemus. Nam sic & reposita bona obtinere poterimus: quæ nobis omnibus per gratiam et misericordiam suam concedat dominus noster Iesu Christus, cui cum patre, & sancto spiritu sit gloria, imperium, & honor, in secula seculorum. Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN DIS  
Ctum Apostoli, De dormientibus nolo vos ignorare fratres, vt ne ligemus. Tum de lobis Abrahæ.

1. Thes. 4

**D**iles quatuor consumpsimus in Lazari parabolam vobis explicanda, thesaurum exantlasses eum, quem in exulcerato corpore reposatum intenimus: non aurum quidem aut argentum, aut lapides pretiosos, sed religionem, fortitudinem, perpectionem, ac patientiam multam. Quemadmodum enim fluxi caducis thesauri extrinsecus spinas habent, & tribulos, & terram asperiorem, si vero quis interius effoderit, magnæ diuitiae emerunt. Sic & in Lazaro visu venit: foris vulnera, iustus diuitiae inestimabiles: languens corpus, mens geroa & alacris, in quo illud Apostoli explebatur: Quantum externus homo corrumpitur, tantum interior homo renouatur. Et poteram quidem hodie in eadē parabola versari, & cōtra hæreticos pugnare, qui vetus testamentum vituperant, qui patriarcha reprehendunt, qui cōtra opificem omnium deum linguas exacuunt. Sed ne nimiam satietatem adferat oratio, has disputationes in aliud tēpus reconsumam: & nunc age ad aliud argumentum orationem

2. Cor. 4

FF 4

tra

## 456. IN DIGTVM APOSTOLI

traducamus. Nam & mensa si vnius modi sit, satietatem facit; varietas autem perpetuam excitat appetitentiam. Ut igitur hoc in oratione fiat, longo iam intervallo ad diuinum Paulum reuertamur. Etenim opportune nobis hodie locus Apostoli legitur, & admodum cum superioribus coherent ea, que nunc dicturi sumus. Audiuitis ergo personantem Paulum & dicentem: De dormientibus nolo vos ignorare, vt ne lugeatis quemadmodum reliqui, qui spem non habent. Ille euangelicus de Lazaro neriuus fuit: hec apostolica vox est, sed unus utriusque concentus est. In illa enim parabola multa de resurrectione, multa de iudicio futuro tractabamus, & nunc in idem nos argumentum oratio haec iterum deduxit. Nam si hunc apostolicum locum effodiamus, eundem quoque hic thesaurum inueniemus. Tum enim oratio nostra omnis in hoc consumebatur, vt auditores doceret, nihil humanarum rerum splendidum putandum: Sed ulterius spe progrediendū, illam iudicis sententia, iudiciū formidabile, iudicem severum, animo quotidie sequendum. Hęc eadem Paulus hodie illis verbis consulit. Sed attendite: De dormientibus nolo vos ignorare fratres, vt ne lugeatis quemadmodum reliqui, qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesu mortuus est, & resurrexit: Sic & deus eos qui per Iesum dormiunt, ducet cum eo. Hoc primum autem ad cognoscendum dignum inquisitione est, cur cum de Christo loquatur, illius exitum ē vita, mortem appellat: vbi autem de nostra morte loquitur, somnum eum, & non mortem nominet. Non enim dixit de mortuis: Quid igitur de dormientibus: Et paulo post: Sic & deus eos qui per Iesum dormiunt, non eos qui per Iesum mortui sunt, ducet cum illo. Et rursus: Nos qui vivimus, qui relicti ad aduentum Christi sumus, non anteuertemus eos qui dormierunt. Ne hic quidem mortuos dixit, sed ter ibi mentionem eius faciens, ter morte, somnum appellauit. De Christo non item: vt, Si enim credimus quod Iesu mortuus est: non dixit dormiū, sed mortuus est.

At qua

## DE DORMI. NOLO VOS IGNORARE. 457

At qua de causa Christi mortem dixit, nostrum autem somnum? Non enim temere nec absurde, sed aliquid magnū, graueque moliens hac verborum observatione vsus est. De Christo loquens, morte appellauit, vt passio ipsa fuisse credatur: de nobis autem somnum dicit, vt interiore nostrū consoleretur. Causam enim unde processit resurrectio, fidenter appellauit mortem. Vbi vero in spe totum est positum, somnum eum nominat, & ipso nomine nos consolatur, bonamque spem inicit. Qui dormit enim, omnino resurgit: & nihil aliud mors est, nisi somnus longus. Ne enim hoc obiciatis, neque audire, neque loqui, neque videre, neque sentire mortuum: neque enim ista facit qui dormit. Si autem necesse sit aliquid admirabile recere, audi nunc iam. Dormientis anima etiam quodammodo dormit, mortui autem vigilat. At mortuus, inquis, putreficit & corruptitur, & puluis cinisque efficitur. Quid tum amices? Propterea magis gaudere oportet. Nam domum antiquam & ruinam exaedificatur aliquis, habitatores domus primo amandat, deinde aedificium diruit, & aedes magnificentiores extruit: Quae res habitatores non exactuciat, sed multo magis reccat. Non enim in praesentem ruinam intuentur, sed futurum & minime adhuc aspectabile aedificium animo sequuntur. Sic & deus facturus, corpus nostrum dissoluat, & animam illud incolente quasi domo educit, vt magnificientiorem domum extrenueat, maiori cum gloria eam puluis introducat. Non igitur in hanc quasi ruinā, sed in futurum splendorem cogitationem defigimus. Si enim statuam quis habet tempore & rubigine exesam, & multis partibus comminutam, constringit eam & in fornacem iniicit, & accurate liquefaciens imaginem illustriorem facit. Quemadmodum autem haec in fornace dissipatio, non deletio statuę, sed renouatio est: Sic nostrorum corporum dissoluto, non exitum sed redintegratio est. Quando igitur videris, quasi in fornace, defluentem carnem atque putrescentem, ne in hoc aspectu consistas, sed

FF s confia-

confaturam ante oculos pone. Neque hac mensura contentus esse debes; vltius progrediendum tibi est. Statuarius enim æreum fundens corpus, non au ream, aut immortalem statuam, sed æream rursum facit: Deus autem contra, mortale & terrenum ini ciens corpus, auream & immortalem facit imaginem. Terra enim caducum & concretum corpus ac cipiens, immortale & sincerum idem reddit. Non igitur in hinc clausis iam luminibus, sine voce iacentes, sed in illi resurgentem, gloriam inenarrabilem, stupen dam, atque admirabilem iam percipientem, intuearis: & a præsenti rerum aspectu, ad futuram spem, in telligentiam traducito. At cõfuetudinem illius desideras: et propterea luges ac lamentaris. Sed hoc ve hemeter absurdum est. Si enim sponsus aliqui filiam in matrimonium copulaueris, deinde ille eam abducens, in longinquam discesserit regionem, atq; ibi in omnium rerum abundantia viuat, nequaquam hoc molestie feres, sed dolorem quem ex absentia eius diuturnitate capis, prosperitatis illius communis fama mitigas. Nunc autem non homine, non seruo aliquo ac cipiente, sed ipso domino requirente quem debet, mores ac lamentaris. At cum homo sum, inquis, non possum non lugere. Neque ego hoc volo. Non enim mœrorum, sed mœroris magnitudinem auferre cupio. Mœrere enim naturæ est: ultra modum hoc facere amentia est, delirationis est, effeminatio ambi est. Luge, lachryma, sed ne indigneris, ne molestie feras, gratias age deo accipienti, ut exornasti, & accipientem gloria affecisti, & tibi ipsi cõmodasti. Lachrymare igitur: Sed vt dominus Lazarus, qui norma nobis & regulâ, & certos mœroris fines constituit, extra quos egredi non oportet. Sic & Paulus dixit: De dormientibus (inquit) nolo vos ignorare, vt ne lugeatis quemadmodum reliqui, qui spem

T. Theff. 4.

non

non habent. Luge, inquit, sed non vt Græcus qui resurrectionem abiicit, qui de futura vita desperat. Erubesco, mihi credite, & non parum animo cõmōneor, cum in foro videam cœtus mulierū immodestos, capillos vellentes, brachia incidentes, genas la cerantes, & in Græcorum conspectu hæc facientes. Quid non loquentur illi, quid non iactabunt de nobis? Hi sunt qui resurrectionem mortuorum tam certe statuunt? Admodum: sed non cum dictis facta cōsentunt. Verbis resurrectionem defendunt, re ipsa quod desperati solent, faciunt. Si considerent isti resurrectionem esse, nequaquam ista facerent. Si persuasi essent ad meliorem illam sortem abiisse, non lugerent. Hæc & istis multo plura infideles dicunt, cum luctus istos audiunt. Pudeat nos igitur, & modestiores simus, & ne tantum tum nobis ipsis, tum his qui non intuentur, accersamus noxam. Dicito vero cuius causa eū qui è vita exierit, tantu defles? Num malus eras? Atqui propterea gratias agere oportet, q; præcisa iam est omnis improbitas illi. Sed bonus & modestus fuit? Propterea gaudere oportet, quod ante abreptus sit, quam improbitas illius cogitationem mutauerit, & ad eum locum abierit, ubi florens perpetuo erit, & conuersione rerum nullam ne suspicari quidem debet. Sed iuuenis fuit? Ideo deum qui accepit gloria afficio, quod tam cito illum ad meliorem sortem vocauerit. Senex est? Propterea etiam gratias age, & deum qui accepit gloria afficio. Pudefaciat igitur te luctus tui, efferendi modus, Psalmorum cantiones, orationes, patru con ventus, multitudo fratrum magna, non vt fleas, vt lamenteris, vt indigneris, sed vt deo accipienti gratias agas. Quemadmodum enim eos qui ad magistrum aliquem vocati sunt, permulti solet bonis verbis prosequi: Sic & discedentes sanctos, nempe ad maiorem dignitatem accersitos, omnes bonis verbis prosequantur. Mors enim requies est, studiorum & curarum ad vitam pertinentium vacuitas. Cū igitur videris aliquem tibi coniunctū ex hac vita discedentem,

tem, ne moleste feras. Sed cū dolore punctus fueris, tu te collige, conscientiam tuam inquire, considera q̄ etiam te paulo post idem manet exitus. Moderare tibi, & ex alterius morte timorem cape, socordia omnem præcide, facta tua animo répete, errata corrigē, quam optimam facito mutationem. Hoc enim discamus ab infidelibus, quod iudicia de rebus alia quam illi habeamus. Aspicit cœlum infidelis, et adorat, deum enim esse putat: videt terram & colit, & in res mortales inhiat. Nos, cōtra, cœlum videntur, & cœli opificem admiramus. Non enim deum esse, sed dei opus credimus. Video vniuersi huius opificium, & eo, quasi manu, ad opificem ducor. Videt diuitias infidelis, & inhiat animo, atq̄ obstupefici. Video diuitias ego, & irvideo. Videt paupertatem ille, & fler: Video paupertatem ego & exulto. Alter ego intueor in res, aliter ille. Ita & in morte facimus. Videt cadauer ille, & putat cadauer esse: Vido cadauer ego, somnum, hanc mortis partem esse puto. Et quemadmodū in literis sit, vt eisdē oculis contemplenur literas, tum periti, tū imperiti, non tamen eadē cū intelligentia. Imperiti enim omnino putant literas eas esse, quæ visu tenentur: periti autē multo cum artificio subiectam sententiā colligunt. Ita & in rebus ipsis: isdem oculis res mortales videntur, non tamen eadem intelligentia & mēte. Quod igitur in rebus aliis omnibus ab illis dissidemus, in hac iam de morte cōgruemus sententia? Cogita ad quem abit, & cape consolationem: vbi Petrus, vbi Paulus, vbi sanctorū cœtus omnis est. Cogita quo modo resurget, quanta cum gloria & splendore. Cogita quod lugendo, et lamentando, quod lachrymis nihil proficies, & ad extremum te ipsum laudes. Cogita hoc si feceris, quorum exemplum habes, et peccati societate luge. Quos igitur imitaris, quos emularis? Infideles & non habentes spem: quemadmodum Paulus dicit: Ut ne lugeatis quemadmodum cæteri qui spem non habent. Et attendite, quam accurate loquitur Apostolus. Non dixit qui nō habet spem

Thess. 4.

spem resurrectionis, sed omnino, qui non habent spem. Qui enim spem illius iudicij nō habet, nullam spem habet, non modo diuinæ in rebus humanis prouidentiæ, sed ne iustitiae quidē diuinæ, quæ ad modum ea omnia perlustrat. Qui hoc nō videt, qui hoc non iudicat, belua quavis immanior est, & leges, iudicia, instituta, atque ad eos bona omnia ē propria ex pellit mente. Qui enim non factorū suorū se ratione redditum expectat, omnem virtutem fugit, nequitiam omnem persequitur. Hæc ergo animaduertentes, & Grecorum, quos lamentando imitamus amētiam, stuporemq; reputantes. Fugiamus hanc cum illis societatem. Propterea & Paulus illorum saepe mentionem fecit, vt ignominia considerans in quā incidiſ, ab illorum communitate tēperes, & ad propriam nobilitatē reuertaris. Neq; hic solum diuus Paulus, sed saepe, sed assidue hoc facit. Quādo enim nos a peccatis discedere vult, cū quibus per peccata consociemur, demonstrat, vt personæ moribus modeamur, & societatem illius deuitemus. Thesaloniani censibus autem scribens, sic ait. Vnusquisq; corpus vestrum possidete in sanctificatione & honore, nō in passione ignominiae, quemadmodū gentes quæ non nouerunt deum. Et rufus. Non quemadmodū reliquæ gentes ambulant in inanitate cordis sui. Sic & in hoc loco: Nolo vos ignorare fratres de dormientibus, vt ne lugeatis quemadmodum cæteri, qui spem non habent. Non enim rei natura, sed animi nostri propositum: non mors discedentis, sed imbecillitas lugentis, nos vexare consuevit: Fidelē enim nullæ res presentes vexare possunt, sed ante percepta futura bona, in præsenti hoc vitæ curriculo, longe differt ab infidelibus. Non enim parva reportat ē Christi religione bona, sed maximū ex eo percipit fructum, tranquillitatem, & perpetuam lætitiam. Itaque Paulus dicit. Gaudete in domino semper, ceterū dico, gaudete. Ante resurrectionem enim non existimamus non incidemus, sed futurorum spe, consolationem

Thess. 4.

Epbes. 4.

Pbilip. 4.

## 462 IN DICTVM APOSTOLI

lationem in præsenti magnam habemus. Quemadmodum ergo vtrinq; nos lucrifacimus, sic vtrinq; infidelis incōmodatur, tū quia postea punitur q; resurrectione esse non crediderit, tum quia præsenti rerū perturbatione cōsternatur, cum nullū expectet post hac futurum bonum. Non ergo propter resurrectionē solum, sed etiā propter resurrectionis spē, deo gratias agere debemus, quæ afflictam potest consolari animam, & quasi resurrecturos etiā & cū Deo futuros de reliquis rebus nos animare potest. Nā si lugere ac lamentari oportet, eos qui in peccatis visunt, non eos qui cum virtute discedunt, deflere ac lamentari oportet. Sic & Paulus fecit. Ad Corinthios enim scribens, inquit. Ne quando me ad vos ve[n]ientem humiliet deus, & lugeam multos ē vobis, nō mortuos quidē, sed qui ante peccauerūt, quosq; non penitet intemperantiae & impuritatis quā pa[tr]auerunt; hi certe lugendi nobis sunt. Sic & alius

3.Cor.12.

præcepit, dicens: Defle mortuum, deficit enim illū lumen; & defle stultum, deficit enim illum intelligētia. Parum defle mortui, quia requieuit. Stulti autē morte vita est deterior. Quod si qui intelligētia prouatur, omnino luctu prosequēdus est: multo magis is, qui iustitiae inanis est, & ab hac diuinitus profecta spe excidit. Hos lugeamus, hic enim luctus luctum apportat: Nam istos cum lugetus, sāpē emendamus: discedentes lugere tum inane, tū inutile est. Non ergo lugendi morem deponamus, sed peccatū solū lugeamus. Reliqua enim omnia, siue paupertas, siue egritudo, siue mors immatura, siue fraus, siue calamita, seu aliud quid rerum humanarum incidet, generose omnia perferamus. Hæc enim mala, si temperantes simus, maioris coronæ & gloriae matrīa esse possunt. At quomodo inquis fieri potest, vt homo nō lugeat? Huic ego contrarium quāro: quomodo fieri potest, vt qui ratione, & oratione, & rerum futurarum spe est prædictus homo, lugeat? At quis est inquis, qui hac perturbatione non intendū vextetur? Multi inultoties tum apud nos, tum apud

maiores

## DE DORMI. NOLO VOS SIGNO. 463

maiores nostros. Job enim cum vniuersa liberorum turba perislet, audi quid dicar: Dominus dedit, dominius abstulit; qui madmodum domino placuit ita factū est. Admirabilia hæc sunt cum audiuntur soli, si vero occurrate inquiras in illa, cum magis admiraberis. Considera enim diabolum nequaquam dimidios liberos cepisse, & dimidios reliquississe, neq; plures cepisse, et pauciores reliquississe: sed totum via demississe fructum. & arborem non detecisse, vniuersos maris concitasse fluctus, & nauem non submersisse: omnes copias eduxisse, & turrim non disturbauisse, sed stetisse vindique impetum, & immotum mansisse Iobum. Tempestates adhibebantur telorum, & non cōsternabatur, imò vero coniiciebantur, sed non vulnerabatur. Cogita quāti sit, tot liberos pereentes videre. Quid vero nō satis ad animum arrodendum fuit, omnes direptos esse: omnes confertim uno atq; eodem die, in ipso zetatis flore, multa virtute abundantes, hoc supplicij modo sibiire vitam: post tot clades, hanc extremam esse obiectam indulgentem patrem fuisse, exoptatos fuisse: se discedentes liberos! Cum enim perditos quis amittit liberos, ærumna hac commonetur animus, sed non tanto cum feroce ardēt. Improbitas enim exentium ē vita hominum, acriores morsus dolorum non efficit. Quando autem honesti sunt, altum vulnus, eternam memoriam, exitiale malum, duplices stimulos adfert, alteros naturæ, alteros virtutis ē vita excedentis. Fuisse autē istos cū primis honestos, ex hoc satis liquet: multa in illis educādis pater posuit industria, & hostias pro illis immolabat, etiam ab absturdis illorū peccatis veritus. Nihil enim illi hoc educandorum filiorū studio lōgius aut antiquius fuit, quæ res non filiorū modō virtutem demonstrat, sed patris quoq; indulgentiam. Cum igitur et pater fuerit, & rā indulgens pater, non naturæ affectionē modo, sed cautionē etiam demonstrans, & qui ē vita exierunt tam honesti erant, triplices admouebantur dolorū faces. Iam vero cū separatim abripiuntur,

Job.1.

untur, habet aliquam hic euentus consolationem, residuorum enim gnatorum desiderium, reliquorū mortuorū micerorem tegit, quando vero vniuersa caterua interit, quem aspicere potest is qui cū prius liberis abundabat iam orbus omnino existat? Hic iam quintam calamitatem recensere licet: quam tandem illam: quod cōfertim ē vita tollerentur omnes. Si enim quatuor aut quinq̄ diebus mortui fuissent, vxor & vicini omnes hoc maxime lamentatae esent, quod celeriter & de improviso ab illorum cōspectu abstraherentur. Multo igitur magis hic inge misceret, qui non diebus tribus, aut duobus, aut uno, sed hora vna omnibus ex aequo priuatus fuit. Expectatum enim diu malū, quanquam admodum intollerabile sit, præmeditatione tamen ipsa, leuius malum solet esse; quod autem præter opinionem de improviso contingit, intollerabile est. Quando igitur aliquid sua natura graue est, & præterea nec op̄ato oprimit, magnam id certē accessionem habet doloris. Hoc iam nunc igitur tecum cogita, quam intollerabile fuerit, & omnem exuperauerit doloris sensum. Vis & sextam calamitatem audire? In ipso ætatis flore omnes amisit. Scitis autem quem admodum immaturæ mortes non modo discrūcent, sed etiam varietatem doloris adserant: hæc autem non immatura modo, verum etiam violentia in it, vt hæc etiam septima ærumna haberí possit: Nō enim in lecto vidit illos anima agentes atque expirantes, sed ædium ruina oppresos omnes. Considera nunc quemadmodum quis hanc ruinam postea effodit, & interdum quidem lapidem extraxit, <sup>inter</sup> duni vero membrum alicuius ex illis, & manu vniā vidit phialam tenere, dexteram autem alterā in patinas iniectam, totius corporis figuram perimi, obtritis naribus, capite contuso, oculis exclusis, <sup>cetero</sup> bro disperso, toto corporis habitu vulnerum varietate deformato, vt non possit pater exoptatorum liberiorum concupitum aspectū internoscere. Hæc cū auditis, conturbamini & lachrymatis. Considerate igitur

igitur quis ille fuerit, qui hæc vidit. Si enim nos cā longo intervallo non possumus sine lachrymis trāgēdiā tam miserabilem auditione accipere, idq̄ aliena audientes mala: quis nam tandem, & quam adamantinus Job fuit, qui cum oculis illa cerneret, non in alienis, sed in suis propriis malis tam tempe rans fuit? Non enim indignabatur, sed ne tale quis dem quicquam voce usurpauit: Quidnam tandem hoc est? hæccine benignitatis met̄ est cōpensatio? Num ideo hospitibus domus mea patuit, vt libero rum meorū tumultū videam? Nū ideo omnem illis exhibui benevolentiam, vt illi talc̄ oppeterent mor te? Nihil horū non modo dixit, sed ne cogitauit qui dem: & post longā hætū rerū cogitationem omnia modeste tulit. Quemadmodum enim bonus statuarius, cum aureas conflat imagines, magna cum cura illas figurat, sic & ille conformando & temperando suam ipsius modiscauit mentem. Et quemadmodū laboriosus agricola, palinarum aut olearum stirpes rigat, munīt, circumsepit, & omni accurat modo: sic & iste non cessauit vniuersiisque animam quasi oleam quandam frugiferam, ad maius virtutis amplificare incrementum. Et mali spiritus irruptione stirpes non modo disturbatas, sed etiam ad terram adstrictas, & miserabilem vitæ sortitas exitum, cum vidisset, nullis v̄sus maledictis est: sed gratias deo agens, idoneam diabolo inflixit plagā. Sin dicas ille iūs qui multos habuit liberos, & alterius qui cuni vnicu habebat eum amiserat, non parem fuisse dolorē, recte loqueris, et ego assentior: nō enim equa lis, sed multo maior est Jobi dolor. Quæ est enim numerose sobolis vtilitas? Manifestiorem calamitatē, & acerborem micerorem creat hoc in plurimis corporibus vulnus acceptum. Sin alterum videre velles, qui, cum vnicum filium haberet, vel parem, vel maiorem etiam animi magnitudinem demonstravit: animo repeate patriarcham Abraham, qui Isaac filij moriente quidē non viderat, sed quod longe fuisse miserabiliusq; fuerat, ipse illum interficere

## 466 IN DICTVM APOSTOLI

mandabatur: & huic mandato non restitit, neq; mo<sup>re</sup> leste tulit, neq; huiusmodi veibis v̄sus est: Nu ideo me patrem fecisti, vt filij mei me sacerum facheres? melius fuisset initio non dedisse, q̄ hoc modo iterū abstulisse. At habere eum v̄is? qua de causa illum a me interfici, et dexteram sanguine inquinari iubes? Nou per hunc puerum me totum terrarum orbē impleturum receperas? Quales igitur fructus das, cum radices extrahis? Quomodo ne potes promittis, & filium trucidari iubes? quis talia vñquā vidit? quis talia audiuit? deceptus sum: circumuentus sum. Nō restitit imperanti, non rationem facti poposcit. Sed cum hoc audiuisset: accipe charum filium tuū que diligis Isaac, & offer filium tuum in uno ex montibus quem dixero tibi, tanta cum alacritate manda ta effecit, vt & plura quoque, si imperata essent, facturus fuisset. Nam & ab vxore hoc occultauit, & a seruis abdidit, ad montis pedem eos manere precepis, & solam secum hostiam capiens concendit; neque inuitus, sed multa cum alacritate mādata dei exequebatur. Cogita igitur quantum hoc sit, nēmō ne præsente, solum cum solo illum disputasse filio, cum ex eo magis animus concalcesceret, & veheme tior quidam amoris ardor, non vno iam aut altero die, sed pluribus diebus gigneretur. Celeriter enim confidere mandatū, permagnum et admirabile fuit, sed nō tam admirabile, quam, quod cum multis di es tentaretur animus illius, multa humana erga filium indulgentia vincebatur. Propterea enim & longius: quiorem locum vñctimæ, & interuallum disiunctio us deus constituit, vt athletam robustiorem cernes: etenim athleta reuera fuit non cum homine, sed cum naturæ ipsius imperio colluctans. Qꝫc enim oratio ante oculos ponere potest illius magnanimitatem: Adduxit filium, ligauit, lignis imposuit, gladium delinxit, in huncurus plágam erat. Quomodo ista dicam, aut qua ratione, nescio. Solus ipse nouit, qui hoc faciendum suscepit. Nulla enim oratio hoc ante oculos ponere potest. Quomodo enim non ob stupit

## DE DORMI. NOLO VOS IGNORARE. 467

stupuit manus: quomodo non neruorum robur elā gutt: quomodo non desiderabilis filij aspectus il lum commouit? Admiratione dignum autem est, etiam Isaac intueri. Quemadmodum enim Abraham deo, sic & iste patri obtemperauit. Et quemad modum ille deo iubente vt mactaret, non ratione poscebat: sic & hic patre constringente, & in aram offerente, non interrogavit qua de causa sic ficeret, sed paterno imperio subiectus fuit. Hic eundem pārem & sacrificium cernere erat, & hostiam sine crux ore oblata, holocaustum sine igne, mortis & resurrectionis figuram. Interfecit filium, & non interfecit. Non manu sed voluntate interfecit. Deus autem propterea iussit, non vt sanguinis effusionem vide ret, sed vt Abraham mentem tibi demonstraret, vt illius promptitudinem, in totius orbis meditullio celebraret, vt omnes ex eo doceret dei mandata, tum liberis, tum naturæ, tum rebus omnibus, tum ipsi etiam anime anteponenda esse. Descendit igitur viuentem huius rei testem Isaac habens. Quam igitur veniam huius rei impetrabimus? quam defensionem afferemus, si hunc tam præclarum virum, tanta cum alacritate videamus deo obtemperasse, ac omnibus in rebus illi cellissime, nos hoc ipsum molestie aut grauare feremus? Non igitur luctum, non calamitatis magnitudinem afferas, sed illud considera, quod hoc tam graui dolore superior ille fuit. Satis autem fuisse potuit dei mandatum ad illius mentem perturbandam, ad consciendum illum in anxietatem, ad præteritam fidem labefactandam. Quis enim præter Abraham ipsum non putasset dolum fuisse atque imposturam ea omnia, quæ de multitudo generis & nepotum à deo narrantur? Modestiam autem Job, & animi tanta in calamitate moderationem, nihilominus quis admirari debet, quod homo tanta virtute, post tot eleemosynas, post tantam humanitatem, cum nihil sibi, nihil libenter mali conscient, cum tantam calamitatem, tam nouam, tam inexpectatam, eamq; quæ ne in

## 468 IN DICTVM APOSTOLI

sceleratissimos quidem homines conueniebat, oculis usurpasset: neque fecit quod vulgus hominum solet, neque virtutem infructuosam iudicauit, neque male præterita vita consultum esse arbitrabatur. Itaque utrumque horum non laudare modo, sed illorum virtutem imitari atque emulari oportet. Sed dicit aliquis: At illi admirabiles viri erant. Certe admirabiles, & magui erant. A nobis tamen maior queritur religio quam ab illis, qui antiquam viuendi formam sequebantur. Nisi enim abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum aut pharisaorum, non ingrediemini in regnum cœlorum. Omnino igitur moderatione vtamur, & hæc atque ea, que de resurrectione, & de sanctis istis dicta sunt, animo repetentes, perpetuo mentes nostras tranquillemus: non modo cum incertor obiectus nobis est, sed etiam cum vacui ab omni dolore sumus. Ego itaq; cum nemo molestia aliqua angitur, nunc verba de his feci, vt quando in aliquam calamitatem incidimus, horum recordatione freti, permagnam consolacionem capiamus. Milites enim in rebus pacatis, res bellicas meditantur, vt pugna ingruente, & temporibus peritiam requirentibus, oportune artificium suum demonstrent, si in rebus tranquillis diligenter se exercuerint. Nos igitur tum arma, tum medicinam, rebus iam pacatis, præparemus, vt si quando perturbationes rerum graues, vel temeræ, vel dolores inuidant, armati bene, & vndeque aduersus omnes insultus diaboli stipati, multa cum peritia illa depellamus, & recta ratione, verbo dei, honorum exèplis, omni denique via nos muniamus. Sic enim poterimus & præsentem vitam cum tranquillitate degere, & regnum cœlorum in Christo Iesu participare: cui cum patre & spiritu sancto sit honor, & imperium, in secula seculorum,

A M E N.

MISSA

469

Missa sancti Io-  
ANNIS CHRYSOSTO.

MI SUPRA COMPLURES ANNOS AB  
Erasmo Roterodamo in gratiam Epi-  
scopi Roffensis, versa.

ORATIO QVAM DICIT SACERDOS, PRIVVS  
quam ingrediatur templum ubi sacrificat.



Omine Deus noster emitte manum tuam de sancto habitaculo tuo, & corroborata me ad propositum ministerium tuum, vt citra condemnationem afflstant metuendo altari, & immaculatum sacrificium peragam, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

¶ Oratio quam dicit sacerdos, cum ingreditur.  
Introibo in dominum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo Domine, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

¶ Hæc ubi dixit, osculatur mensa quater in figura crucis, & accipit sticharium, id est, mean vestem, dexteram manu: & osculatur, ac benedicit eam.

Exultet anima mea in Domino: induit enim me vestimentum salutis, & tunicam letitiae, circumposuit mihi mitram, & tanquam sponsum adornavit me decore nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

¶ In ceruicale.  
Dominus regnauit, decorè indutus est: indutus est dominus virtutem, & circuncinctus est nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

¶ In cingulum.  
Accingere gladio tuo super fœmoribus tuis po-

GG 3 tensa

470 MISSA B. IOAN. CHRYS.

tens: specie & pulchritudine tua, & intende, & prospicere, & regna propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

*Oratio pallii.*

Sacerdotes tui domine induentur iusticia, & sancti exultationem exultabunt nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Ad primam sublationem.*

Tanquam ouis ad mactationem ductus es Christe rex, & tanquam agnus coram eo qui totundit se murus, sic non aperuit os suum. In humilitate illius iudicium eius sublatum est. Generationem autem eius quis enarrabit?

Sacrifica domine agnum: quoniam tollitur de terra vita illius.

Immolatur agnus dei, qui tollit peccatum mundi.

*Ad secundam sublationem.*

Precibus domine eius quæ genuit te deipara & semper virginis Mariæ, sanctarū omnium potestatum spiritualium, pretiosi prophetae præcursoris ac Baptiste Ioannis, sanctorum gloriosorum Apostolorum, & sancti Nicolai cuius & memoriam celebramus, miserere & serua nos.

*Benedictio tertiae sublationis.*

Memento domine augustissimorum & dei observantium regum nostrorum: Memeto domine spiritualis nostri patris, & totius in Christo fraternitas nostræ, & omnium qui præmigrarunt e vita, patrum & fratrum nostrorum.

*Ad infusionem vini.*

Et unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis.

*Et addens aquam dicit:*

Et aqua, & qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius.

*Diakonus.* Dominum obsecremus.

*Oratio mystica.*

Domine deus noster qui obtulisti te ipsum agnū irrepre-

MISSA B. IOAN.. CHRYS. 471

irreprehensibilem, pro mundi vita, respice ad nos, & ad panem hunc, & ad potulum hoc, & fac illum immaculatum & pretiosum tuum sanguinem in transumptionem animarum & corporum: quoniam sanctificatum est & glorificatum pretiosissimum & augustum nomen tuum patris, & filij, & spiritus sancti.

*Oratio thymiamatis.*

Thymiamata offerimus in cōspectu tuo Domine deus noster in odore benevolentia spiritualis, quæ accipe domine in sanctum & supercelestē & intellectuale sacrarium, ac vicissim mitte nobis diuites misericordias tuas bonas seruis tuis, qui inuocant nomen tuum sanctum: quoniam glorificatum et sanctificatum est pretiosissimum & augustum nomen tuum patris, & filij, & sancti spiritus.

*Ad discum.*

Operuit cœlos virtus eius, & laudis eius plena est terra.

*Cum tetigit calicem.*

Dominus regnauit, decorum indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & praecinxit se.

*Dum mittit nebulam.*

Et nebula lucida obumbravit eos. Verbo Domini cœli stabiliti sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Oratio ad oblationem cum ponuntur sacra priusquam inferantur ad altare: qui locus est in sinistra altaris.*

Deus deus noster, qui coelestem panem alimoniam totius mundi Dominum nostrum Iesum Christum & Deum emisisti seruatorem, & redemptorem, & beneficium benedicentem ac sanctificantem nos, ipse benedic oblationem hanc, & accipe eam in supercelestē tuum sacrarium. Memento: quippe bonus & humanus, eorum qui intulerunt, & per quos intulerunt. Nosq; sine condemnatione serua in celebrationē diuinorum tuorum mysteriorum: GG 4 quoniam

472 MISSA B. IOAN. CHRYS.

quoniam benedictum est, & sanctificatum est, & glorificatum est pretiosissimum et augustum nomine tuum patris & filii, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

*Deinde venit Diaconus, & accipit benedictionem a sacerdote, & sacerdos dicit.*

Angelus domini dirigit viam tuam, & vna nobiscum sacra peraget.

*Primum benedit sacerdos populum.*

Gratia sanctissimi, & boni, & vivificantis spiritus sit vobiscum.

*¶ Sacerdos autem cum Diacono faciunt ascensiones tres in sanctum sacrarium, & accipit benedictionem sacerdotis diaconi, & sacerdos benedit caput illius dicens:*

Angelus domini dirigit viam tuam, & vna nobiscum sacra peraget.

*Diaconus autem egressus sacrarium, dicit:*

*Benedic domine,*

*Et sacerdos. Ephonesis.*

Benedictum regnum patris, & filii, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

*Tunc Diaconus exclamat:*

*In pace Dominum obsecremus.*

*Populus. Domine miserere.*

*Diaconus.*

Pro superna pace, & salute animarum nostrarum. Dominum rogemus.

*Populus. Domine miserere.*

*Diaconus.*

Pro pace totius mundi, prosperitate sanctorum dei ecclesiarum, & omnium vniione, Dominum rogemus.

*Populus. Domine miserere.*

*Diaconus.*

Pro sancta hac domo, & cum fide, reuerentia, timore dei ingredientibus in eam, Dominum rogemus.

*Populus. Domine miserere.*

*Diaconus.*

MISSA B. IOAN. CHRYS. 473

*Diaconus.*

Pro vniuerso episcopatu orthodoxorum, honorabili presbyteratu, toto in Christo diaconatu, clero, & populo, Dominum rogemus.

*Populus. Domine miserere.*

*Diaconus.*

Pro augustissimis & deo deditis regibus nostris, toto palatio, & exercitu illorum, Dominum rogemus

*Populus. Domine miserere.*

*Diaconus.*

Vt illos in bello adiuuet & subiiciat pedibus illorum oem hostem & inimicum, Dominum rogemus.

*Populus. Domine miserere.*

*Diaconus.*

Pro sancta hac sola ciuitate tota, & regione, & de habitantium in eis, Dominum rogemus.

*Populus. Domine miserere.*

*Diaconus.*

Pro temperie aeris, fertilitate, & temporibus pacificis, Dominum rogemus.

*Populus. Domine miserere.*

*Diaconus.*

Pro nauigantibus, viatoribus, agricoltoribus, laborantibus, captiuis, & pro salute illorum, Dominum rogemus.

*Populus. Domine miserere.*

*Diaconus.*

Vt liberet nos ab omni tribulatione, ira & necessitatibus, Dominum rogemus.

*Populus. Domine miserere.*

*¶ Dum diaconus pronuntiat rogationes, Sacerdos dicit hanc orationem secreta.*

Dominus Deus noster, cuius robur inestimabile, & gloria incomprehensibilis, cuius misericordia immensurabilis, & humanitas ineffabilis, ipse Dominus secundum clementiam tuam respice in nos & ad sanctam dominum hanc: & fac nobiscum, cumque his qui nobiscum vota faciunt, diuites misericordias tuas & miserationes tuas.

GG 5 Popu

474 MISSA B. IOAN. CHRYS.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Defende, serua, miserere, custodi nos Deus tua gratia. Sanctissimæ, incontaminatae, super omnes benedictæ, gloriæ dominæ nostræ, deipara & semper virginis Maríæ, cum omnibus sanctis memoriam agentes, nosipso & inuicem, & omnem vitam nostram Christo Deo nostro commendemus.

Populus. Domine miserere.

Exclamatio sacerdotis.

Quoniam decer te omnis gloria, honor, & adoratio, paorem & filium, & sanctum spiritum nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Antiphonum primum. Chorus unus canit:

Bonum confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime.

Hoc idem in altera chori parte canitur:

Precibus sanctissimæ deiparae, Seruator, serua nos. Ad annuntiadum manæ misericordiam tuam & veritatem tuam omnibus diebus nostris, precibus deiparae, Seruator, serua nos.

Quoniam rectus Dominus deus noster, & nunc est in iustitia vultus illius. Precibus deiparae, Seruator, serua nos.

Oratio.

Domine Deus serua populum tuum, & benedic hæreditati tux, plenitudinem Ecclesie tux serua, sanctifica diligentes decorum domus tux. Tu eos vicissim glorifica diuina tua virtute, & ne deserfas nos sperantes in te.

Diaconus.

Defende, serua, miserere, et custodi nos Deus tua gratia.

Populus. Domine miserere.

Diaconus.

Sanctissimæ, incontaminatae, super omnes benedictæ, gloriæ dominæ nostræ, deipara, & semper virginis Maríæ, cum omnibus sanctis memoriam agentes, nosipso & inuicem, & omnem vitam nostram Christo Deo nostro commendemus.

Populus. Domine miserere,

Excla-

MISSA B. IOAN. CHRYS. 475

Exclamatio sacerdotis.

Quoniam tua est potètia, & tuum est regnum patris, & filii, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Antiphonum II. Ex via parte chori canitur:  
Dominus regnauit, decorum indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Hoc idem in altera parte chori canitur:  
Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur.

Testimonia tua domine credibilia facta sunt nolis. Precibus sanctorum serua nos.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Oratio.

Vnigenitus filius, & verbum dei, qui est immortalis, quiq; vt nos saluos faceret, carnem assumpsit, ex sancta deipara, semperq; virgine Maria, intrepide assumpto homine, & crucifixus deus morte morte conculcas, & equalis trinitate, conglorificatus, cum patre, & spiritu sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Diaconus.

Etiam atq; etiam, in pace Dominum rogemus.

Oratio.

Qui communes has & cōcordes preces largitus es, quiq; quādo duo aut tres concordant in nomine tuo, petitiones præstaturum te promisi: ipse nunc quoq; domine seruorum tuorum postulationes ad eorum utilitatem imple, concedens nobis in præsenti seculo, cognitionem veritatis, & in futuro vitam æternam largiaris.

Diaconus.

Etiam atq; etiam, Dominum rogemus. Defende, serua, miserere, & custodi nos deus tua gratia.

Populus.

Domine miserere.  
Sanctissimæ, incontaminatae, super omnes benedictæ, dominæ nostræ, deipara, & semper virginis nūis

## 476 MISSA B. IOAN. CHRYS.

his Maric, cum omnibus sanctis memoriam agentes, nosipos, & inuicem, & omnem vitam nostram Christo deo nostro commendemus.

## Exclamatio sacerdotis.

Quoniam bonus & humanius deus es, & tibi gloriam referimus, patri, filio, & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Antiphonum III. Ex una parte chori canitur:*  
Venite exultemus domino, jubilemus deo seruitori nostro.

*Hoc idem in altera parte chori canitur:*  
Serua nos fili dei vnigenite, qui in sanctis es mirabilis, canentes tibi, alleluia.

Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei.

Serua nos fili dei vnigenite, &c.  
Quoniam deus magnus dominus, et rex magnus super omnem terram.

Serua nos, ut supra.  
Quoniam in manu illius fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit.

Serua nos, ut supra.  
Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius.

Serua nos, ut supra.  
Gloria patri, & filio, & spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*¶ Canuntur hæc ab utroque choro alternatim. Sacerdos autem egreditur è parvo ostio, portans euangelium, præcedente ministro cum lucerna. Et conuersus ad Christi imaginem inter duo ostia inflexo capite, cum exclamacione dicit hanc orationem primum secrete.*

Here domine Deus noster, qui constitisti in coe lis ordines, & exercitus angelorum & archangelo rum in ministerium tuæ gloriæ, fac ut cum nostro ingressu, fiat ingressus sanctorum angelorum nobis cum sacra celebrantium, & pariter glorificantum tuam bonitatem.

Tunc

## MISSA B. IOAN. CHRYS. 477

Tunc addit sacerdos.

Benedictus sit ingressus sanctorum tuorum, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*¶ Et tollens in altum euangeliū in imaginem crucis, magna voce dicit:*

Sapientia recta.

Chorus.

Venite adoremus, & prouoluamur Christo.  
Serua nos fili dei, &c.

Quoniam sanctus tu deus noster, & tibi ter sanctum hymnum referimus, patri, & filio, & sancto spiritui, Amen.

*Cantor verò canit hæc:*  
Sanctus deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis.

Gloria patri, & filio, & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Cantor verò canit hæc magna voce:*  
Sanctus Deus, sanctus immortalis, miserere nobis.

*¶ Dum hæc canuntur, sacerdos dicit tacite hanc orationem:*

Deus sancte, qui in sanctis requiescis: qui ter sancta voce à Seraphim laudaris, & à Cherubim glorificaris, & ab omni supercelesti potestate adoraris: qui à non ente ad esse producis vniuersa: qui hominem condidisti iuxta imaginem tuam & similitudinem, eunq[ue] omni tua gratia coronasti, dans postulantem sapientiam & intellectum, non despiciens errantem, sed ponens ad salutem penitentiam: qui dignatus es nos humiles & indignos seruos tuos, etiā in hoc tempore constituere in conspicuè gloriæ sancti sacrarii tui, ut prouoluantur tuis miserationibus & debitam tibi adorationem, & glorificationem offerant: ipse domide suscipe ex ore nostro peccatorum sanctum hymnum, & respice nos in bonitate tua. Condonata nobis omne delictum, & voluntarium & involuntarium, & sanctifica nostras animas & corpora. Et da nobis in pietate seruire tibi omnibus diebus

478 MISSA B. IOAN. CHRYS.

diebus vitaे nostrę, precibus sancte deiparę, & omniū sanctorum, qui à seculo tibi placuerunt.

Sacerdos.

Attendamus. Pax omnibus.

Sapientia recta.

Cantor.

Psalmus Dauid.

Daconus.

Attendamus.

Cantor.

Quod proponitur.

¶ Et post hoc quod proponitur, sacerdos dicit:  
Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos  
ignis flammam.

Versus.

Benedic anima mea Domino, & omnia quae in  
tra me sunt nomini sancto eius.

Tunc dicit epistolam ad Hebræos.

Epistola Pauli.

Lectione.

Fratres, Si enim per angelos dictus sermo fuit fit  
mus, &c.

¶ Post epistolam sacerdos dicit:

Pax omnibus.

Cantor.

Sapientia recta.

Psalmus Dauid, & Alleluia.

¶ Tunc venit diaconus ad sacerdotem flexo capite,  
sacerdos autem orat super eum.

Dominus dabit verbum euangelizantibus vir-  
tute multa, per preces dominæ nostræ, deiparę, &  
semper virginis Mariæ, sancti & glorioſi apostoli  
& euangelista huius.

Et sacerdos.

Sapientia recta.

Audiamus sanctum euangelium.

Diaconus.

Ex Lucæ euangelio.

Et populus.

Gloria tibi domine.

Et sacerdos.

Attendamus.

Diaconus.

Dixit Dominus discipulis suis: Qui vos audie-  
me audit; & qui spernit vos, me spernit, &c.

Post

MISSA B. IOAN. CHRYS. 479

Post euangelium, Diaconus.

Dicamus omnes ex tota anima, & ex tota men-  
te dicamus.

Sacerdotis exclamatio.

Domine omnipotens deus patrum nostrorum,  
diues in misericordia, & bonis in miserationibus,  
qui non vis mortem peccatoris, sed expectas con-  
uersioneim & penitentiam, ut conuertatur &  
vivat.

Diaconus.

Pro sancta domo hac, & iis qui cum fide, pietate,  
& timore dei ingrediuntur eam, rogemus.

Populus.

Domine miserere.

Diaconus

Vt liberet nos ab omni tribulatione, ira & ne-  
cessitatibus, Dominum rogemus.

Oratio secreta.

Domine deus noster prolixam hanc supplicatio-  
nem accipe a tuis servis, & miserere nostri secun-  
dum multitudinem misericordiæ tue, & misera-  
tiones tuas dimite super nos, & super omnem popu-  
lum tuum expectantem abs te diuitem misericor-  
diam.

Diaconus.

Vt propitius, benevolus & placabilis fiat, Do-  
minus rogemus.

Populus.

Domine miserere.

Diaconus.

Vt exaudiat Dominus deus vocem deprecatio-  
nis nostræ peccatorum, Dominum rogemus.

Populus.

Domine miserere.

Diaconus.

Pro spirituali nostro patre, sacrae legis adminis-  
tratore, & omni in Christo ministerio, Dominum  
rogemus.

Populus.

Domine miserere.

Diaconus.

Pro omnibus qui ante nos laborauerunt, et sacris  
initiarunt, Dominum rogemus.

Popu-

## 480 MISSA B. IOAN. CHRYS.

*Populus.* Domine miserere.

*Diaconus.*

Pro circumstante populo, & expectante abs te diuitem misericordiam, Dominum rogemus.

*Populus.* Domine miserere.

*Exclamatio sacerdotis.*

Quoniam misericors, & amans hominum est deus, & tibi gloriam referimus, patri, & filio, & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Diaconus.*

Precamini catechumeni dominum.

Fideles, pro catechumenis rogemus, ut dominus eorum misereatur.

*Populus.* Domine miserere.

Catechisabit eos verbo veritatis.

*Populus.* Domine miserere.

Aperiet illis euangelium iustitiae.

*Populus.* Domine miserere.

Aduniet eos sanctæ suæ catholicae, & apostolice ecclesiæ.

*Populus.* Domine miserere.

*Sacerdos.*

Serua, miserere, & custodi eos deus tua gratia.

*Diaconus.*

Catechumeni capita vestra domino flectite.

*Oratio sacerdotis super catechumenos.*

Domine deus noster qui in altis habitas, & humilia respicis, qui salutem hominum generi emulisti unigenitum tuum filium, & deum & dominum nostrum Iesum Christum, respice super seruos tuos catechumenos, quicq[ue] tibi suas cervices inclinarunt, ac dignos eos facito in tempore opportuno, lotione renascentiae, remissione peccatorum, & indumento incorruptionis. Aduni eos sanctæ tuæ catholicae, & apostolice ecclesiæ, & annumeras eos electo tuo ouili.

*Exclamatio sacerdotis.*

Vt & ipsi nobiscum glorificent pretiosissimum,

## MISSA B. IOAN. CHRYS.

& augustum nomen tuum, patris, & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Diaconus.*

Quotquot estis catechumeni accedite. Catechumeni accedite. Quotquot estis catechumeni accedit. Ne quis catechumenorū: quotquot estis fideles, etiam atque etiam in pace dominum rogemus.

*Oratio fidelium prima.*

Gratias agimus tibi domine deus virtutum, qui dignatus es nos, vt assistamus, & nunc tuo sancto sacrario, & vt prouoluamur tuis miserationibus, pro nostris peccatis, & populi ignorantias, suscipe deus deprecationē nostrā: fac nos dignos, vt offeramus tibi deprecations: & supplications, & sacrificia immaculata pro populo tuo: & idoneos nos redde, quos posuisti in ministerio tuo hoc, in virtute spiritus tui sancti, sine condemnatione, & offensa in puro testimonio conscientiae nostre, vt inueniemus te in omni tempore, & loco, vt exaudiens nos propitius nobis sis in multitudine bonitatis tuæ.

*Diaconus.*

Defende, serua, miserere, custodi nos deus tua gratia.

*In exemplari quodam Græco defunctorum custodi nos deus.*

*Populus.*

Domine miserere, & custodi nos deus. +

*Sapientia.*

Quoniam te decet omnis gloria, honor, & adorationis, patrem & filium, & sanctum spiritum, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Et post Sapientiam postmodum inquit thone tui regius.*

*Diaconus.*

Etiam atque etiam dominum rogemus.

*¶ Diaconus autem dicit litanias.*

*Oratio fidelium secunda.*

Iterum & saepius tibi prouoluimur, & te rogamus bone & humane, vt respicias ad deprecationē nostrā. Purifica nostras animas, & corpora ab omnī inquinamento, carnisque & spiritus: & da nobis, vt innoxii, & sine condemnatione assistanus sancto tuo sacrario: da vero deus etiam his, qui nobis cum

X HH cum

## 482 MISSA B. IOAN. CHRYS.

cum rogam profectum vita, & fidei, & intelligentiae spiritualis. Da ipsis semper cum timore & dilectione seruientibus tibi, etra noxam, & absq; condemnatione participes esse sanctorum tuorum mysteriorū, & supercelesti tuo regno digni habeātur.

Diaconus.

Defende, serua, miserere nostri deus tua gratia.

*Populus.* Domine miserere.

*Sapientia.* Exclamatio sacerdotis:

Vt à tua virtute semper seruati tibi gloriam reseramus, patri, & filio, & sancto spiritui nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Oratio Cherubici, à sacerdote prolatâ.*

Nullus dignus est implicitus carnalibus desideriis & voluptatibus, accedere, aut appropinquare, aut ministrare tibi rex gloriae. Siquidem ministrare tibi magnum ac formidandum etiam supercelestibus virtutibus. Attamen propter ineffabilem et immensam tuam humanitatem intrepide & irreuocabiliter factus es homo, & summus pontifex noster. Sacrificiorum ritum instituisti, ac solennis huius & immaculati sacrificij celebrationem nobis tradidisti, tanq; dominus omnium. Tu enim solus dominus deus noster dominaris supercelestibus, & terrestribus, qui super thronum Cherubicum veheris, qui Seraphin dominus rex Israël, qui solus sanctus es, & in sanctis requiescis. Te igitur exoro solum bonum & placabilem, respice ad me peccatorem, et antiquum detur inter seruum tuum, ac purga animam meam, & cor a scientia mala, & idoneum reddre, virtute tui sancti spiritus indutum, cui sacerdotij gratia: vt afflata sancte tua huic mensæ, consecrem sanctum & immaculatum tuum corpus, & pretiosum sanguinem. Ad te enim accedo inflexa mea ceruice, & precor te, ne auertas faciem tuam à me, neq; reprobes me pueris tuis: sed patiaris, vt offerantur tibi à me pecatorem, & indigno seruo tuo dona hæc. Tu enim es qui offers, & offeris, & accipiens, & dans Christe deus noster. Ac tibi gloriam referimus, cum patre tuo

*Legisse vio  
detur inter  
pres a jxai.  
op pro a xjx  
sp, d est in-  
utilem.*

## MISSA B. IOAN. CHRYS. 483

tuo initio carente, & sanctissimo, ac bono, ac viuissante tuo spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

*¶ Et cum sacerdos dicit hanc orationem,  
cantores canunt hec:*

*Qui Cherubim mystice representamus, & viuissæ trinitati tecum sanctum hymnum canimus, & omnem vitæ deponimus solicitudinem, tanquam regem omnium fuscipientes, & angelicis inuisibiliter fiti pati agminibus, Alleluia.*

*¶ Sacerdos vero post orationem sequitur diaconum, &  
vidit ad oblationem, & inclinatis capitibus tecum in terram,  
simunt, diaconus quidem corpus, sacerdos vero sanguinem, & exirent ex parvo ostio, dicente sacerdote paululum egresso;*

*Meminerit tui dominus deus in regno suo, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.*

*Et si quis est episcopus, dicit:  
Sancte sacerdos, memento mei.*

*Sacerdos autem dicit:*

*Merninerit tui dñs deus noster in regno suo.  
Et iterum ac tertio dicit:*

*Memento mei, dum Veneris in regnum tuum.*

*¶ Post huc ingressi alterum osium, ponunt sacra dona in magno altari. Et dicit sacerdos hæc:*

*Decorus ille Ioseph à ligno depositus immaculatus corpus tuum, sindone pura involuit, & aroma-*

*ribus, impositus monumento nouo.*

*Diaconus egrediens dicit:  
Impleamus deprecationem nostram domino.*

**Populus.* Domine miserere.*

*Pro appositis & sanctificatis pretiosis donis, do-*

*minus rogemus.*

**Populus.* Domine miserere.*

*Pro sancta domino hac, & cum fide, pietate ac tio-*

*more dei ingredientibus in eam, Dñm rogemus.*

**Populus.* Domine miserere.*

*HH 2 Dia*

484 MISSA B. IOAN. CHRYS.

Diaconus.

Vt liberet nos ab omni tribulatione, iræ, & necessitatis, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

¶ Oratio post depositionem sacerdotum donorum a sacerdote.

Domine deus noster, qui omnipotens es, qui filius sanctus, qui accipis sacrificium laudis ab iis, qui inuocant te in toto corde, accipe & nostram peccatorum deprecationem, & adducito in sanctum tuum sacrarium. Et idoneos nos reddre ad inferenda tibi dona & sacrificia spiritualia pro nostris peccatis, & populi ignorantias, & dignos nos fac: vt inueniamus gratiam in conspectu tuo, vt acceptabile fiat sacrificium nostrum, & vt obumbreret spiritus gratiae tuz bonus super nos, & super proposita dona haec, & omnem populum tuum.

Populus. Praesta domine.

Subueni, serua, miserere, & custodi nos deus tua gratia.

Populus. Praesta domine.

Diem omnem perfectum, sanctum, pacificum, peccati expertem, a domino postulemus.

Populus. Praesta domine.

Veniam & remissionem peccatorum, & delictorum nostrorum a domino postulemus.

Populus. Praesta domine.

Honesta & conducibilia animabus nostris, pacem mundo a domino postulemus.

Populus. Praesta domine.

Reliquum tempus vita nostra in pace & pacientia nostra, a domino postulemus.

Populus. Praesta domine.

Christianum finem vita nostra, doloris, ac turpitudinis expertem, pacatam, & honestam defensionem, a domino postulemus.

Populus. Praesta domine.

Sanctissimæ, immaculatae, super omnes benedictæ, dominæ nostræ deiparæ, & semper virginis Mariæ,

MISSA B. IOAN. CHRYS.

485

Mariae, cum omnibus sanctis memoriam facientes, nos ipsos, & inuicem, & omnem vitam nostram Christo deo nostro commendemus.

Exclamatio.

Propter miserationes unigeniti tui filii, cum quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & uiuis, cante tuo spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Diaconus.

Diligamus inuicem, ut in concordia confiteamur.

Populus.

Patrem, & filium, & sanctum spiritum, trinitatem unius essentiaz, & inseparabilem.

¶ Tunc osculatnr sacerdos operculum

quater, & dicit:

Hostia hostia, in sapientia attendamus.

Lector autem dicit.

Credo in unum deum, patrem omnipotentem, creatorum coeli & terræ, visibiliumque omnium & invisibilium, & in unum dominum, & reliqua.

Post symbolum autem dicit sacerdos:

Stemus honeste. Stemus cum timore dei. Attendamus sacram sublationem in pace offerre.

Chorus.

Misericordiam pacis. Laudis hymnum.

Exclamatio sacerdotis:

Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectionis dei patris, & communio sancti spiritus cum omnibus vobis.

Populus.

Amen.

Diaconus.

Sursum habeamus corda.

Populus.

Habemus ad dominum.

Diaconus.

Gratias agamus domino.

Populus.

Dignum & iustum.

Sacerdos secrete.

Dignum & iustum te canere, te benedicere, te

HH; laus

486 MISSA B. IOAN. CHRYS.

Iaudare, tibi gratias agere, te adorare in omni loco dominationis. Tu enim es Deus ineffabilis, incognitus, inuisibilis, incomprehensibilis, semper existens, eodem modo existens, tu & vnigenitus tuus filius et spiritus tuus sanctus. Tu a nihilo ad esse nos produxisti, prolapsos restituisti rursum, neque destitisti omnia facere, donec nos in ccelum subduceres, et regnum largireris futurum. Gratias agimus tibi, et vnigenito tuo filio, et spiritui tuo sancto, pro omnibus quæ scimus et quæ non scimus, manifestis et occultis beneficiis tuis in nos collatis. Gratias agimus tibi et pro hoc ministerio, quod e manibus nostris accipere dignatus es. Et quidem tibi assistunt milia archangelorum, et multa milia angelorum, Chérubim ac Seraphim, senis alis, pluribus oculis, sublimia pennata.

Exclamatio sacerdotis.

Victorialem hymnum canentia, vociferantia, clamantia, et dicentia:

Populus.

Sanctus, sanctus, sanctus dominus sabaoth. Pio ni sunt cœli et terra gloria tua: osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini.

Sacerdos autem inclinato capite dicit.

Cum his & nos beatis potestatisibus domine nos minum amator clamamus, & dicimus: Sanctus es, & totus sanctus: tu & vnigenitus filius tuus ac spiritus sanctus, sanctus es, & totus sanctus, & magisifica gloria tua, qui mundum tuum sic dilexisti, ut illum tuum vnigenitum dares, vt omnis credens in illum non pereat, sed habeat vitam æternam: qui vites & omne pro nobis dispensationem adimplies, nocte qua traditus est, magis autem seipsum tradidit pro mundi vita, accipiens panem in sanctis suis & immaculatis, & incontaminatis manibus, gratias agens, benedicens, sanctificans, frangens deinde sanctis suis discipulis et apostolis, dicens: Accipite, comedite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum, Amen.

Ioan. 3.

Mat. 25.

Mar. 14.

Luc. 22.

Simile

MISSA B. IOAN. CHRYS. 487

Similiter postquam coenatum est, accipiens calicem, & benedicens, dicit: Bibite ex eo omnes. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & multis effunditur in remissionem peccatorum.

Secreta oratio.

Memoriam igitur agentes salutaris huius mandatis, & omnium pro nobis factorum, crucis, sepulchri, triduanæ resurrectionis, in ccelos ascensionis, ad exteram confessus, secundi & gloriosi rursum aduentus.

Exclamatio sacerdotis.

Tua ex tuis tibi offerentes, & omnia, & per ora.

Chorus.

Te laudamus, tibi benedicimus, tibi gratias agimus.

Rursum inclinato capite dicit sacerdos.

Propter hoc tibi offerimus rationalem hunc, & immaculatum cultum, & inuocamus, & rogamus, & supplicamus. Emitte spiritum tuum sanctum super nos, & super proposta dona hæc, Amen.

Et surgens, obfignat sacra dona, & dicit:

Et fac panem quidem hunc pretiosum corpus Christi tui, Amen.

Et in calice dicit:

In calice vero hoc pretiosum sanguinem Christi tui, transmutans spiritu tuo sancto.

Sacerdos orat:

Vt fiat assumentibus in lotionem animarum, in remissionem peccatorum, in communionem sancti spiritus, in regni celorum impletionem, in fidutiam apud te, non in iudicium, non in condemnationem. Praeterea offerimus tibi rationalem hunc cultum, pro infidei requiescentibus maioribus, patribus, patriarchis, prophetis, & apostolis, praeconibus et euangelistis, martyribus, confessoribus, continentibus, et omni spiritu in fide iniciato: præcipue pro sanctissima, immaculata, super omnes benedicta, domina nostra deipara, et semper virginie Maria.

Vt vere dignum et iustum est, glorificare te dei param et semper beatissima, et penitus incontaminata

HH 4 tam

488 MISSA B. IOAN. CHRYS.

tam matrem dei nostri, honoratiorem Cherubin, & gloriolarem incomparabiliter Seraphin, quæ citra corruptionem deum peperit: vere deiparam te magnificamus.

Hac canente choro sacerdos dicit:

Aue gratia plena Maria dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui: quoniam saluatorem animarum peperisti nostratum.

Oratio.

Honorabilium, incorporalium, supercoelestium, sancti Ioannis prophetæ præcursoris & Baptisæ, sanctorum gloriosorum & omnino celebrium apostolorum, sancti huius cuius et memoriam agimus, & omnium sanctorum tuorum, quorum supplicati onibus respice nos deus, & memento omnium qui dormierunt in spe resurrectionis & vita æternæ, & requiescere eos facito, ubi videtur lumen vultus tui.

Adhuc te inuocamus. In primis memento domine omnis episcopatus orthodoxorum recte interpretatum verbituræ veritatis, totius sacerdotij, in Christo diaconatus & omnis sacerdotalis ordinis. Etiam offerimus tibi rationalè hoc obsequium pro orbe terrarum, pro sancta catholica & apostolica ecclesia, pro iis quoq; qui in pura & casta vita degunt. Pro fidelissimis & Christum amantibus nostris regibus, omni palatio & exercitu illorum. Da illis domine pacificum robur, ut & nos in tranquillitate illorum pacatam & quietam vitam agamus in omnipotestate & religione.

Exclamatio.

In primis memento domine omnis episcopatus orthodoxorum & recte interpretantium verbū tuę veritatis.

Chorus. Et quos quisq; in animo cogitat.

Diaconus.

Et da nobis uno ore & uno corde glorificare & celebrare pretiosum & augustum nomen tuum patris, & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, & in secula

MISSA B. IOAN. CHRYS. 489

secula seculorum.

Et sint misericordiae magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi cum omnibus nobis.

Populus. Amen.

Omnium sanctorum memoriam agentes, etiam atque etiam in pace dominum rogemus.

Super adductis, & sanctificatis pretiosis donis, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Quoniam humanus deus noster, qui suscepit hec in sanctum & supercoeleste & intellectuale sacrarium suum.

Populus. Domine miserere. Ut vicissim dimittat & nobis diuinam gratiam & communionem sancti spiritus, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Vt liberet nos ab omni tribulatione, ira & necessitatibus, dominum rogemus.

Populus. Domine miserere.

Oratio.

Memento domine gregis nostri huius in quo habitamus, & totius ciuitatis & regionis, & in fide habitantium in ipsis. Memento domine nauigantium viatorum, ægrotantium, laborantium, captiuarum, & salutis ipsorum. Memento domine fructificantium & laborantium in sanctis tuis ecclesiis, & qui pauperum meminerunt, & super omnes nos misericordias tuas emitte.

Sacerdos inclinans orat:

Tibi commendamus vitam nostram omnem & spem domine amator hominum, & inuocamus te, & rogamus, & supplicamus. Dignos nos facito, ut participes simus supercoelestium tuorum & tremendorum mysteriorum huius sacrae & spiritualis mensæ cum pura conscientia in remissionem peccatorum, in condonationem delictorum, in spiritus sancti communionem, in regni coelestis hereditatem, in fiducia ergate, non in iudicium aut condemnationem.

HH 5

Dia-

## 490 MISSA B. IOAN. CHRYS.

*Diaconus.*

Defende, serua, miserere, & custodi nos deus tuus  
gratia.

Diem omnem perfectum, sanctum, pacificum, &  
sine peccatis a domino postulemus.

*Populus.* Præsta domine.

Nuntium pacis, fidelem dicem, custodem anima-  
rum & corporum nostrorum, a domino postulemus.

*Populus.* Præsta domine.

Veniam & remissionem peccatorum & delicto-  
rum nostrorum a domino postulemus.

*Populus.* Præsta domine.

Honestæ & conducibilia animabus nostris, &  
pacem mundo, a domino postulemus.

*Populus.* Præsta domine.

Vt reliquum tempus vitæ nostræ in pace finia-  
mus, & penitentia nostra, a domino postulemus.

*Populus.* Præsta domine.

Christianum finem vitæ nostræ, doloris & turpi-  
tudinis expertem, pacatum, & honestam purgatio-  
nem, a domino postulemus.

*Exclamatio sacerdotis.*

Et dignos fac nos dñe, vt cu[m] fidutia & sine con-  
demnatione audeamus intruocare te supercelestem  
deum, & dicere: *Populus.*

Pater noster qui es in celis, sanctificetur nomen  
tuum: & reliqua, *Exclamatio.*

Quoniam tuum est regnum, & potestas & gloria,  
patris, & filij, & sancti spiritus, nunc & semper, &  
in secula seculorum, Amen.

*Sacerdos.* Pax omnibus.*Diaconus.* Capita vestra deo inclinate.*Sacerdos dicit orationem hanc.*

Gratias agimus tibi rex inuisibilis, qui immensæ  
tua virtute omnia condidisti, & multitudine miseri-  
cordie tuae a nihilo ad esse vniuersa produxisti, ipse  
domine cœlitus respice ad seruos tuos inclinantes  
tibi sua capita. Non enim inclinarunt carni & san-  
guini, sed tibi metuendo & humano deo. Tu igitur  
domine

## MISSA B. IOAN. CHRYS. 491

domine proposita dona omib[us] nobis in bonum |  
exæques iuxta propriam cuiusque indigentiam, cu[m]  
nauigantibus nauiga, cum viatoribus viam ambu-  
la, ægrotos sanâ, medicus animarum & corporum.  
Gratia & miserationibus, & humanitate vñigeniti  
tui filij, cum quo benedictus es, cum sanctissimo, &  
bono, & viuificantे tuo spiritu, nunc & semper, et  
in secula seculorum, Amen.

*Sacerdos orat.*

Attende domine Iesu Christe deus noster, de san-  
cto habitaculo tuo, et de throno gloriae regni tui, et  
veni ad sanctificandum nos, qui in excelsis vna cu[m]  
patre fedes, et hic nobiscum inuisibiliter ades, et di-  
gnos nos reddre potente manu tua, vt participes si-  
mus immaculati tui corporis, et preciosi tui sanguis  
nis, et per nos omnis populus.

*¶ Sacerdos autem spargit fumum incensis sacris.**Exclamatio.* Attendamus,*Sacerdos eleuans sanctum panem, dicit:**Sancta sanctis.**Chorus dicit:*

Vnus sanctus, vnu[m] dominus Iesus Christus in  
gloria dei patris.

*Sacerdos autem eleuat panem, dicens:*  
Super celos deus, et super omnem terram gloria  
eius effusa est.

*Divisurus sacerdos panem, dicit:**Dividitur agnus dei, qui tollit peccatum mundi.**¶ Et accipiens sacerdos ex pane particulam  
mittit in calicem, dicens:*

Plenitudo spiritus sancti, nunc & semper, et in se-  
cula seculorum, Amen.

*¶ Et tunc sacerdos assumit, & populus canit, & sa-  
cerdos portans particula diuinæ corporis, dicit:*

Coniuncti tui mystici hodie fili Dei cōmunionē  
assumpsi, non tamen hostibus tuis dixi mysterium.  
Nec osculum tibi dabo quemadmodum Iudas, sed  
veluti latro ille confitebor tibi, Meniento domine,  
cum veneris in regnum tuum.

*Hanc*

*¶ Hanc orationem dicunt duo priusquam  
assumant diuina*

Deus remitte, *dimitte*, ignosce mihi peccatori peccata mea & voluntaria, & inuoluntaria, siue in cognitione, siue in ignorantia, siue in verbo, siue in opere, siue in concupiscentia feci, omnia ignosce: quoniam bonus & humanus, longanimis, & multe misericordiae. Et in cœrcitione immaculatæ domini nostræ deiparae, & semper virginis Marie dignum me fac, ut sine condemnatione accipiam immaculatum tuum donum in remissionem peccatorum in vitam æternam, in purgationem malarum mearum cogitationum, in illustrationem mandatorum tuorum: quoniam te decet gloria, honor, & adoratio, patrem, & filium, et sanctum spiritum, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Oratio.*

Fiat mihi domine Iesu Christe corpus tuum sanctum in remissionem peccatorum meorum, & sanguinis tuis preciosus in vitam æternam. Et in secundo tuo aduentu annumeram me iustis tuis, & electis oibus.

*Oratio.*

Gratias agimus tibi domine humane benefactor animarum nostrarum, quoniam & hodierno die dignatus es nos supercœlestibus tuis & immortalibus mysteriis: dirige nostram viam, & confirmare nos in timore tuo omnes, custodi vitam nostram, stabili nosiros gressus, precibus & supplicati onibus sanctæ deiparae, & semper virginis Marie, & omnium sanctorum.

*¶ Tunc aperitur magnum ostium suspenſis lucernis.  
Et sacerdos ostendit calicem populo, dicens:*

Cum timore dei, & fide, & dilectione accedite.

*Chorus dicit:*

Benedictus, qui venit in nomine domini.

*Sacerdos dicit:*

Benedictus deus noster, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Diaconus egressus è sancto altari, dicit post depositionem sanctorum donorum:*

*Récti*

Recti qui participes fuimus diuinorum, immortali, & supercœlestium, vivificantium, tremendorum mysteriorum digne in omnibus gratias agamus domino.

*Diaconus addit:*

Defende, serua, miserere, custodi nos deus tua gratia. Omnem diem perfectum, sanctum, pacatum, & peccati expertem postulantes, nosiplos, & iniuriantes, &c.

*Exclamatio*

Quoniam tu sanctificatio nostra, & tibi gloriam referimus, patri, & filio & spiritui sancto.

*Diaconus.* In pace accedite.

*Populus.* In nomine domini.

*Diaconus.* Dominum rogemus.

*Populus.* Domine miserere,

*Oratio post ambonem.*

Qui benedicis benedicentibus tibi domine, & sanctificas in te confidentibus, salua populum tuum, & benedic haereditati tue. Plenitudinem ecclesie tuae custodi, sanctifica diligenter decorum domus tuae. Tu ipsos vicissim glorifica diuina tua virtute, & ne deseras nos sperantes in te, pacem mundo tuo da, ecclesiis tuis, sacerdotibus, regibus nostris, exercitui, & omni populo tuo; quoniam omne dominum bonum, & omne datum perfectum desursum est descendens ex te patre Iuminum. Et tibi gloriam, & gratiarum actionem, & adorationem offerimus, patri, & filio, & sancto spiritui, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

*Exultatio loci auditus, ascensus.*

*Iac. n.*

*Tunc populus dicit:*

Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & usque in seculum.

Benedic dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo: & reliqua

*Sacerdos autem benedit sancta, & exsult.*

Qui ipse es impletio legis & prophetarum Christi deus noster, qui implesti omnem paternam dispensationem, imple gaudio et exultatione corda nostra, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Deo gratia.*

*PINIS.*

## 494 SOPHRONII SANCTIS.

SIMÆ VITÆ MONACHI, DEIN PA  
triarchæ Hierosolymitani Homilia recitata in adora  
tione cum primis Venerandæ ac viuiscæ Crucis, me  
dia nimirum bebdomadæ Sanctæ Quadragesimæ, de  
eo quod mente animoq; per ieiunij synceritatem expi  
atis citra villam condemnationem aut culpam ad diuina  
mystera possint accedere & eorum fieri particio  
pes, Godefrido Tilmanno interprete.

Orditur  
επτης ὁμοι  
ώστε.  
pro σῶμα  
τοτ λεγε το  
μάχου.



T quidem medici plerung; omnes  
simul ac cognorint morborum nobis  
ingruentium assultus primos, solerti  
quapiam & ex composito temperata  
permisitione pharmacorum, multiua  
riam infirmitatem, per stomachi fasti  
dium aliquoq; in nobis cooriturum depellunt & cor  
poribus, & ita abalienant, vt hulcus nullum depas  
cens adeat ægrotus, nullo incommodoire aut tol  
eratu difficili sensu doloris afflictet. Quin et illi ipsi  
multa suæ artis freti peritia subinde consuerunt diu  
turnos quoque affectus nullo propè negotio velut  
ab radice reuellere è corporibus ac profligare, idq;  
comprimis contingit, si qui incommodo habet, elo  
cet se totum ac dedat manibus medicantis & iis  
qua ab illo præscripta sunt obseruanda per omnia  
moriger, obsecundet. Ad eum sane modum henig  
nus & clemens Deus noster nobiscum egit. Phar  
macum siquidem nobis suggestit doloris omnis de  
limitium, sacrum nempe hoc ac longè optimum ie  
junium. Non id intelligi velim quod stata dimen  
sione temporis circumscribitur, aut certe per occas  
sionem se offert, sed quod continenter & anxia  
sedulitate obseruatur, quippe quod intemperante  
carnis appetitum omnem velut freno quopiam in  
iecto coercet ac frangit. Adde quia & id hulceris,  
quod insinuare se afflolet corpori per captatam stu  
dio illecebram voluptatum, ipso statim aditu sup  
primit; nedum sponte sua militans aduersum se per  
cata

φέρματον  
ἀκούσθυνον  
Προπαραρ  
σερ forsani  
πανακήρ  
salutare

## IN LAUDEM S. CRVCIS 495

eam vitæ indulgentioris mollitatem, in barathrum  
perditionis præcipitet & immerget spiritu, ac pro  
inde ruinam operetur haud mediocrem. Revera  
enim iuxta mentem eximij illius praconis Pauli,  
aduersum se hac velut in acie cōsistunt ac decerat.  
Caro enim, ait, cōcupiscit aduersus spiritum: & spi  
ritus aduersus carnem. Hęc enim sibi inuicem aduet  
sunt. Dirimendi igitur istius duelli causa, dilectis  
simi vniuersorum Deus vniuersis nobis magnope  
rē profuturum hoc ieiunium dierum quadraginta  
proposuit, ad tolerandos fortiter qui supersunt ago  
nes, & ad profligandos spiritus circunstentis nos  
aëris incolas, vt extensa tandem vitilagine peccatis  
per vitæ munditiam ad diem dominicam pertinga  
mus viuificantis & triduanæ resurrectionis puri  
purum deum proprius contemplemur, ipsi coexcite  
mur ad vitam, cum ipso glorificemur, deniq; & ab  
eodem amanter excipiamus. Nam & viator, quum  
ob destinatum initio locum debeat quotidie gradū  
promouere, si modo contempletur aliquando inter  
quieturum se à defatigatione arreptæ peregrinatio  
nis, etiam si is sit quamlibet lassus de prolixitudine  
vitæ difficilioris, spe tamē quam optima dum alitur  
obtinendi refrigerii, maiori accingitur alacritate ad  
iter conficiendum. Et ipsi plane viatores sumus hāc  
nostram perbreuem vitam traientes celeri admo  
dum curriculo. Et hi quidem qui probè fuerint per  
functi vita prono occursu prouehentur ad supernā  
illiam regiam, vbi eatenus fuerat illorū conuersatio.  
Contra, qui improbè (sicut ego) comperientur vi  
xisse, in lacu longè infimo, at illorum congruenti vi  
tis quibus superstites adhuc in miserandam serui  
tutem totos se addixerant, cum sisdem illic defossi  
cōspicientur. Dixeris, Ecqua tandem ratione possit  
quis cursu cōtendere ad ea quae sursum sunt, tati spē  
dū vita hac superstes est? Qui id hat, rogas? Ego di  
co, Qui expurgata mēte per contemplationē sublimis  
ter euolat et supernis illis virtutibus collatatur, qui  
hostis

A finit  
βεβαιωτις

Attende  
modestiam  
Sopbronii.

## 496 SOPHRONII HOMILIA

hostis totius generis humani demolitionem celebant festiuiter ac lucunde. Itaque per iejunium neutriquam obseruatu difficile, perdet contactum intermerati ac viuificantis ligni perinde ac utraque hominis parte, perpurgati (ceu dictum iam est) exultemus una cum virtutibus illis ccelorum municipiis quibus nos concives fore spes est, quando est cœlis iudex aduenierit. Rogas, qui id fiat? Quo primunt tempore per cœlitus aspiratam menti nostræ ad fulgentiam, per aduersantium nobis spiritum depulsum, digni habebimur qui mundis labiis reuerenter attingamus viuificantem & intaminatam Crucem. Et quando benignus Deus noster per sauctorum patris traditionem hanc nobis indixit viam, viam dioco magnopere commodi & utilis ierunii, ut quum quiduis quamlibet pusillum de nostro labore adiecerimus, a squalenti situ peccatorum expiati ac repressis surrepentium affectionum insidiis absoluta remissionem percipere mereamur per venerabilem contactum viuificantis ligni, ipso clementer indulgente qui eidem affixus est, ceu deinceps perspicuum evadet. Alioqui quoniam pacto alterutrum alteri protulerit, nosq; velut manu dedicat ad dominicam diem sanctæ resurrectionis: ierunium quidem agilitatem parit corpori: Venerandæ autem Crucis adoratio quæ sincera proflus sit, mentem remolitur & auctorat ab obscenorum maxime operum confusione turpitudine, nosq; ceu reduces ad cœlestem illam regiam. Hæc sane à nobis ut obseruentur, mediator dei & hominum prouidit qui salutem nostram operatus est in medio terræ, huic cruci apprisime salutari affixus, perq; hoc ierunium spem bonam sequuturæ resurrectionis nobis iudicavit. Sed enim & ierunium, organum plane ferreum nobis Dei pruidentia submisstratum, quo ceu acutissima bipenni intempestui vitiosi appetitus in nobis repellunt lascentes præsecantur. Et quidem Adam mox id ut perdidit, extorris declaratus est à communione paradiisi:

Nimirum  
& corpora  
& anima.

## IN LADEM S. CRVCIS. 497

radisi: contra, Moses eo penes se conseruato Deum videre promeruit. O iejunum igne quo quis præpolentius, quod & Chaldaicum illum ignem redigit in cineres, tresq; pueros conseruauit citra vuineris vestigium. O iejunum, quod quum aliquantū mortis lona prophetae inuexisset, ciuitatem Niniuarum seruauit incolumem. Si quis proinde velit persequi vestigiatim multifariam iejunij viam, utique nullo propè negotio aseQUI possit, quin & nonnulli ex arcans Dei iudiciis percipere valebit. Ne interim solitarium quidem iejunium depredicemus, aut certe ea sola quæ per iejunium conferuntur homini beneficia meritis attollamus præconiis: agite, in mediis de promamus quod in medio iejunij adorationis gratia proponi solet lignum vitale veneranda Crucis, quodq; nostræ salutis causa defixum est in medio terræ: quid, aut certe quo nos pacto debitas illi exoluimus? Jaude! Ore nimirum iuxta ac corde. Hunc planè in modum ei ipsi voce exerra dicamus. Salve Crux pretiosa, in qua ipse Dei filius ac verbum expassus manibus circumplexus nos est & cœlesti suo conciliauit Patri. Salve Crux, cuius salutaris interuentu, nostri sensus ab omni probro expurgantur sordentes macule, per humilem complexum toto corde nostro tibi exhibitum. Salve Crux, quæ ineffabile gaudium patribus nostris conciliati, per eum qui tibi clavis confixus est. Salve Crux, hebetatio flammæ illius rhomphaæ aciem obtundens, ac si terga det tui vnius gratia, non male grato latroni. Salve Crux, cuius præsentiam nunc obtinentes nos populus fidelis, gæs sanctæ, supplici cum deuotione offerimus te Christo ac Deo, ei utique qui confixione clavorum tibi cohætere voluit. eoq; in tui unius gratiam magnificè gloriamur & exultamus, nimirum quoniam Dominus noster innoxias proflus nec viuis maculæ colore interpunctas manus expandere in te dignatus est, in te quoque effusus sanguis ille est à Deo profluens, nempe à filio qui idem verbuna

Exemplum  
habes in  
Daniele.

Leitum nro  
pe quadras  
gefimalis.

Apostolor  
p̄b̄ ad cruce  
cem.

XII est

est inuisibilis Patris, cuius quidem sanguinis particeps hodie effecti quicunq; piè te colunt, repropitiantur viuificanti Deo nostro pro eatenus male sibi commissis, eorumq; absolutionem facile promovere, mur accipere per summam eius, condescensionem qui tanta gessit nostri causa, perq; commemorationem viuificæ passionis ipsius. Salve Crux, magni illius regis scutum, cuius prætentu paratur victoria omnis, quod & in secundo ac formidabili eius aduentu viam præmuniet cœlestium virtutum choris, & vniuerso iustorum cœtu, qui instar luminarium tibi præradiabunt prænuntiantes & aduentu regis vniuersæ creaturæ prægredientes, cuius quidè vis gratia efficax adeò, neq; non inimitabilis decor gloriarum, in te repositæ, quā ab ipso mutuata est Iesu qui tibi cohaerit clavis suffixus, & idem expressius palam conspiciendus vna cum iustis in probrii quidem ac dedecus Iudæorum, è diverso in eorum gloriam & exultationem qui propriam tibi ac diuinitus insitam vim sedulò contemplati fuerint in hac adhuc constituti concreta ac rudi mole grauissimæ carnis. At certe veneranda Crux, Christianorum quidem tutelaris & fidissima custos, vniuersorum autem ex aduerso occurasantium insultuum potentissima profligatrix, aspice nos eo qui in te est, splendore: Vnde qualemcumq; perspectivam cordis nostri, ea claritate eniteſcere facito & illustra, vt tale aliquid spontanei eligamus perpeti, cuiusmodi patientissime pertulit nostri causa filius ipse & idem Verbum inuisibilis Patris, nimirum ut in ipsius gratiam & nos quemadmodum ipse prior pro nobis, animas nostras ad mortem vix deponamus. Id etenim si voluerimus perpeti, & eiusmodi honestam atque perutillem non inviti ingrediemur viam, nimirum poterimus omni cum alacritate Christi passionibus effici conformes, quarum sancta æmulatione, per efficacem vim tuæ virtutis effictio, ad id ut indemnati pertingamus, teq; digne contemplemur, & summa cum obser-

obseruatione colamus, inexpugnabili potestate sub nixi eius qui per te mortem ipsam mortificauit, simul etiam dignos reddito qui hilariter ac festiuè spectemus splendifluum diem, prælucidum inquam diem Paschæ, id quod piè obseruamus in arrham quidem expressioris ac verioris Paschæ, in typum vero sequuturæ frutionis ac participij eorū quæ reposita sunt nobis & æternum duratura, bonorum,

quorū omnes nos contingat consortes fieri  
gratia & clementi erga nos benignitate  
Domini nostri Iesu Christi, quo cum  
Patri gloria, vna cum sancto  
Ipsius Spiritu, nunc &  
semper, & in secula  
seculorum.  
Amen.

*Erratula quedam, ante lectionem  
castiganda.*

35.22. sed. 102.24. congratulati. 181.2. prauitas. 231.4. cœ-  
citas. 301.36. quoniam. 339.19. Viros. 323.20. legibus. 326.  
2 bonum. 366.34. dele il. 398.11. paria. 400.21. eos. 426.  
20. vos. 463.5. accurate. 466.9. coniunge nepotes. Cetera  
la leninscula sunt.

# SENTENTIARVM, AC rerum memorabilium, quae in hoc volumine tractantur

## INDEX.

- A**bel saerdos & victima. 186  
 Abraham propter hospitatem admirabilis 348  
 Afflictionescum feruent, generosæ animæ est philoso phunt agere 157  
 Afflictiones gloriacionē habent maximam ante præmium 299  
 Afflictionis fructus 300  
 Affligi propter Christum multo præstantius q̄ prodi gia facere 419  
 Agni paschalis typus. 27  
 Amicus non solum quando laudat amandus, sed quando reprobet & corrigit. 271  
 Amici & inimici laus dixerat 273  
 Amoris honesti fructus 429  
 Utilitas 429  
 Angeli cur ubique praesentes 104  
 Angelorum trias 371  
 Angelis cur non prædicatio nis cura commissa 224  
 Angelos cur in iudicio tremor apprehendet 41  
 Angelos nostra bona suas utilitates estimare 103  
 Angelos ubiq; versari 96  
 Anima beata quæ 67  
 Animam lucu impeditam nibil sani audire vel dicere posse 343  
 Animam nibil q̄ mordet ac improprium 417  
 Apollonius Tyaneus 215  
 Apostolatus Veri characteres 419  
 Apostoli mundi lumina ria 107  
 Apostoli stellæ & stellis maiores 107  
 Apostoli vinitores, piscatores, turres, columnæ, medi ci, duces, doctores, portus, gubernatores, pastores, atlete, pugnatores, corona gesstantes &c. 107  
 Apostolorum trias 371  
 Apostolis nonnulla præcepta fuisse ex eius non ite 304  
 Apostolus cur nibil Christi possidere iussit 306  
 Arborum ad corpora collationio 301  
 Arcæ diluuij typus 118  
 Arrogantiam omnium malorum matrem 442  
 Avaritia sublata omnia bona statim proueniunt 347  
**B**aptismi typus 336  
 Benignitas vis 394  
 Bonus qui vult esse maiori laude dignus, quam qui co

## INDEE.

- gitur 256 a peccatis repurgata 201  
**C**ædis radix & sons est furor & iracudia 403  
 Canes qui dicantur 52 Chananeæ mulieris glo ria 454  
 Charisna nullum sine charitate perfectum 358  
 Charitas sola æterna 358 Charitas sumnum dignitatis genus 334  
 Charitatis bona 448 Cbaritati nihil conferendum 334  
 Christus nonnulla consuluit nonnulla præcepit 305 Christus cur extra ciuitatem oblatus 35  
 Christus nonnulla consuluit nonnulla præcepit 305 Christus cur extra ciuitatem oblatus 35  
 Christi de vita exitum cur Paulus morte appellat 456 Christi gloriam ipsa magis mimicorum imprecatione creuisse 239  
 Christi presentia Iudeos facit venia indignos 346 Christiano semper aduersus diabolum pugnandum 189 Christianorum arma 185 Cœnam dominicam manducare quid 351  
 Collatio quid 381 Columbae ex arca dimisæ typus 119  
 Columbae ad Spiritum sanctum collatio 119 Communionis tempus non est festum neq; celebritas, sed conscientia pura, vitaq; 113  
 Confidentia nonunquam periculosa 23 Conscientia bona ex vita & operibus 399 Consiliario omnes opus habemus 273, 275 Consilij natura, no q;alitas personarum consulentium in omnibus obseruanda. 277  
 Continentia non in solis ope ribus, sed & in cogitatione ipsa monstranda 64  
 Comitiua in ecclesiis pauperibus subministrabat olim diuites 349  
 Corpus beatum cuiusmodi dici potest 66 Corpus quomodo resurgere potest, ac fieri corruptio nis immune 75  
 Corporis humani generositas 74 Corporum nostrorum dis solutionem, non exitum, sed redintegrationem esse 457 Corui ex arca Noe euolantibus ad diabolum collatio 119 Crux, nobis totius beatitudinis causa 34  
 Crux regnum 40 Vtrum cum Cruce veniet Christus 41  
 Crucis ad Imperatorum vexilla collatio 42 Crucis laudes & encomia 55 Crucis trophyum 45

INDEX.

- C**rucem quare dæmones res Dominice diei commoditas  
 formidant 233 ac dignitas 378 379  
**C**rucem tollere et sequi Chri-  
 stum omnibus impera-  
 tur 260  
**C**upiditatem natura 24  
**D**æmones uniuersos des-  
 sum nosse, fateri et cō-  
 tremiscere 183 ta 112  
**D**avidis modestia in prece-  
 niorum suorum apud Saul  
 recitatione 437  
**D**ecem mandatorū ad dece  
 Ægypti plaga collatio 370  
**D**eus iuratos nō retiner, sed  
 volentes amplectitur 24 345  
**D**eus nolentes nō cogit, sed  
 volentes trahit 288  
**D**eus plus amari voluit quā  
 timeri 18  
**D**eus vim non patitur 171  
**D**eo quomodo assistēdū 177  
**D**eum quibus rebus prouo-  
 casti, per eas facito propiti-  
 um 200  
**D**ierum & noctium trū-  
 as 371  
**D**ives nec beatiss., neq; pau-  
 per miser iudicari po-  
 rest 105  
**D**ives ut multorum dñs, ita  
 multorum seruus 311  
**D**ivites molestia mulae 311  
**D**ivites si virtutē despiciant  
 esse contemptibiles 375  
**D**ogmatum rectorum absq;  
 vita recta nulla veili.  
 tas 342
- E**cclēsia ex meretrice quo-  
 modo facta Virgo 109  
**E**cclēsia non super hominem  
 sed super fidem adfica-  
 ta 112  
**E**cclēsia quicquid patitur, in  
 Christum quodammodo re-  
 fertur 362  
**E**cclēsia semper iniuncta 111  
**E**cclēsia superne 193  
**E**cclēsia unico sermone Chri-  
 sti immobilis 113  
**E**cclēsiae rodur Aposto-  
 li 107  
**E**cclēsiam dei, quid maxime  
 defruere ac dissoluere pa-  
 test 313  
**E**cclēsiam impugnari cur  
 permittit deus 113  
**E**cclēsiā in confessione Apo-  
 stolorum fundatam 107  
**E**gentibus tribuendum sīq; d  
 usui nostro supereft 310  
**E**leemosyna duplex, dare, et  
 cum alacritate exhibe-  
 re 149  
**E**leemosyna negotiacionis  
 genus 308  
**E**leemosyna nos deo similes  
 efficit 408  
**E**leemosyna Vera quae 382  
**E**leemosynæ potentia 394  
**E**leemosynam cur instituit  
 deus 381
- Elet-

INDEX.

- E**leemosynam in præsenti Fidei significatio du-  
 vita securitatem adferre et plex 392  
 abundantiam 412 Fidem ad ea que sperantur  
**E**leemosynam largiens omni referri, non ad ea que vi-  
 nibus utilis 393 dentur 422  
**E**pistola Pauline metallis Fidem imputari ad iustitiam  
 & fontibus conferuntur, quid 393  
 & cur 413 Fidem radicatam quomodo  
**E**rrata hominum cur toles habebimus 398  
 rat deus 182 Fidem que fuit in veteri te-  
**E**rroris cōditio qualis 243 stamento etiam nos habe-  
 re 422  
**E**ribescendim non esse si ar-  
 guamur 277 Fidem, sine bonis operibus  
**E**uangelij profectum quid durare non posse 392  
 nominabat Paulus 449 Figura quando à Veritate  
**F**actorum suorum ratio-  
 né qui se non redditus 337  
 rum expectat, omnem viro  
 tutem fugere 461 Frater à fratre adiuvatus,  
**F**ames in regione Persia  
 rion 234 ciuitati forti comparao  
 Fati vanitas ac tyranis 398  
**F**elix omnia è nativitate  
 Christi habere principi-  
 um 198 Gehennam cur parauit &  
 comminavit Deus 183  
**F**estuum hominem quae fa-  
 ciant 92 Gehennam esse 181 332  
**F**idelem de promisso exigit orbem positam 182  
 Deus 255 Gentilium ac Iudeorum  
**F**idelem nullas res præsen-  
 tes vexare posse 461 imago in cruce 46  
**F**ides ante opera luceat Gentilibus nihil inspien-  
 tius 276  
 oportet 151 **H**æreses esse oportet dis-  
**F**ides cœu ancora à fluctua-  
 tione liberat 391 Hærit Paulus, nō cōsulex-  
 do, sed futura prædicen-  
**F**idei definitio 254 357 do 343  
**F**idei robur mala opera ve-  
 hementer impedire 399 Hæreses esse oportet dictu-  
 non de fidei articulis, sed
- II 4 de

INDEX.

- de discordia & sc̄tis circa Imago sancte trinitatis  
mēsam quæ post synaxim vna 161  
pauperibus in ecclesiis iter Inimicorum insectatio pro  
ni solebat 350. 353 amore dei appetenda 187  
Hæreses non inde esse, vt Pro inimicis orandū 43. 45  
probati manifesti fiant, sed Inopes permisit deus ob nos  
aliumde occasiones accepisse stram utilitatem 384  
se. 345 Intelligentia qui priuatur,  
Hæresum causa 345 omnino luctu prosequens  
Helie & Christi ascensus dus 462  
diuersus 104 loannes paupertatis amato-  
Homo non est anima sola, r, Herodem solus arguit  
sed corpus & anima: ideo re ausus 312  
cum anima resurget et cor Iob laudes 465  
pus 76 Iob manifeſte declarat infes-  
Homo quomodo iumentis parabilem trinitatem 162  
comparatus 100 Iob nibil incommodi à diabo  
Hominis nobilitas 219 lo accepisse 345  
Hominem deo similem que Iob stratagemata 158  
leges reddant 395 Ionas resurrectionis mysterio-  
Homines deipari 123 rum 371  
Homines non cogit deus vo Iota literæ figura 370  
cando 232 Iracundia simplex non cul-  
Honos non idem beat is om- patur sed iniusta 260  
nibus in regno dei babebit Isaacs resurrectionis figu-  
tur 179 ra 371  
Honores temporales quando Iudeæ audacia & crudeli-  
clariores, & quando item tas 4  
spirituales 262 Iudeæ cur Christi consuetu-  
Humilitas philosophice no- do non profuit 345  
stra fundamentum 443 Iudeæ lapidibus insensatio-  
Humilitatis bona 443 res 287  
Hypocitarum opus 316 Iudeorum azyma immuno-  
Gnauia hæresum cau- da 28  
sa 346 Iudeorum cæcitas 286  
Ignis vt spinas comburit, sic Iudeorum sacrificium qua-  
& spiritum peccata disper- le faciunt lanii 125  
dere 109 Iudeus Christi præsentia cur  
non

INDEX.

- non solum non profuerit, pit 303  
sed & nocuerit 346 Legum testamenti veteris  
Iudeos ad fidem vocatos eo ad noui collatio & confo-  
modo quo Paulus 286  
Iudeos Romanis subditos Lenitas quando vitiosa 260  
propriis Vtos legibus 376 Liberorum nostrorum cohæ  
res faciendus per eleemosy  
& arrogantia copulatæ di nam Christus 411  
uersi effectus 443 Libertas ubi, ibi spiritus dos  
Iustos non paria præmia reo mini 118  
cepturos 180 Libertatis plurimū quomo-  
do quis possideat 312  
Iuentini & Maximi militum historia & martyri- Literis sacrī nihil inesse su-  
um 205 & inde. peruacaneum 302  
**L** Aborum merces in cale- Locus nullus est qui sal-  
stibus thesauris repos- uet 176  
ita 71 Locus ubi pauperum opes  
Laborum remuneratio, etiā sitæ inaccessus demonis  
ante resurrectionem 65 bus 380  
Latronis in cruce pendentis virtus 31. 37  
Latroni cur Christus paradi Agi apud Persas &  
sum reprimisit 47 Indos 235  
Latrones cum Christo cruci Mala pati, non esse ma-  
figi cur permisit deus 239 lumen 28  
Lazari vulnera, duitæ in- Mala committentes esse mi-  
estimabiles 455 sero, non patientes 20  
Laudare omnia sine delectu Malæ qui vere patientur 20  
non est amici, sed imposto- Malitia persona propria ca-  
ris 272 ret, nisi personam Veritatis  
assimat 153  
Mædata dei rebus omnibus, Laudibus propriis velle de-  
ipsi etiam animæ antepo-  
nenda 467 Mandatorum operatione  
vbiq; opus 176  
Manes hæreticus 145  
Lægia veteris ad nouam ma- Manichei Vetus testamen-  
gnia cognatio 335. 340 tūm nibil pendunt 404  
Legem statuens modis omni bus fieri vult quod præcio Manna sacramenti eucharis-  
tiae 115 flia

INDEX.

- Silva typus 313 nium testari 279  
 Martyres aut imitandos, Nūmos in manibus pauperū 288  
 aut non laudandos 388 datos statim ab omnibus  
 Martyres in eodem semper peccatis absoluere 397  
 Vigore manere 204 Nuptia cur inuicta 324  
 Martyrum gloria cur dei cō filio a populo frequenta-  
 tur 184 Bdurari corde quantū  
 O malum 288  
 Martyram fine charitate intelligibile, ita oculi fidei  
 impleri non potest 358 nihil videt sensibile 391  
 Miracula trinitatem perfusa Odia humana pro amore dei  
 dentia 371 optanda 187  
 Mæroris magnitudo nō mor Opera sine fide non viuifi-  
 tor pro mortuis auferen-  
 da 458 Opes in eleemosynas depura-  
 ta domum plus muniunt  
 cur 456 457 quāscutū & lancea 380  
 Mortē cur permisit deus 77 Orandū semper tā in afflictione  
 Morte esse requiem 459 quā in prosperitate 432  
 Mortem timere non est cri-  
 men 255  
 Moses figura Christi 140  
 Moses non erubuit multitū  
 præsentibus corrigi 277 Paschæ die festiuitas 81  
 Moses sapientia 177 Passio dominica causa 18  
 Muller nō relinquit virū 213 Patriarchæ tres in honore  
 N Atuitas Christi omniū trinitatis 372  
 festorū metropolis 198 Paulus Abele maior 212 Nos  
 Natur.e lex 151 perfectior 213. Abrahā iu-  
 stior 214. Isaac patientior  
 deo adigi 289 214 Iacob lōganimior 214  
 in medio Negociorum nos Joseph pudicior 215. Iob to-  
 posse saluari 176 lerantior 215, Mose, losue,  
 Nero Antichristi mysteria Samuels excellentior 217.  
 sum 182 Davide, Helia, Ioanne, emi-  
 Nero fur & latro 445 nentior 217 270  
 Nero iniqtatis mysteriū 375 Paulus angelis comparato-  
 tur 218  
 Paulus

INDEX.

- Paulus cum ex euangelio Pauli modestia in laudibus  
 viuendum præciperet, vis propriū recesēdis 433 435  
 Etū ipse manibus suis qua- Pauli nomen quare mutauit  
 siuit 304 spiritus sanctus 279 280  
 Paulus cum totius urbis cu- Pauli similes nihil nos fieri  
 rā suscepisset etiā pro uno vetat 245  
 homine erat solitus 446 Pauli vocationē eius libero  
 arbitrio nō nocuisse 285  
 Paulus cuius rei gratia cœ- Paulum etiam in mortali  
 catus 231 corpore insignes retributio  
 Paulus non tantum ciuita- nes accepisse 66  
 tum & gentium, sed & fin Paulum non ex necessitate,  
 golorum fidelium curā ge- sed ex bona voluntate ad  
 rit 302 fidem accessisse 287  
 Paulus omni mundo digni- Paulum omnia bona posse  
 or 223 disse 212  
 Paulus plantator, structor, Pauli Samosateni haeres  
 apbleta, cursor, pugnator, sis 318 404  
 aux, &c. 108 Pauper nec miser, nec diues  
 Pauli anima omni adamans beatus iudicari potest 105  
 te fortior 211 Pauper nihil possidens omo-  
 Pauli animus pratum infi- nium liberrimus 312  
 gne virtutum 211 Pauper plus ecclesiis prodes-  
 Pauli ante conuerstionē cri- se potest, quam reges & di-  
 delicas 281 uites 312  
 Pauli cœcitas illuminatio to Pauper regibus ac tyrannis  
 tius orbis 232 ditior ac potentior 312  
 Pauli catena magna discis Pauperis ad leonem colla-  
 pulorum consolatio 450 tio 312  
 Pauli career regali palacio Pauperem nibilitere 212  
 confertur 445 Pauperes animarum nostra  
 Pauli corpus infirmum, ani- rum esse medicos 426  
 ma verō fortis & iui- Pauperes cur pro foribus ec-  
 eta 67 cleiarū maiores nostri con-  
 Pauli fortitudo & mēs phi- stituerunt 426  
 losophica 297 Pauperes etiam otiosi miser-  
 Pauli Iam nō ex hominibus, ricordia & commiseratio-  
 sed ex deo 260 ne diuitum digni 385  
 Paupe-

INDEX.

- P**auperes externi non fugā des  
 di, & cur 386 Pietatis proprium in tene-  
**P**auperes iuuare gratiae bris fulgere 46  
 'pus 382 Pœnitentia robur babet in  
**P**auperes magianimos plus terra tantum 179  
 ecclesiſ prodeſſe diuitibus Pœnitentie fructus precio-  
 pompaticis 311 ſus 7  
**P**auperes sanctos voeat Pau Porci qui dicantur  
 lus 51  
 375 Porta inferi quid 113  
**P**auperes ſi pie viuunt admi Portuum ad festos martyru  
 ratione digni 375 dies collatio 328  
**P**auperes vel peregrinos, Potestates coeleſtes noſtri  
 vel fugitiuos pricipuam calamitatibus condole-  
 eſſe ciuitatis coronam 385 re 102  
**P**auperibus largiendū prius Praecepta que deo maximē  
 quam eorum mores corriſ cur & ſint 395  
 gamus 409 Prædicandi functionem neo-  
 Paupertas ad virtutem con- mo attingere debet, niſi pa-  
 ducibilior quam diui- ratus eſt milles animas  
 tie 384 ſuam tradere in mortem  
**P**aupertatem abundantia ac discriminā 259  
 meliorem 312 Precautione ignita & synceo-  
 Peclori ac ventri ſerpenti ra nihil validius 455  
 cur maledixerit deus 59 Principibus maledicere quāo  
 Peccantes alacriter arguen- tum malum 314  
 dos & caſligandos 277 Prophetarum cum Aposto-  
 Peccata noſtra aduersa pro- lis magna cognatio 414  
 uocare, prospera arcere 185 Prifcilla & Aquila pellio-  
 Pentecostes typus 118 nes 302 Paulo cohabita-  
 Perſecutio ecclſie Christo runt 309  
 adſcribitur 362 Prifcilla & Aquila de mul-  
 Pharisæus laudes suas de- tu benemeriti 318  
 prædicas in ipſo portu nau Prophetarum nullus cum lo-  
 frigium fecit 442 anne conferendus 180  
 Pharisæus publicanum con- Pseudoprophetas & Pseudo-  
 demnans, cur non iuſtifica- apostolos cur cum Aposto-  
 tus 314 lis apparere permifit De-  
 us. 239

Pro

INDEX.

- P**uerorum trias 371 Seductores aliquot ante ado-  
 vinum ſaluatoris appare-  
**Q**uitas 91 re cur permiferit deus 239  
 Quinquagesima ſolen- Sentire recte nil nobis profie-  
 hitorum remiſſio 118 erit ſi vita malis fuerit mo-  
**R**egum in ſacris literis 408  
 trias 371 Sepulchra fieri voluit Dens,  
 Reprehenſiones accusatio- & cur 156  
 nes qſ ferre magnum bo- Sermonem dei qui accipit, di-  
 num 273 274 277 ues: qui non accipit, in-  
 Reprehenſiones in peccati- ops 149  
 ſide quod in vulneribus re Sermonem indigere pro-  
 media 273 mihi 278 279  
 Resurrectionis veritas 75 Similes deo quomodo effici-  
 Acerdotum dignitas 316 mur 409  
**S**acerdotum trias 371 Solennitatibus quomodo  
 Sacerdotum vitam iudicare vtendum 92  
 etiam ſi criminū rei ſint no Solis ad Paulū collatio 268  
 licet 315 Spes & fides ita ſibi mutua  
 Sacerdotibus dei quantus vice coniuncta ſunt, ut al-  
 honor exhibendus & tera fine altera ſtare non  
 cur 315 poſſit 356  
 Samuelis modeſtia in pro- Spei definitio 356 357  
 priis laudibus recenſen Spiritualium rerum na-  
 dis 438 tura 388  
 Sanctorum aspectū, vefteſ, Spiritus auxilium quomodo  
 & calceorum morem, mul- allicere poterimus 393  
 tum habere utilitatis ac vo Spiritus fidei 130  
 luptatis 303 Spiritus noui ac veteris te-  
 Sanctorum conſuetudo in ſtamenti idem 401  
 ſuis laudibus contegeno Spiritus promiſſionis 130  
 dis 434 440 Spiritus qui adoratur eſt in  
 Sanctorum gratia & meri- uisibilis 369  
 ta morte non minui 107 Spiritus ſanctificationis 130  
 Sanctorum ſanguis etiā vo Spiritus sanctus aliud, aliud  
 cem habet 209 donum 140  
 Sanctos oēs in ſeculo perfe- Spiritus sanctus cur in ſpe-  
 cutionem perpeſſos 187 cie ignearum linguarū 117  
 Spir-

INDEX.

- Spiritus sanctus cur paracle- Ternarii numeri digni-  
tus 122 tas 325  
Spiritus sanctus cur proce- Testamenta vetus ac noui,  
dere dicatur ex patre & fi inter se differunt, non autem  
lio 128 sunt contraria 402  
Spiritus sanctus [in die Pen- Testamenti veteris crimin  
te costes cur in igne appa- tores Manichaei notans  
ruit 109 117 sur 402  
Spiritus sanctus in nobis re- Testem nemo deum vocet,  
gnum colorum est 124 nisi omnibus modis sibi co-  
Spiritus sanctus non effun- fidat 440  
ditur, sed spiritus dei gra- Timorem dei habentes, om-  
tia 148 nium clarissimum 392  
Spiritus sancti efficacia &  
variae appellations 120 Theodosius pater ac filius  
127, 135 religione ac pietate insi-  
gnes 114  
Spiritus sancti varia do- Typum à veritate non om-  
ina 130 nino alienum esse oportet,  
Spiritus sancti virtus & au- alioquin non esset typus, es-  
thoritas 172 tè diuerso 317  
Spiritum sanctum aliquis ha- V Elianitici ad celum colo-  
bere, quomodo comproba- latio 392  
ri possit 145 Venter & sterlus nostra  
Spiritum sanctum multis lo- eruditio seruit 135  
cis præmonstratum in ve- Verbum Dei ipso celo vali-  
teri 162 dines 112  
Spiritum sanctum semper fu- Veritas excellentiam qua-  
isse 120 dam supra figuram habere  
Subditum à sacerdotum cor- debet 338  
reptione procul abesse ope- Veritatis status qualis 243  
tere 315 Vestem præter unam cum  
Sumptus non respiciendi qua- Christus prohibuerit habeo-  
do elemosynam facimus, re apostulos, cur vix fuerint  
sed eum qui speratur pro- habere sandalia & pe-  
uentus 412 nulam? 306  
T Entationem generose Vetus testamentum modis  
tolerare summae esse omnis cum nono confon-  
fortitudinis 418 nare 400

INDEX.

- Vi ac necessitate nullum à Vitam aliorū iudicare quam  
deo adigi 289 tum malum 314  
Vincula Pauli non anxietas 314  
tem, sed fiduciam in teo Vitam incorruptam nihil  
cisse 449 prodesse nisi ad sit fidei syno-  
ceritas 408  
Viri mulieres non eiici- Vitam impuram habentem  
ant 323 impossible in fide non va-  
cillare 398  
Virgines fatuē cur à tbalas 394 Vitam peruersam dogmatū  
mo repulse 394 peruersitatem saepe pareo  
Virginitas absq; eleemosyna ad regnum celorum non re 342  
valet perducere 397 Vniuersum totum in tria  
Virginitas nuptiis me- diuisum esse 378  
lior 325 Voluptatem coniunctam ba-  
Virginitatis dignitates 395 bere gloriam 300  
Virginitati adiuncta debet Voluptatem ex formoso mu-  
esse benignitas 394 liorum aspectu non capien-  
Virtute ac pia voluntate dam 64  
Vbiq; opus 302 Vt, in scripturis plerunque  
Virtutes tres in honorem non causam significat, sed  
trinitatis 371 euentionerum 344  
Vitarecta & omni peccato Vulnera, crucemq; Christus  
libera, nobis saltē pro in iudicio demonstrabit &  
deft 341 cur 42

FINIS.

Typis Ioannis Graphei.

26095

III

3400